




A
41-376

Dr. Schuyler George Rogers Chapman



accepimus opus regium.

Homiliæ in Epistolas.

DOMINICALE S IVXTA (1)

literam, per Fratrem Ioannem Royar-
dum, ordinis fratrum Minorum.

R. 22285

* Longè fidelius, quam unquam antehac, ad vetera exemplaria
recognitæ, & terius emendatae.

APARS ESTIVALIS.

HIEREMIAE XV.

Inuenti sunt sermones tui & comedii eos: & factum est mihi verbum tuum in gaudium & laetitiam cordis mei.



PARISIIS,

Apud Carolam Guillard, sub Sole Aureo
via ad draum Iacobum.

T 153.

i 1669 0825

B
87
161

A
41
376

A HOMILIARVM IN EPISTO-
 las dominicales per F. Ioannem Royar-
 dum, quæ est pars æstiuia, in-
 dex alphabeticus.
41
376

- | | |
|---|--|
| A <ul style="list-style-type: none"> Bba pater, quid significet. 69.a Abiecto clypeo Saul in Gelboe cæsus. 161.a Abortiuū quare se dixerit Pau-
lus. 87.a Abrahā imitandus in exemplo
fidei. 95.b in exemplo spei.
96.a. in peregrinatione. 97.a
in obedientia. 97.b. in munc-
rum recusatione. 98.a b Acediæ crucifixio. 53.a Adoptio nostra per Christum
facta. 69.b Adoptionis spiritus quid effi-
ciat. 69.a b duentus Christi duplicitis, cau-
asa dissimilis. 173.a Aduersa sustinentes, curæ deo
sunt. 28.a Aduersitatū quas patimur, cau-
sa. 37.b Aduersitatibus quidam emen-
dantur, quidam peiores fiunt.
56.b Aedificatio super fundamentū
fidei. 165.a Aegyptiorum fruges percusse,
piorum seruatę. 27.b Aegyptij filios Israel regnos suo
exegerunt. 38.b Aegypti umbra quid mysticę. | 89.a <ul style="list-style-type: none"> Accumulationes. 104.b Aeternę vitę collatio à deo spe
randa. 66.b Affectus saltē pietatis paupe-
ribus impendendus ab iis qui
inopia ipsi laborant. 22.b Agar in solitudine interrogatur.
60.b Agar erabunda mysticę.
64.a Agi & regi differunt. 65.b Ager geminus ad seminādum.
115.a Agis spiritu dei, quid. 65.b Alienatio à via Dei ut fiat.
138.a Alieni filij qui sint. 67.a Altitude charitatis. 122.b Amatores huius seculi miricæ
comparati. 89.b Amatores huius mundi ut fal-
lantur. 135.a Ambitionis pernicies. 142.a Ambulare dignè vocatione no
stra debemus. 124.b id ut fiat. 176.a Ambulare in vanitate sensus,
quid. 138.a Amici crucis, & inimici.
170.a b Amicitia mundi fallax. 19.b Amicitiam cum quibus in-
222 ij eaſ |
|---|--|

IN DE X.

eas attende.	166.a	tos fuisse indicium.	12.b
Amor omnia concilians.	1.a	Aqua viua, spiritus sanctus.	
Amoris sollicitudo.	172.b	4.b	
Anathema quid sit.	78.a	Aquæ canalibus ductæ mirum.	
Angeli ut patres nostri dicatur.		165.b	
119.b		Aquæ potus saluberrimus.	
Angelus ad māmillas aurea zo-		153.b	
na præcinctus.	159.b	ex Aqua miraculosè ignis accē-	
Animæ peccatricis calamitas.	10.a	sus.	9.b
Animæ quantitas penes chari-		Aquila ut sobolem probet.	
tatem sumenda.	165.a	67.a	
Animæ & corporis amor mu-		Aquilæ renouatio ut fiat.	
tuus.	1.a b	144.b	
Animæ nostræ ut curentur.		Aquilo mysticè diabolica per-	
134.b		suasio.	143.b
Animæ suæ quisque custos est.		Arbitrij humani libertas.	
28.b		156.b	
Animalium quædam soliuaga,		Arbor vitæ Christus.	50.a
quædam gregalia.	40.b	Arboris incremēti impedimē-	
Animatum mortibus homovi-		tum.	166.a
uit.	114.a	Argus centum oculos habens	
Antonij heremiti exemplum.		deceptus.	28.b
44.b		Armatura militis Christi descri-	
Apostolus tametsi non exaudi-		bitur.	158.b
tus, tamen orare non cessat.		Aromata mysticæ.	48.b
175.a		Asa pedum morbo laborans.	
Apostoli clementia in præcipie-		56.a	
do.	54.b	Ascensionis Christi & descen-	
Apostoli prædicatio in prauum		sus spiritus sancti figura.	10.b
detorta.	47.a	Asino comparatum corpus no-	
Apostolum cur se nominet Pau-		strum.	63.a
lus, cùm se dicat eo nomine		Auaritia quid velit.	58.a
indignum.	87.a b	Auaritiæ crucifixio.	52.b
Apostoli nubes erant.	11.a	Auaritiæ frigus.	144.a
Apostolorum ardor.	7.a	Auaritiæ inquietudo.	58.a
Apostolis quare fidem habuit		Auaritiæ pedica.	74.a
mundus.	83.a	Auarus è præda viuit.	145.a
Apostolos spiritu sancto reple-		Auari cor durum.	ibidem.
		Auarorum casus.	75.a
		Aua-	

IN D E X.

- Auarorum error. 142.b
 Audire dominum preces suorū 45.a
 Auditores ut se debeant habere ad verbi dei prædicationem. 168.a
 Auditus veteris hominis surde scit. 140.b
 Aues & pisces moraliter. 108.a
 Aues in terra versantes. 108.b
 Aues rapaces, auari homines. 145.a,b
 Auium mores nobis imitandi. 169.a
 Auium rostris curuis præditarū mores. 145.a
 Aures dei ad preces nostras in tenta. 45.a
 Aurum quidam sūt, quidam palea. 25.b
 Axa filia Caleph quid à patre petierit. 27.a,b
 143.a
- B.
- B** Abylonis fornax. 45.b
 Babylonicae fornacis incendium. 161.b
 Babylonica captiuitas, mistice 10.a
 Babylonicae turris ædificatorū confusio in linguis. 13.b
 Baptizatio in morte Christi fit. 47.a,b,&c, 48.a
 Baptismi vñitas. 129.a
 Beatitudo sanctorū quare fors dicatur. 178.a
 Belial filij, superbi. 24.b
 Bellum intra hominem quale. 103.a
- Benedictio ditat. 96.a
 Benedictio non per legem, sed per fidem. 93.b,&c
 95.a
 Benedictionem ut assequaris. 42.b
 Beneficentia quibus in primis exhibenda. 112.b
 Beneficiorum magnitudinē negligendo, ingratitudo maior efficitur. 132.a
 Benignitas quæ sit. 107.a
 Bigami detestabiles. 58.a
 Blasphemi Sennacherib humiliatio. 26.b
 Blasphemias Rabsacis deus audit & vlciscitur. 45.a
 Bona cœlestia nobis promissa quanta sint. 135.a
 Bona collata ab ingratis auferēda. 131.b
 Bona naturalia à deo nobis col lata. 134.b
 Bona nobis promissa quāta sint 135.a
 Bona omnia nostra à deo sunt. 51.b
 Bona opera impio ad vitam æternam non profunt. 152.a
 Bonam voluntatem à deo esse. 90.b
 Boni æterni excellentia. 35.a
 Bonorum exéplis alios ad bonum prouocari. 169.a
 Bonos semper malorū odio sustinuisse. 18.b
 Bonitas dei gratuita erga nos. 31.b

INDEX.

- Bontas quæ sit. 107.a
C
 C Adauera cur nō fœteant
coruis & canibus. 140.b
 Cadere contingit quinque mo-
dis. 74.b
 & 75.a
 Calceatio spiritualis Christia-
ni militis. 160.a
 Calamus scribē cur dicatur spi-
ritus sanctus. 8.a
 Caleph fortitudo. 141.b
 Canarium aquaticorum mirū.
165.b
 Canibus mordacibus similes.
26.a
 Canticorum diuinorum effica-
cia. 153.b
 Caput ecclesiæ Christus quid
infatuat membris. 135.b
 Captiuas Iudæorum. 13.b
 Caro concupiscit aduersus spi-
ritum. 103.a
 Caro Christi resurrectione flo-
rens fructum attulit. 50.b
 & 51.a
 Caro & spiritus quid. 102.b
 & 103.a
 Caro nostra ut carni Christi cō-
formis fiat. 64.a
 Caro putrida sine sale.
140.a
 Caro reflorens. 50.a
 Caro spiritui subiicienda.
63.b
 Caro vt spiritui subseruat.
59.b
 vt ei fructificet. 64.a
 Carnis cultores quid reportēt.
171.a
 Cirnis deliciæ supplicis com-
pensanda. 70.b
 Carnis desideria non esse perfi-
cienda. - 102.a
 Carnis libido vitanda. 148.b
 & 149.a
 Carni nō omnia peccata ac vi-
tia tribuenda. 105.b
 Carnis opera recensentur.
ibidem.
 Carnem crucifigere cum vitiis,
quid. 108.a
 Carnales cantiones ac lasciuæ
quantum mali faciant.
154.a
 Carnales homines fœnum te-
ctorum. 66.b
 Carnales hoīes quasi pisces.
109.a
 Carnalium hominum mores.
ibidem.
 Carminationes superstitiones.
80.b
 Castitas quæ sit. 107.b
 & 108.a
 Castitas simulata. 159.a
 Cathechizari quid fit. 112.b
 Cautè ambulandum. 148.a b
 & 149.a
 Charismata spiritus sancti.
11.b
 Charitas Christi incomparabi-
lis. 122.a
 Charitas, fructus spiritus.
106.a
 Charitas patris erga nos ma-
gna. 18.a
 Chari-

INDEX.

- | | | |
|-----------------------------------|--|-----------------------------------|
| Charitas scientiam parit, ac sen- | | Christi charitas erga nos om- |
| sum. 166.a | | nem excedit scientiam. |
| Charitas, synceros facit. | | 123.a |
| 166.b | | Christi compassio. 40.a |
| Charitas tota refriguit. 21.a | | Christi militis scutum. 60.b |
| Charitatis firmamentum. | | Christi militis armatura. 158.b. |
| 12.b | | 159.a,b.& dein. |
| Charitatis ignem fomite cre- | | Christi mysteria scripturis præ- |
| scere. 165.b | | nunciata. 86.a |
| Charitatis incrementum qua- | | Christi passio, & resurrectio. |
| druplici similitudine ostendi- | | quid docent. 48.a |
| tur. 165.a | | Christi regnum, fideles. |
| Charitatis quadrifaria dimen- | | 179.a |
| sio. 122.a | | Christi sacerdotio à Iudeis cō- |
| Charitati lex posita non est. | | tradicitur. 50.a |
| 108.a | | Christi sepelitio. 86.a |
| Charitate qualiter proficiat ho- | | Christi sepultura nobis imitan- |
| mo. 121.b | | da. 48.b |
| Christus ante secula est. | | Christi vestimentum, ecclesia |
| 72.a | | credentium. 135.b |
| Christus diabolum gladio ver- | | in Christo cur baptizari dica- |
| bi superauit. 162.b | | mur. 48.a |
| Christus, & spiritus sanctus dif- | | Christiana concordia. 17.a |
| ferenter in mundum vene- | | Christiana fides à deo est. |
| runt 3.a | | 84.a |
| Christus gratiæ collator multi- | | Christianæ religionis summa, |
| pliciter figuratus. 99.b | | pietas. 41.a |
| Christus iamiam passurus dilec- | | Christiani populi ingratitudo. |
| tionem mutuam arctissimè | | 133.b |
| commendavit. 4.a | | Christiani fideles de tribus gau- |
| Christus idoneus mediator. | | dere debent. 15.a |
| 100.a,b. idque inquantū ho- | | Christiani summopere cauere |
| mo. 100.b | | debēt ne beneficiis acceptis |
| Christus nos dicit in Deum. | | ingrati sint. 132.b |
| ibidem. | | Christianos malos grauia ma- |
| Christus secundum deum crea- | | nent supplicia. 80.b |
| tus. 146.a | | Cinctura militis Christiani ca- |
| Christi caro reflorens. | | stitas. 159.a |
| 50.a | | Circumfitio diaboli. 23.b |
| | | aaa iiiij Circun- |

INDEX.

- Circunspectio, animæ custos.
49.a
- Ciuicæ quondam coronæ hominum, & quis ea dignus.
127.b
- Clamor humanae mētis ad deū suspiciosus.
34.b
- Clamor mentis.
69.a
- Claritatis dei quanta sit potentia.
177.a
- Claudicare à semitis suis.
67.b
- Clypeus fidei non abiiciendus.
31.a
- in Cœlo cōuersandum, & quaere.
172.a,b
- Cœnatis corpus suum sumendum cur dederit Christus.
12.a
- Columna ignea Moysi.
178.b
- Colossensibus scribendi causa
Paulo.
174.b
- Comeſſationes.
105.b
- Communicatio sancti spiritus
quæ sit.
18.a
- Commutatio desiderabilis.
34.b
- Compaffio humanitatis.
40.a
eius exempla. ibidem.
- Compaffionis exempla in Dauid & Christo.
169.b
- Complātari Christo debemus
50.b
- Concordia in fide quam necessaria.
39.b
- Cōcordiæ ac vanitatis Christianæ causæ.
128.b,129.a
- Concupiscentia carnis vitanda
148.b
- Concupiscentiæ sensus ad cul-
pam non imputatur, nisi adſit
consensus.
17.a
- Condignæ non sunt paſſiones
præſentes ad futuram glori-
am.
33.a
- Confidendum deo ſoli.
89.b
- Confortari debemus in domi-
no.
155.b
- in Confuſione ſua gloriantes.
170.a
- Connubium diabolicum.
58.a,b
- Conſcientiæ bonæ gaudium.
15.a
- Conſequi tria à deo confidere
debemus.
90.a
- Consolatio euangelij
82.b
- Consolations tribulatorum.
33.b,34.a
- Conſuetudinis malæ infirmi-
tas.
56.a
- Contemptus fratriſ in corre-
ptione vitandus.
111.a
- Contentiones vitandæ.
104.b
- Continentia quæ sit.
107.b
- Conuersandum in cœlo
172.a
- Cor peccatoris lapidi compara-
tum.
8.b
- Corpus ecclesiæ per ſpiritum
sanctum colligit.
127.a
- Corpus nostrum qualiter gu-
bernare debeamus.
63.a
- Corpus peccati ut deſtruatur.
51.b
- Corporis Christi turris à qui-
bus ædificata.
13.a
- Corporis

INDEX.

- Corporis mancipia esse nō debemus. 64.a
 Corpora gloria quibus dotibus fulcientur. 173.a
 Corporalis infirmitatis utilitas. 56.b
 Correcturus fratrem, quæ consideret. 110.b
 Coronæ ciuicæ honos. 127.b
 Coruus, diaboli typus. 66.b
 Crapulae vitium suggillatur. 114.a
 Creatio nouæ creaturæ ut fiat in nobis. 143.b
 Creaturæ dei dicimus & filij. 35.a
 Creaturæ omnis trifaria distincio. 36.b
 Crimen quid intelligatur. 137.b
 Crucis amici, & inimici. 170.a
 Crucis mysterium. 122.b
 Crucifigenda septem capitalia vitia. 52.a,b
 Crudelitatis diabolicae typus. 29.a
 Cubile diaboli. 114.b
 Cura sunt deo humiles & penitentes. 27.a,b
- D.
- DAEMONES quorum sunt rectores. 157.a
 Daemonum confessio de Christo coacta. 79.a
 Daemonum fallacia cauenda. 149.b
- Dæmonum nos impugnatum astus. 157.b
 Damnatio singulis peccatis patrato. 105.b
 Danielis protector Deus. 28.a
 Dathan & Abiron. 132.b
 Davidis compassio super Absalon-filio. 40.a
 David maledicta patienter tulit. 45.a
 Davidis pœnitentia. 24.b
 & 25.a.mansuetudo. 125.b
 Debitorum cur simus non carni sed spiritui. 63.a
 Debitum gratitudinis unde oriatur 130.b
 Defectus veteris hominis plurimi. 140.b.& dein
 Deliciae suppliciis compensandæ. 70.b
 Desideria canis perficienda .nō sunt. 102.a
 Desideria carnis non habere, supra vires humanas est. 102.b
 Desperates quomodo cadunt. 84.b
 Deus ab hominibus reprehendi grauiter fert. 73.a,b
 Deus magna dedit, & multis 119.b
 Deus omnes actus nostros contemplavit. 44.b
 Deus omnium, quorum peculiariiter Deus vocetur. 130.a
 Deus pacis cur dicatur. 17.b
 dilectionis. ibidem
 Deus

INDEX.

- | | | | |
|--|------------|--|------------|
| Deus sua requiret etiam cum
vſura. | 137.a | Diabolus à Christo per iustiti-
am spoliatus. | 179.b |
| Deus semel loquitur, & verax
est. | 94.b | Diabolus bestia ferox, sed ca-
thenata. | 76.b |
| Deus venter. | 170.b | Diabolus coruus. | 66.b |
| Dei causa pati, gloriosum est. | 46.a | Diabolus coruo, furi nocturno,
lupo comparatur. | 138.b |
| Dei erga nos paterna dilectio | | Diabolus draco ligatus. | |
| 118.b. | cura.119.a | 29.b | |
| Dei munere fortis esse possu-
mus. | 155.b | Diabolus exactor. | 120.b |
| Dei regnum ob ingratitudinem
à Iudæis ablatum. | 132.b | Diabolus mentem quam occu-
pat, sibi aſſimilat. | 66.a |
| Dei verbum audiſſe nolentium
poena. | 168.a | Diabolus vitiæ virtutes esse mē-
titur. | 156.a |
| Dei verbum mentem ditat. | 136.b | Diabolus ut lædatur gladio ver-
bi dei. | 162.b |
| Dei voluntatem intellectu ſpi-
rituali noſſe oportet. | 175.b | Diaboli crudelitas. | 29.2 |
| Deo viuere, & peccato viuere. | 47.b | Diaboli cubile. | 114.b |
| Deum etiam singula curare. | 81.b | Diaboli eſca. | 29.b |
| Deum fallere nemo potest. | 113.b | Diaboli fiducia. | 88.b |
| Deum non niſi in ecclesia glo-
rificari. | 123.b | Diaboli hostis noſtri potefas. | 28.b. 29.a |
| Deum operari omnia in omni-
bus. | 81.b | Diaboli ſuggeſtionibus acqui-
ſcentes, quales. | 149.b |
| Deum pro ſua capacitate quiſ-
que accipit. | 80.a | Diaboli tentantis instantia. | 29 b |
| Deum plura poſſe quām intelli-
gimus. | 123.b | Diaboli astus | 30.a |
| Deum superbis reſiſtere. | 23.a | Diabolum nihil poſſe niſi per-
mittente deo. | 75.b |
| Deorum gentilium ſuperſtitio
vana. | 81.b | Diabolo ut reſiſtatur. | 30.b |
| | | Dies aternitatis vna. | 43.b |
| | | Dies cur dicantur mali | 43.a |
| | | & 152.b. 158.a | |
| | | Dies malus. | 158.a |
| | | Diffidentiæ malum. | 73.a |
| | | Digitus Dei, ſpiritus sanctus. | |
| | | 6.a | |
| | | Dignè ambulare qui ſtudeant | |
| | | 176.a | |
| | | Dimen- | |

INDEX.

- Dimensiones latitudinis. 122.b
 Dimissa peccata nonnunquam propter ingratitudinem imputantur. 133.a
 Dilatores ac cunctatores in opere salutis redarguuntur. 120.a
 Dilectio Christiana generalis esse debet. 22.b
 Dilectio vera, quæ sit. 21.b
 Dilectionis fraternæ exemplū Christus. 21.a
 Dilectio proximi prudens esse debet, & temperata. 22.a
 Dilectione proximi mors evaditur. 20.a
 Diligere verbo & lingua quid sit 21.b
 Discordia malum. 10.b
 Discretio spirituum. 81.a
 Dispensia gulæ. 114.a
 Diffensiones. 105.a
 Diues in deo quomodo quis efficitur. 136.a
 Diues mundo & diues Christo differunt. 135.b
 Diuitiae sollicitos, paupertas securos reddit. 142.b
 Diuitiae spirituales in quibus consistant. 136.a
 Diuina scientia quæ sit. 136.b
 Diuini verbi gladius splendidus. 162.a
 Diuinorum cantorum efficacia. 153.b
 Docendi modus triplex. 167.b
 Docendi munus sibi rapientes 137.a.175.a
 Doctor falsus ut deprehendatur. 78.b
 Doctores mali in factis suis non imitandi. 113.a
 Dolores, quosdam emendant, quosdam non. 56.b
 Dolia duo in limine Iouis. 37.b
 Domestici fidei alienis praefrendi. 116.a
 Dominus unus est omniū Christianorum. 128.b
 Domus firma ac non cadens, quæ sit. 46.a
 Domui comparatur homo fidelis. 122.a
 Dona alia dei sine spiritu sancto inutilia. 3.a
 Donum Dei primum & maximum, spiritus sanctus. 2.b
 Donis dei superbiendum non esse. 137.b
 Dotem filiarum suarum diabolus repeteret. 59.a
 Draco diabolus ligatus. 29.b
 Duplici vita qui donabuntur. 65.a

E.

- E** Brietas. 105.b
 Ecclesia continuè eget à spiritu sancto illuminari. 3.a
 Eccle-

INDEX.

- Ecclesiæ membra vinculo spiritus sancti connectuntur. 126.b.127.a
- Ecclesiæ membra vnum spiritum habent. 128.a
- Ecclesiasticæ concordiaæ unitas. 17.a,b
- Egenis non insultandum. 41.b
- Electi per malos exercentur. 38.a
- Eligendi difficultas. 166.b
- Emissio spiritus. 143.a
- Epistola Christi Corinthij. 88.a
- Epistolæ Pauli è vinculis ardentiores redolent charitatem. 174.b
- Epistolis commendatiis non eget Apostolus Paulus. 87.b
- Eritij fouea mysticæ. 20.b & 156.b
- Errata sua quare commemoret Paulus. 87.a
- Erubescens humilis. 170.a
- Esau ut benedictionem amiserit. 42.b, quorum typus fit. ibidem
- Esca diaboli qui sint. 29.b
- Esse creaturarum, & bene esse, vnde sint. 2.a
- Euangelium incorruptum esse tenendum. 85.a
- Euangelium pacis quare dicitur. 160.b
- Euangelium salutem affert. 84.b.85.a
- Euangelij gloriam maiorem esse quam legis. 92.a,b
- Euangelij gratia larga communio legis stricta. 116.a
- Euangelij præcones primi, & quales. 83.a
- Euangelij prædicatores cur esse pauperes oportuit. 112.b
- Euangelizantium pedes speciosi. 166.b
- Euangelicæ doctrinæ excellētia. 82.b
- Euangelicæ doctrinæ fructus duplex. 84.a
- Euangelicā veritatem probat credentium multitudo. 83.b
- Exactor diabolus. 120.b
- Exaltatio Dei qua nos exaltat gratiæ suæ collatio. 23.b
- Examinandum cuique suum opus. 111.b
- Exemplum vñuale. 165.b
- Exempla bonorum alios ad bonum prouocant. 169.a
- Exempla malorum seductoria. 150.a
- Exempla pœnitentiarum. 25.a
- Exemplis maiorum, mala huius vitæ æquanimiter toleranda. 38.b
- Exhortationis sanctæ utilitas. 16.b
- Ezechiæ ingratipunitio. 133.b
- Ezechielis figura de ossibus mortuis vivificatis. 6.b

F.

I N D E X.

- F Atum nihil homini confer
re. 82.a
Fatuus cor habet in ore.
151.b
Ferae rapaces. 40.b
Festa dei ut celebranda. 4 b
Ficulnea sterilis , folia tantum
habens. 176.b
Fides benedictionem meretur.
95.b
Fides ociosa esse non debet.
54.a
Fides que intelligatur. 107.a. &
129.a. 160.b
Fides prauitate corruptitur.
85.b
Fides pro scuto. 161.a
Fidei commendatio pre lege.
94.b
Fidei donum quam inuictum.
80.b
Fidei fundamentum. 165.a
Fidei gratia,magnū gaudiū pa-
rit. 15.a
Fidei iungenda opera. 175.b
Fidei magnē exemplū Moyses.
31.a
Fidei vnitas. 129.a
Fidei vtilitas. 15.a
Fidem ratio confirmat. 84.a
Fidei resistitur diabolo. 30.b
Fidelis homo domui compara-
tur. 122.a
Fideles quatuor modis stāt. 84.
b.totidem cadunt. ibidem.
Fideles in tribulatione aurum
sunt sub malleo & manu ar-
tificis. 46.b
- Fiducia in umbra Aegypti.
89.a
Fiducia nostra in Christo.
88.b
Fiducia Pauli de Corinthiis,
vnde fuerit. ibidem,a
Fiducia triplex. 88.b
Fiduciam nostram in domino
tria stabiliunt. 31.b
Fiduciam habēs in Christo cō-
paratur ligno quo plantatū
est,&c. 89.b
Figura ascensionis Christi &
descēsus spiritus sancti. 10.b
Figura pētecostes pulchrē ex-
posita. 5.b
Filię diaboli prostitutę. 58.a
Filiae suas fuco diabol⁹ ornat.
156.b
Filio adhuc paruo non expe-
dit experiri patris affectum.
36.a
Fidei degeneres, & filij probi.
67.a
Filij dei per fidem efficimur.
15.a
Filij dei sumus , & creaturæ.
35.a
Filij dei quid agant. 66.a
Filij oblatione meruit Abrahā
seminis multiplicationem.
97.b
Filiorum à seruis discriminē.
97.b
Filiorum erga parentes ingra-
torum nequitia. 131.b
Fœminatum institutio. 39.b
Fenum tectorū, carnales homi-
nes. 66.b
Fonti

IN D E X.

Fonti verbum dei cōparatum.		strarum causæ.	37.b
144.b		Genuum inflexio in oratione.	
Fornax Babylonis.	45.b	118.a	
eius incendium.	161.b	Gentilium error circa deorum	
Fornicatio.	104.2	virtutem.	81.b
Fortitudinis virtute opus ad		Gentiliū sacerdotes ē publico	
multa.	120.a,b,121.a	alebantur.	113.a
Fortis vnde sit diabolus.	29.a	Gladius diuini verbi splendi-	
Fortitudo sancta.	20.b	dus, acutus & penetratius.	
Fratrem correcturus, quæ con-		162.a,b	
sideret.	110.b	Gloria futura cōdignum nihil	
Fraternę dilectionis exemplū		est in hac vita.	32.b
& experimentum.	21.a	Gloria inanis vnde.	110.a
Fraternitatis amor.	40.b	Gloria vultus Moysi quid por-	
Frigus mysticē auaritia.	144.a	tenderit.	92.b
Fructus carnis Christi.	51.a	Gloriæ sublimioris meritum,	
Fructus quales à nobis requi-		omnibus in humilitate præ-	
rat deus.	176.b	sto est.	23.b
Fructus spiritus enumerantur.		Gloriandum esse in solo deo.	
106.a		109.b	
Fructus ultimus quem spera-		Gradus in Ecclesia diuersi.	
mus.	61.b	79.b	
Fructificandum in opere bo-		Grati deo debem⁹ esse propter	
no.	176.a	multa.	134.a b
Fuga perniciosa.	61.a	Gratia & veritas per Christum.	
Furta vitanda.	147.b	135.b	
G		Gratia capitis quæ sit. ibidem	
G Abaonitæ.	52.2	Gratia Christi quæ sit.	18.a
Galea militis Christi.		Gratia data ut lex impleretur.	
161.b		101.b	
Gaudium fructus spiritus.		Gratia fidei abuti grande ne-	
106.a		fas.	15.b
Gaudium fideliū de tribus ma-		Gratia gratum faciens, & gra-	
ximè est.	15.a	tia gratis data.	77.b
Gaudium Pauli in vinculis exi-		Gratia linguarum.	81.a
stentis.	164.b	Gratia necessaria est propter	
Gaudium vires ministrat in o-		tria.	77.b
pere.	14.b	Gratia sanitatum.	80.b
Gemituum & afflictionum no-		Gratiæ cooperatur liberum ar-	
		bitrium,	

INDEX.

bitrium-	66.a	trem.	20.b
Gratiæ de quibus agenda. 117.b		Homicidiū multis modis com mitti.	ibidem.
Gratiæ dei debemus quicquid boni habemus. 31.b		Homicidia.	105.b
Gratiæ expertes vnde seducantur. 77.b		Homo cur omnis creatura dicatur.	36.b
Gratiæ multiformitas. 79.a		Homo gratia destitutus cui as similetur.	78.a
Gratiæ suæ opus in nobis perficit deus. 21.b		Homo nouus induendus Chri stus.	146.a
Gratiæ pro gratia accipere, quid. 62.b		Hominum spiritualium & car nalium differentia.	108.b
Gratias qualiter agere debeamus. 154.a		Hominibus malis qualiter dœ mones vtantur.	157.a
Gratitudo in quo consistat. 130.a		Hominibus nosmetipſos humi liare debemus.	23.a
Gratitudinis erga deum causæ. ibidem.a,b		Honor electorum.	35.a
Gulæ crucifixio. 52.b		Hora aduentus spiritus sancti.	
Gulæ vitium quam fœdū. 114.a		12.a	
eius dispendia. ibidem.		Humana fiducia. 88.b	
		& 89.a	
H		Humanæ mētis clamor ad deū ſuspiriosus.	34.b
Hæredes dei vt siamus. 69.b		Humani arbitrij libertas euidē ter astruitur.	156.a
Hæreditas coelestis vt pa retur. 157.b		Humani corporis statuta recta quid doceat.	158.b
Hæreditas per fidem, nō per le gem. 63.b.95 a		Humiliare nos sub deo debe mus. 22.b	
Hæretici cauendi. 148.b		sub hominibus.	23.a
Hæreticoruñ antesignanus qui bus comparetur. 149.a,b		Humiliati superbi quidam, sed non humiles facti.	25.b
Hæreticorum factiones ſectan tes, quales sint. ibidem.a		Humiliationis cauſe.	ibidem,a
Hæreticos perstringit. 40.b		Humilis erubescencia.	178.a
Heliç curam egit deus. 27.b		Humilium protector Deus.	
& 28.a		27.a	
Heliæ viſum. 10.b		Humilibus gratia datur.	
Homicidę ſpirituaſes. 151.a		23.b. eius rei exempla.	
Homicidam eſſe, qui odiſt fra 		ibidem.	
		Humili-	

I N D E X.

- Humilitas deo grata. 23.b
 Humilitas per patientiā probatur. 25.b
 Humilitas per reuerētiā elucet. 26.b
 Humilitas quas pariat animi virtutes. 125.b
 Humilitatis exaltatio. 23.b
 Humilitatis amplectēdē adhortatio. 124.b.125.a
 Humilitate iram dei placari. 125.a
 Humilitas vera in quatuor consistit. 24.a
 Humiliter de seipso sentiendū. 111.a
- I
- I**acob pro Rachele & Lya seruitus. 36.a
 Id ipsum sapere, quid sit. 17.a
 Idola sibi constituunt absente Christo mali Christiani. 71.b
 Idolorum seruitus. 104.a
 Ignauī arguuntur. 120.b
 Ignis alienus quid sit. 9.b
 Ignis in altari quid. 52.a
 Ignis sacrificiorum quorūdam à Deo cœlitus missus. 9.b
 Ignis spiritus sancti ut possit iugiter in altari cordis nostri ali. ibidem, a
 Ignis spiritus sancti celari non potest. 12.b
 Ignis tam materialis quam diuinus ut extinguatur. 10.b
 Ignis vltor in ingratos. 132.b
- Ignis vnde acquiratur. 8.b
 Ignis operationes præstantissimæ. 8.b.9.a
 Igni cōparatus spiritus sanctus. ibidem.
 Ignis charitatis fomite crescere. 165.b
 in Igne cur apparuerit spiritus sanctus. 8.b
 Ignominia peccatorum. 61.a
 Illuminantur quidam à Deo paulatim. 169.a
 Imbris abūdantia quid. 143.a
 Immunditia & iniquitas quid. 77.b.104.a
 Imperfectiones proximi patiēter ferendæ. 126.a b
 Impetus nimius in correctione fraterna vitandus. 110.b
 Impij pulueri comparati. 72.b
 Imprudentia Christianis vitada. 152.b
 Impudicitia. 104.a
 In carne seminare qui dicātur. 113.b
 In corde psallere quid sit. 154.a
 Inanis glorięvanitas. 109.b
 Incarnatiōis Christi beneficiū. 134.a
 Incauti multipliciter seducuntur. 148.b
 Induere nos posse vitia & virtutes. 146.a
 Inferis viciniores sumus quam superis. 38.a
 Infirmitas animę peccatum rētē dicitur. 55.b
 Infirmitas consuetudinis ma-lx.

INDEX.

Ix.	56.a	Interpretatio sermonum.	81.a
Infirmitas hominis quadrifaria.	55.a	Inueterascere in peccatis.	
Infirmitas culpæ	ibidem	67.b	
Infirmitas temporalis pœnæ.		Infidia mater mortis.	110.a
56.b		Infidiæ crucifixio.	52.a
Infirmitatis incommoda.	55.b	Infidia.	105.a
Ingratorum vltio.	133.a	Infidiæ punitio.	133.b
Ingratis pmissa beneficia negantur.	134.a	Iob custoditus à deo.	28.a
Ingratos beneficiorū dei auersatur spiritus sanctus.	4.b	Iob misericordia.	41.a
Ingratitudo Israelitici populi vindicata.	132.a b	Ionas de quatuor interrogatur.	
Ingratitudo Iudæorum mira.	70.a	112.a	
Ingratitudo quatuor modis à deo punitur.	131.b	Iordanis mysticè.	88.b
Ingratitudinis modi quatuor.	130.& dein.	Iosue clypeum eleuat contra Hai.	121.a
Ingratitudinis peccato gen'hu manum penè deletum.	132.a	Iouis in limine lia duo.	
Ingratis collata bona auferri.	131.b	37.b	
Inimici crucis Christi.	169.b & 170.b	Ira dei in differentes.	73.a
Inimicitiæ carnales.	104.b	Ira sancta, & ira mala.	147.a
Iniquitatis semen, arbor, fructus, finis.	60.a	Ira, veteris hominis pars.	
Initia bona adferre spem bonam.	163.a	147.a	
Inobedientiæ superbia.	24.a,b	Iræ crucifixio.	52.b
Insidiæ diaboli multiplices.	157.a	Iræ quæ sint.	104.b
Insipientis datū quod sit.	59.a	Iracundos diabolo locum dare.	147.b
Insoleendum non esse cōtra egenum.	41.b	Iratis solem iustitiae occidere.	
Instinctum gratiæ sequēdo, nemo in peccatum labitur.	78.a	ibidem.	
		Irriguum superius & inferius.	
		37.a	
		Israel ob ingratitudinem legis beneficio indignus.	132.a
		Israeliticæ gentis nimia ingratitudo.	131.a
		Israelitici populi director & custos deus.	27.b
		Iteratione baptismi Paulus dif fitetur.	54.a
		Iubileus remissionis.	6.a
		Iudæi, Israelitæ.	14.a
		Iudæorum differentia quo ad bbb filia.	



INDEX.

- filiationem adoptionis à nobis. 67.b
 Iudeorum ingratitudo mira. 70.a
 Iudeorum supplicia nos docent. 70.a.73.b 74.a
 Iudeos in omni gente nasci a priuitas faciebat. 13.b
 in Iudicio unusquisque opus suum probabit. 112.a
 Iustitia quę intelligatur. 176.a
 Iustitiae fructus quis sit. 167.a
 per Iustitiam Christus diabolū spoliauit. 179.b
 Iustificatio p̄ fidem, non per legem. 93.95.a

L

- L**amech bigamus. 58.a
 Lampades gloriantiū extinguuntur. 116.b
 Lapis, cor peccatoris. 8.b
 Lapis sepulchro Christi impo-
situs mysticè quid. 49.a
 Laqueus & esca. 75.a
 Lasciuorum carminum malū. 154.a
 Latitudo charitatis. 122.b
 Leonis diaboli crudelitas. 29.a
 Leuitis cur possessio data non fit. 19.b.113.a
 Leuitici figura eleganter exposita. 9.b
 Lex ad Christum usque dura-
tura, per angelos data. 99.a
 Lex benedictionem nō affert. 95.a
 Lex cur data. 98.b.99.a
 & 101.b
 Lex diabolici connubij. 58.a.b
 Lex etiam sine gratia utilis est. 91.b
 Lex mala non est. ibidem
 Lex Moysi sub Christi potesta-
te. 100.a
 Lex non potuit iustificare. 101.a
 Lex quando data. 94.b
 quibus posita. 107.a.108.a
 Legis dandæ causa. 100.b
 Legis & euangelij differentia. 68.a
 Legem veterem & nouam dif-
ferenter dispositis datas. 6.b
 Lege cōuicta hominis infirmi-
tas. 99.b. eadem peccati mor-
bus inualuit. ibidem
 Lya mysticè. 36.a
 Liberè quædam à deo moueri,
quædam naturaliter. 91.a
 Libertas à lege. 103.b
 Libertas ad mala, deterior vin-
culis est. 149.a
 Libertas culpabilis, & seruitus
laudabilis. 59.b
 Liberum arbitrium assentitur, si-
mul & gratia. 90.a. simul ope-
rantur. ibidem.b
 Liberum arbitrium gratiæ co-
operatur. 65.b
 Liberum circa arbitrium error
geminus tollitur. 90.b
 Liberum esse hominis arbi-
trium, nec sufficere tamē ad
sa-

INDEX.

- salutem. 118.a
 Libido carnis ut refrenetur. 159.b
 Lignum vita afferens fructus duodecim. 107.b
 Lingua cur coercenda. 43.b
 Linguæ cum verbo cognatio. 8.a
 Lingua ignea quæ sunt. 7.b
 Linguarum gratia. 81.a
 Linguarum typus in missione spiritus sancti. 12.b
 Linguis omnium gentium Apostolos verè locutos fuisse. 13.a
 Linteamē mysticè quid. 48.b
 Litera occidens quæ sit. 91.a
 Litera Pythagoræ. 102.b
 Longanimitas, fructus spiritus. 106.b
 Longanimitatis virtus. 177.b
 Longitudo charitatis. 122.b
 Loquaces reprehendit. 137.a
 Lorica iustitiae. 160.a
 Loth nisi Sodomis exisset, simul cum illis perisset. 166.a
 Lubrica peccatorum via. 75.b
 Lucta Iacob cum angelo. 159.b
 Lumen sortis sanctorum. 178.a
 Lupi prudentia. 75.a
 Luxui deditorum error. 142.a
 Luxuria. 104.a
 nunquam impunita. 71.b
 quid velit. 57.b, 58.b
 Luxuriæ crucifixio. 52.b
 Luxuriæ mala. 159.a
 Luxurie voluptas glacie simili. 148.b
 Luxuriæ dediti quid metant. 114.a
M
Machabeorum locus ele-
 ganter expositus. 9.b
 & dein.
 Medianitarum commixtionis malum. 71.b
 Mahumeti lex cur sine miracu-
 lis recepta. 84.a
 Maledicendum non esse cui-
 quam. 42.a
 Mala facienda non sunt ut ve-
 niant bona. 47.a
 Malorum exempla multos se-
 ducunt. 130.a
 Malis præsentibus ferendis vi-
 tantur sempiterna mala. 33.b
 & 34.a
 Mala præsentia fortiter tole-
 randa. 37.a
 Mala pro bonis recipere, indi-
 gnissimum. 131.b
 Mali homines electis utiles. 38.a
 Malis propriam malitiam no-
 cere. 45.b
 Malos quomodo respiciat de-
 45.a
 Malum malo non esse reden-
 dum, quatuor de causis. 41.b
 Mansuetudo quæ sit. 107.b
 eius commendatio. 115.b
 Manus coercenda ab opere ma-
 lo. 43.b
 Manibus operandum. 148.a
 bbb ij Manus

I N D E X.

- | | | | |
|--------------------------------|-------------|----------------------------------|--------|
| Manus Moyſi leproſa. | 93.a | Mons Seir qui ſit. | 19.a |
| Mariæ virginis prudentia. | | Mors & resurrecțio Christi nō | |
| 152.a | | tantum res, ſed etiam ſacra- | |
| Mediator duorum populum | | menta ſunt. | 51.a |
| Christus. | 100.a | Mors ipſa morietur. | 35.b |
| Medicamen quibusdam affert | | Mors peccati magnopere optā | |
| mortem. | 117.b | da. | 53.b |
| Medici fraudulenti. | 56.a | Mors per dilectionem proximi | |
| Mébra viuis olim dedita, nunc | | vitatur. | 20.a |
| iuſtitiae ſeruiant. | 57.a | Mortis mater, inuidia. | 110.a |
| Membrorum inter ſe charitas | | in Morte Christi cur dicamur | |
| triplex. | 127.b | baptizari. | 48.a |
| Mendacium, veteris hominis | | Mortale corpus noſtrum quare | |
| pars. | 146.b | corpus humilitatis dicatur. | |
| Médacia filiorum alienorum. | | 173.a | |
| 67.a | | Mortalis cōditio multis malis | |
| Mens ſpiritum sanctum rece- | | obnoxia. | 37.a b |
| ptura ut debeat diſponi. | 3.b | Mortalium cæcitas. | 25.b |
| Mentis corrupte vitia. | 105.b | Mortalitate noſtra terner non | |
| Mensa diaboli. | 29.b | debemus. | 62.b |
| Merita noſtra, pœnæ & ſuppli- | | Mortui peccato. | 47.a b |
| cia. | 31.b | Moyses cur velatus Iudeis lo- | |
| Merita noſtra eſſe dona dei. | | quitur. | 92.b |
| 62.a | | Moyses in mōte Christi typum | |
| Meritis propriis fidendum nō | | exprefſit. | 71.a |
| eſſe. | 88.b | Moyses, magna fidei exemplū | |
| Militis Christi armatura. | 158.b | 31.a | |
| 161.b | | Moyses ſtellis, Christus ſoli cō | |
| Minimus filiorum Ifai regem | | paratus. | 93.a |
| vnctus. | 119.a | Mulieres Pauli in euāgelio ad- | |
| Ministrorum noui testamenti | | iuſtrices. | 174.a |
| gloria. | 91.a.92.a b | Mundus, mundi amatores. | |
| Mirica quid ſit. | 89.b | 18.b | |
| Mifericordia, vnanimitatis ef- | | Mundi odiū ipſius amori præ- | |
| fectus. | 41.a | ferendum bonis. | 19.b |
| Miffarū ſolennia cur hora diei | | Mundanam proſperitatē bo- | |
| tertia celebrentur. | 12.a | ni reprobiſ ne inuideant. | |
| Modeſtia quæ ſit. | 107.a | 19.a | |
| Modeſtia Christiana, | 41.b | Mundanorum vota. | 19.a |
| | | Munc- | |

I N D E X.

- Munerum recusatio Abrahæ,
imitanda. 98.a
- Murmur Israelis contra deum.
72.b
- Murmur quid sit. ibidem
- Murmuris contra deum occa-
sio nes prauis hominibus.
73.b
- Murmurantium mala duplicā-
tur. ibidem, a
- Mustum in vtres nouos mis-
sum, quid. 11.a
- N**
- Nabuchodonosoris humi-
liatio. 25.b
- Necessariorum advitam
obtentio à deo speranda.
69.b
- Necessariorum amor, dei chari-
tati posthabendus. 22.a
- Neophyti ad dignitates statim
non prouehendi. 75.a
- Nihil nobis in opere bono tri-
buere debemus. 163.b
- Nouitas sancta assumenda. 142
b. & dein.
- Nouus homo quem induere iu-
bemur. 146.a
- Noui hominis Christi virtutes
tres. 146.b
- O**
- Obedientia bonum.
24.a
- Obedientiam Abrahæ se-
ctari cupientes quid agant.
98.a
- Obsecratio facilius impetrat
quam imperium. 124.2
- Obstupuisse in peccatis quid.
- 139.a
- Occhozias per pœnam peior.
56.b
- Oculus dexter. 138.b
- Oculi mysticè. 144.b
- Oculorum dextrorū eruendo-
rum fædus. 138.b
- Oculos domini superuigilare
iustis. 44.b
- Oculis pleni esse debemus.
28.b
- Odium abiiciendum. 147.b
- Odio esse mundo ppter Chii-
stum, gloriosum. 18.b.19.a
- Odiri à mundo prostat quam
amari. 19.b
- Odor bonus Christi. 140.b
- Odoratus veteris hominis cor-
ruptus. ibidem.
- Offendicula scienter submini-
strantes taxantur. 150.b
- Onera proximorum portanda.
111.a
- Operatio dei duplex. 3.a
- Operatio trinitatis ad extra in-
separabilis est. 81.b
& 79.b
- Operatio virtutum. 81.a
- Operatio vitam probat. 54.a
- Opus bonū in nobis deus per-
ficit. 31.b
- Opus bonum non est quod ex
charitatis radice non proce-
dit. 91.b
- Opus suum examinet quisque.
111.b
- Operi perficiendo tria requi-
runtur. 163.a
- Opere bono fructificadū qua-
bbb iii 1a-

I N D E X.

ratione.	176.a	dis.	119.b
Opere in bono nihil nobis tribuere debemus.	163.b	Pater omniū unus deus.	129.a
Opera bona celantes.	150.a	Pati propter deum, gloriosum est.	46.a
Opera carnis quā sint.	103.b	Patris summi gratiam qui merentur.	155.b
Opera fidei iungenda.	175.b	Patrem se nobis deus quatuor modis ostendit.	118.b
Opera trinitatis indiuisa.	79.b & 81.b	Paternitas in angelis ut intelligatur.	119.b
Operibus bonis perseverāter insistendum esse.	115.a	Paternitas omnis à summo patre deo.	ibidem.a
Ossa arida qualiter rursus vivant.	40.a	Paulus Apostolus quasi prudēs medicus.	54.b
Otentatores opum.	150.a	Paulus bonus & moralis magister.	167.b
P			
Paedagogi vice lex fuit.	103.b	Paulus suis vinculis fidei dogma confirmat.	164.a
Parabola.	37.a	Pauli fiducia vnde.	88.a
Paracletus consolator.	8.a	Pauli Apostoli humilitas.	86.b & 87.a b
Parietem peccatorum fodere.	53.a	Pauonis superbia.	25.a
Paruulorum cōmiseratio.	27.a	Paupertas duplex.	21.b
Paruuloru vox ad patrem, Abba.	69.b	Pax interna ut turbetur.	106.b
Passio electorū, modica.	32.a	Pax ut querenda.	44.a ut dissipetur.
Passiones bonæ sunt.	34.b	Pacis unitatis commendatio.	126.b
Passiones nostræ Christi passiōnibus collatae, modicæ sunt.	34.a	Pacis unitas quam necessaria.	127.a
Passionum huius temporis breuitas, leuitas, utilitas.	33.a	Pacem nobis Christus testamēto legauit.	17.b
Patientia, fructus spiritus.	106.b	Pacifici, filii dei.	ibidem.
Patientia vera esse debet, non simulata.	126.a	Peccati corpus ut destruatur.	51.b
Patientiae victus.	177.b	Peccati nostri ablutio quanti constiterit.	47.b
Patientiae humilitas probatur.	25.b	Peccati semen, arbor, fructus, finis.	60.a
Pater quis dicitur quatuor mo-		Peccati	

INDEX.

- Peccati seruus non potest contra domini voluntatem. 56.a
 Peccati seruitus spontanea. 59.b
 sterilis. ibid. mortifera. 61.a
 Peccati stipendum, mors. 62.a
 ex Peccato ignominia prouenit & mors. 61.a
 Peccato mori quid. 47.b
 sub Peccato scriptura omnia cōclusit. 101.a
 Peccata & crimina differunt. 137.b
 Peccata etiā dimissa propter in gratitudinē imputātur. 133.a
 Peccata non omnia carni attri- buenda. 105.b
 Peccata sua agnoscētū hu- militas deo grata. 24.b
 Peccata sua agnoscere nolētiū superbia. 25.a
 Peccata venialia quēdam iustū ab æternæ vitæ ingressu non excludunt. 152.a
 Peccatorū remissio à deo sperāda. 96.b
 Peccatis pœna perpetua debe- tur. 33.a
 Peccatis singulis damnationē parari. 105.b
 Peccator ambulat in mentis cæ- citate. 138.b
 Peccator frustra sibi fuga liber- tatem querit. 91.a
 Peccator in operationis prauita te ambulat. 139.a
 Peccator omnis mendax. 67.b
 Peccator tria de seipso conside- ret. 60.b
 Peccatores, ut alieni facti sint, 67.a
 Peccatricis animæ typus Agar. 61.a
 Pedes euangelizantium specio- si. 169.b
 Pedica auaritiae. 74.b
 Pelagij error. 90.b
 Pétecoste quę sit, & vnde dicta. 5.a
 Pentecostes solennitate quid deo offerre debeamus. 5.b
 Pentecostes nostræ cum veteri Pentecoste iudæorum colla- tio. ibidem
 Peregrinatio Abrahæ nobis imi- tanda. 97.a
 Perfectio Christiana quę sit. 16.a. vt ea paretur. ibidem.
 Perfici debet Christian⁹ homo erga deū, pximū, & seipſū. 16.b
 Persecutores piis pdesse. 45.b
 Perseuerantia bonum. 116.a
 Personæ in diuinis cquales, 80.a
 Personarum trinitas. 79.b
 Petri ardor post acceptum spii- tum sanctum. 11.a
 Petro cur primum apparuerit Christus resuscitatus. 86.b
 Pharaonis superbi humiliatio seu percussio. 25.b. cius simi- les. ibidem.
 Philautia cæcitas. 25.a.b
 Philosophi gētiū ingrat. 133.a
 Piè viuetium cōsolatio. 44.b
 Piscib⁹ comparati carnales ho- mines. 109.a
 Planta cui complantari debe- mus, Christi mors. 50.b
 Plåtationes adulterinæ. 122.a
 bbb iii lateæ

INDEX.

- Plateç delitiarum. 75.b
 Plini sententiæ notabiles. 153.a
 Poena g̃erna peccatis debita ut
euitetur. 33.b
 Poena docente, homo se se co-
gnoscit. 56.b
 Poenitentia exempla. 25.a
 Poenitentia humilitas. 24.b
 Porcorū grex in aquis suffoca-
tus quid significet. 114.b
 Potestas diaboli. 28.b
 Potestati tenebrarum subiecti.
178 b
 Præcepta superiorum, laquei &
vincula. 124.a
 Præda viuit auatus. 145 a
 Prædicatores sustentandi.
112.b
 Præfecti operum Pharaonis:
58.b
 Prælati præ cæteris à diabolo
imperuntur. 118.a
 Prælati propter subditos cōsti-
tuti. 154.b
 Præoccupatus in delicto quis.
110.a
 Prauorum societas fugienda.
150.b
 Principes ob peccatum populi
puniri. 71.b
 Principij boni spes. 163.a
 Principia bona malo fine con-
clusa. 164.a
 Procedere quomodo dicatur
de filio & spiritu sancto. 3.a,b
 Procrastinantes salutis suæ o-
pus, perstringuntur. 120.a
 Profundum charitatis. 122.b
 Promissionis filij, filij dei, non
filij carnis. 94.a
 Promissioñes diuinæ stabiles
permanere. 94.a,b
 Promotio in dignitatibus præ-
propera esse non debet. 75.a
 Prophetia. 81.a
 Propitiator noster Christus.
134.a
 Proselyti qui dicerentur. 14.a
 Protectoř in se sperantium de^o
96 a
 Propinquus ut sit diligendus.
21.b, 22 a
 Proximi dilectionis utilitas.
19.b.eius incitamenta. 20.a
 Proximi dilectionis commenda-
tio. 20 a,b
 Proximi imperfectiones patie-
ter ferendæ. 126.a,b
 Proximū lapsum spernendum
non esse. 110.b
 Proximum scandalizare quam
sit graue. 150.b, 151.a
 Proximorum onera portanda.
111.a
 Prudenter ambulandum mul-
tis de causis. 148.b
 Psallere in corde quid sit.
154.a
 Psalmorum efficacia. 153.b
 Pseudoapostolus ut deprehen-
datur. 78 b
 Pseudoapostoli redarguntur.
175.a
 Pulli aquilæ, auari hominis fi-
lij. 145.a
- Q
- Q V I N Q V A G E S I -
- mæ commendatio. 5.b, 6.a
- R.

INDEX.

R.

- R**absacis blasphemiae à
deo auditæ & vindicatæ.
45.a
Rachel misticæ. 36.a
Radicib⁹ geminis in deo firma
mur. 122.a
Reciduantium ingratitudo ac
periculum. 71. a
Reciduum peccati. 48.a
Rectè quis dicatur consistere.
158.b
Redditur quod debitum est,
datur gratia. 62.a
Redemptio corporis nostri que
sit. 39.
Redimere tempus quid sit.
152.a
Redemptionem & remissionē
perccatorum per Christum
esse. 179.b
Refugium nostrum ad deum.
172.a
Regine Sabæ commendatio.
22.b
Regnū Christi, fideles. 179.a
Religiosi quidam specie, homi
cidæ. 151.a
Remunerantur quidam tempo
ralibus bonis. 98.a
Renouari posse tria. 143.a
Renouatio interioris hominis
48.b
Renouatio mētis ut fiat. ibidem
Repleri fructu iustitiae quid sit.
167.a
Reprobum in sensum quosdam
tradi. 139.a
Resipiscētium sacrificium igne

- diuino succenditur. 10.a
Resistere diabolo possum⁹ opis
tulante deo. 158.a
Resurrectio, fidei caput. 85.b
Resurrectio prima quæ sit.
20.a
Resurrectionis dominicæ te
stes. 86.b
Retributionum modi quatuor.
41.b
Reuelatio filiorum dei quam
creatura expectat. 35.a
Reuerentia quibus debeatur.
26.b
Rex Babylonis diabolus. 46.a
Rixa quæ dicantur. 104.b
Rostrum aduncum quid mysti
cæ. 145.a
Ruben Gad & Manasse quoru
sint typus. 66.b
Ruth moabitidis commēdatio.
22.b

S.

- S**acerdotes & leuitæ sortem
in terra non acceperunt.
113.a
Sacramentum eucharistiae cur
post cœnam à Christo insti
tutum. 12.a
Sacramentorum virtus. 134.b
Sacrificia Deo accepta igne co
litus miss⁹ accensa. 9.b
Sagittæ domini quæ sint. 57.a
Salis sapientiae condimentum.
140.a
Salomon idola colit fœminarū
amore infatuatus. 166.b
Salomonis infatuati aduersa.
38 a

Salomonis

INDEX.

- S**alomonis ruina quid doceat. 104.a
Salus per euangelium affertur 84.b.85.a
Salutem nostram à deo esse. 20.a
Sanctificádus Christus in cordi-
bus nostris. 46.b
Sapere terrena. 171.b
Sapiēs quis iure dicatur. 151.b
Sapiēntia diuini verbi cur sali-
comparata. 140.a
Sapiēntia & scientia differunt 80.a
Sapiēntia terrena , animalis. 138.b
Saul abiecto clypeo interiit. 31.a.161.a
Saul cur arreptitus 66.a
Saul phytōnissam consulēs, po-
stridie imperfectus. 117.a
Saul post bona initia malè finit 164.a
Saul quis intelligatur mysticē. 52.a
Saul vi psalmorum afflatus. 153.b
Saul virtute verbi afflatus. 168.b
Scandalizare proximum quā sit graue. 150.b
Scenophégia Iudæorum. 4.a
Schismatici & hæretici quales. 41.
Schismaticum mala. 17.a
Scientia diuina quā sit. 136.b
Scientia non reprehenditur cū dicitur, Scientia inflat. 91.b
Scripturā omnes homines sub peccato conclusisse. 101.a
Scripturis prænuntiata Christi mysteria. 86.a
Scutum cætera arma defendit. 161.a
Scutum fidei. 160.b.161.a
Sectæ 165.a
Sectarum & hærescon auctores perstringit. 40.b
Seculi huius amatores ut fallū-
tur. 135.a
Secundum carnem viuentes pe-
rituri. 64.b
Seductionis incautorum multi-
plex ratio. 148.b
Seductores cauendi. 49.a
Semen vnum, non multa semi-
na, quib⁹ promissio facta est. ibidem.
Seminis multiplicationem me-
ruit Abraham oblatione filij. 97.b
Seminare in spiritu quid. 114.b
Septem vitia capitalia. 52.a
Sennacherib blasphemus humili-
liatur. 26.a
Sepulchrum nouum mysticē quid. 48.b
Sepultura Christi nobis imitan-
da. ibidem
Serpēs mulieris seductor. 63.b
Serpentis renouatio. 145.b
Sermo domini, ignis æstuans. 12.b
Seruire immunditiæ & iniqui-
tati, quid. 57.b
Seruorum genera duo. 68.b
Seruorum institutio. 39.b
Seruitus peccati. 59.b.60.a,b
Seruitutis

INDEX.

- Seruitutis institutio bona. 178.a
 61.b.
- Seueri in alios, sibi omnia indulgentes. 111.b
 Sicarius qui sit. 149.a
- Sichemitarum ingratorum punitio. 133.b
 Similia. 3.b.14.b.16.a,b.24.a,b
 25.a 26.a,b.31.b.32.a.34.a,b.35
 b.38.a.39.a.40.a,b.44.b.48.a.
 50.b.60.a,b.64.a,b.75.a.78.a,
 80.b 84.b.85.b.102.b.103.b.110
 a.111.a.114.b.115.b.117.b.121.b.
 124.128.b.140.b.142.a.148.b.
 154.a.162.b.163.b.165.b.166.a
 167.b.169.b.
- Similitudo docens liberum arbitrium gratiæ cooperari. 65.b
 Similitudo peccatoris obdurati 67.b
 Sitis quam in nobis requirit spiritus sanctus. 4.b
 Sobrietas in quo consistat. 28.a
 Sobriis tatum datur spiritus sanctus. 12.a
 Sol quibus occumbat dum adhuc dies est. 144.a
 Solis accessio terram innouat ibidem.
 Sollicitudo nostra omnis in deum proicienda. 28.a
 Sonus & linguæ igneæ in aduentu spiritus sancti quid. 7.b
 Sonus in aduentu spiritus sancti quid. ibidem a
 Sors sanctorum beatitudo.
- Sorte sua nemo contentus. 37.a
 Sortilegos consulere quam grue scelus. 117.a
 Spectator pugnæ nostræ deus. 103.a
 Speranda nobis à Deo tria. 96.b
 Spes Abrahæ imitanda. 96.a
 Spes gaudium subministrat. 15.b
 Spes meretur protectionem. 96.a
 Spes vires confortat, desperatio frangit. 117.b
 Spei necessitas. 35.b
 Spiritus adoptiōis quid efficiat 69.a
 Spiritus an ex deo sint ut probetur. 78.b
 Spiritus idē timoris & amoris. 68.a
 Spiritus quid loquatur audiendum. 102.a
 Spiritus fructus. 106.a
 Spiritui subiicienda caro. 63.b
 Spiritu facta carnis mortificare quid sit.
 Spiritu quare ambulandum. 101.b.102.a
 Spiritus qui sit quo facta carnis mortificantur. 65.b
 Spiritu uno omnia ecclesiæ membra reguntur. 122.a
 Spiritu ut renouemur. 143.a
 Spiritus sancti consideratio. 1.a
 b.2.a,b.& dein per totum eū sermonem.
- Spiritus

INDEX.

- Spiritus sanctus cur apostolis in
cœnaculo vnanimiter cōgre-
gatis datus. 6.a
Spiritus sanctus cur in igne ap-
paruerit. 8.b
Spiritus sanctus & ante & post
domini passionem datus.
6.b
Spiritus sanctus , patris & filij
amor. 1.b. causa creationis vni
uersorum. ibidem.
Spiritus sanctus quo loco re-
quiescat. 143.b
Spiritus sanctus solenni die Pē
tecostes cur datus. 14.a
Spiritus sanctus vt dicatur totā
domum impleuisse. 7.b
Spiritus sancti confirmatio.
11.b
Spiritus sancti donū in aposto-
lis, à quibusdam irrisum, ab a-
liis veneratum. 14.a
Spiritus sancti in discipulos ad-
uentus causa. 2.b
Spiritus sancti operationes va-
riæ secundum subiectum. 8.b
Spiritus sancti subsistentiæ ve-
ritas probatur. 1.a
Spiritus sancti vinculo conne-
ctuntur ecclesiæ membra.
126.b
Spiritus sancti vnguentum qua-
le. 18.a
Spiritu sancto afflatus Christo
non obloquitur. 78.a.b
Stare spiritualiter , & cadere
quomodo contingat. 74.a
Statura recta militem decet.
158.b
- Sterilitas terræ propter pecca-
tum Saul. 52.a
Stipendum quid. 62.a
Suaue olet id cuique, quo pasci
tur. 140.b
Sub deo nos humiliare debe-
mus. 23.a
Sub lege culpabiliter esse.
103.b
Substantia malè irrogata. 56.a
Superbia quæ vitia pariat.
125.b
Superbia vt crucifigatur. 52.b
Superbiæ causa in homine.
25.a
in Superbia gradientes arguun-
tur. 124.b
Superbi filij Belial. 77.b
Superbis deus resistit. 23.a
Superiorum præcepta, laqueos
esse & vincula. 124.a
Superstitiones criminationes vn-
de. 80.b
Supplicia malos christianos
grauiā manent. 70.b
Sursum cor ad dominum refu-
gium. 172.a
Synceros charitas facit. 166.b
- T.
- T**actus veteris hominis de-
ficit. 141.a
Temeritas incōsulta gra-
uiter vindicata. 23.a
Temporum nouissimorum ma-
litia. 21.a
Temporibus suis singula deus
disposuit. 115.b
Tenebrae à quibus per Christū
crepti sumus. 179.a
Tentare

I N D E X.

- Tentare deum quid sit. 72.a
 Tentatio humana, & tentatio
 diabolica. 76.a
 Tentatio secundū cuiusque vir
 tutem dispensatur. 77.a
 Tentationis tempore fidēdum
 deo. 76.a
 Tētationem in bonum cedere
 tentatis. ibidem,b
 Tētatiōes nostrę modicę sunt.
 32.a
 Tentatorum Dei exitium.
 72.b
 Tepiditas disponit ad casum.
 75.b
 Terra ut renouetur. 143.a,b
 Terrena animalia. 171.b
 Terrena sapere. ibidem.
 Tertia hora diei cur datus spi
 ritus sanctus, & missarum so
 lennia celebrentur. 12.a
 Testes dominicę resurrectiōis.
 86.b
 Testamētum Christi lex irritū
 facere non potest. 94.b
 Testamenti noui & veteris dif
 ferentia. 92.a
 Thobia iunioris custos ange
 lus dei. 28.a
 Timendū esse deum, nō homi
 nes. 46.b
 Timor naturalis. 68.b
 mundanus, seruilis, initialis,
 castus. 69.a
 Timor triplex. 68.b
 Timore pœnæ solo non fit bo
 num. ibidem
 Tolerādum est quod est omni
 bus commune. 30.b
- Tradi in reprobum sensum.
 139.a
 Tria à deo cōsecuturos nos cō
 fidere debemus. 90.a
 Tria renouari posse. 143.a
 Tria sperare à deo debemus.
 96.b
 Tribulatio Pauli, gloria credē
 tium. 117.a
 in Tribulatione deficiunt qui
 dam multis de causis. ibidem
 Tribulatione quidam deterio
 res fiunt. ibidem,b
 Tribulationes bonæ.
 34.b
 Tribulationes cōsolatione cō
 pensantur. 33.b
 Tribulationū perpessione spē
 augeri. 32.a
 Trinitatis mysteriū expressum.
 18.a
 Trinitatis personarum ratio.
 1.b
 Trinitatis opera indiuīsa.
 79.b
 Triplex docendi modus.
 167.b
 Turrim corporis Christi ædifi
 caturi Apostoli. 13.a
 V
- V** Acuitatis seu vanitatis
 indictum. 24.a
 Vanè gloriantes quibus
 similentur. 109.b
 Vanitas cui subiecta est creatu
 ra. 35.b
 in Vanitate sensus quis ambu
 let. 138.a
 Vanus qui dicatur. 24.a
 Vbi

INDE X.

Vbi abundauit delictū, &c. ex- positum.	abiicienda.	158.a
Vehementia spiritus sancti ad- uenientis quid significet.	Vinctos præstat esse nōnullos, quām solutos.	47.b 60.a
Veneficia quæ sint.	Vinculum pacis.	104.a 127.a
Venter deus.	Vinculis suis Paulus fidei dog- ma confirmat.	170.b 164.a
Verbum dei audire nolētium, pœna.	Vinum germinans virgines, spi- ritus sancti gratia.	168.a 153.b
Verbi dei efficacia.	Vini usus immoderatus quām sit homini nocius.	162.b 153.a
circa Verbum dei alij aliter se habent.	cuius moderati utilitas.	ibidē.
Verbum reperitur sine scientia & contrā.	Virga resuscitans in taberna- culum relata.	136.b 50.a
Verba cōtentiosa, tela rixæ pri- ma.	Virga Aaron florentis miracu- lum.	104.b 49.b
Verbositas sine scientia.	Virorum institutio.	136.b 39.b
Veritatē Euangelij probat cre- dentiū multitudo.	Virtutes animi cur fructus di- cuntur.	83.b 106.a
Veritatem loqui debem⁹ pro- pter multa.	Virtutes animi duobus modis obtinentur.	146.b 177.a
Vestimentum Christi, fideles omnes.	Virtuti cuiusque tentatio attē- peratur.	18.a 77.a
Vestis duplex æstiua & hyema- lis.	Virtutum cæterarum mater hu- militas.	39.a 125.a
Vetus homo noster quid sit.	Visus hominis veteris hebescit	51.b 140.b
Vetus homo ut corrumpatur. ut deponendus.	Vitæ A postolicæ integritas.	139.b ibidem 83.b
Veteris hominis partes tres.	Vitæ cœlestis prægustationes.	146.b 140.b
Veteri homini sensus deficiūt.	Vitia omnia depellit spirit⁹ san- ctus.	141.b 11.b
Veterem hominem corrumpi secundum desideria erroris.	Vitia virtutes esse diabolus mé- titur.	47.b 156.a
Viuere deo, & viuere peccato, quid.	Viuere deo, & viuere peccato,	54.a 47.b
Via spatioſa & declivis.	Vltimus fructus noster.	102.a 61.b
Victoria etiā parta cautio non	Vmbra Aegypti in ignominia.	89.a

Vnani-

I N D E X.

- | | | | |
|---|-------|---|---------|
| Vnanimitatis humanæ signa
quinq[ue]. | 40.a | tus sancti extinguit. | 10.b |
| Vnctio Christianorum. | 31.a | Voluptas multis exitio fuit. | |
| Vnitas, omnis rei principium,
2.a | | 142.a b | |
| Vnitas pacis seruanda. | 123.b | Voluptati& diuitiis quid succe-
det. | 59.a |
| Vnitatem ecclesiasticā soluen-
tium pernicies. | 17.a | Voluptatibus carnis dediti, ca-
dauera. | 143 b |
| Vniuersitas iniquitatis, lingua.
43.b | | Vota mundanorum. | 19.a |
| Vocatio ad gloriam. | 31.b | Vsuram suorum donorum à no-
bis exigit deus. | 157.2 b |
| Voluntas nostra ad bonū opus
requiritur. | 163. | Vxoris Loth exemplum. | |
| Voluptas carnalis ignem spiri- | | | |

F I N I S.



IN H A C P A R T E Æ S T I V A
Homiliae hic designatae continentur.

Dominica Pentecostes de spiritu sancto,	
Homilia III.	
Dominica Trinitatis,	Homilia I.
Dominica secunda post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica tertia post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica quarta post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica quinta post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica sexta post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica septima post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica octaua post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica nona post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica decima post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica vndecima post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica duodecima post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica decimatercia post pentecosten,	Homilia II.
Dominica decimaquarta post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica decimaquinta post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica decimasexta post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica decimaseptima post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica decimaoctaua post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica decimanona post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica vigesima post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica vigesimaprima post Pentecosten,	Homilia II.
Dominica vigesimasecunda post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica vigesimatertia post Pentecosten,	Homilia I.
Dominica vigesimaquarta post Pentecosten,	Homilia I.

HOMILIAE IN EPI-

STOLAS DOMINICALES,
iuxta literam, per Fra. Ioannem Royardum,
ordinis Fratrum Minorum editæ, ac
nunc demum per eundem recogni-
tæ, tersæ & emendatæ.

PARS AESTIVA.

IN DIE SANCTO Pentecostes.

HOMILIA PRIMA.



Lucidandis iis quæ in hac sublimi solen-
nitate de spiritu sancto iuxta lectionem
Epistolæ dicentur, præmittendum primò
est aliquid de veritate subsistētiæ spiritus
sancti. Secundò, de causa aduentus ipsius
in discipulos Christi. Tertiò, de requisita
dispositione, seu qualitate sui habitaculi.

Circa primum, ne forsan & nunc sint qui dicant: Neque *Act. 19.*
si spiritus sanctus est audiuiimus, aduerte quām euidēti & *De veri-*
necessaria ratione veritas subsistētiæ personæ spiritus san *tate subsi*
eti probatur. Quum enim pater diligat filium, & vicissim fletiæ per-
filius diligat patrē amore omniū perfectissimo atq; sua sonæ spi-
uissimo, instantū ut illius beatissimæ societatis ineffabilis ritus san-
dulcedo sit omni creato intellectui incōprehēsibilis, ne- cēti.
cēsse est hāc superbeatissimam & ineffabilem patris & si Ratio pri-
lij societatē summo & cōdigno amore conciliari & con- *mā.*
necti. Palām est enim sine amore nō posse solarium perfe-
& tæ societatis inter quoscunq; cōfłari, sicut patet de cor-
pore & anima, quæ nequaquā ad cōstitutionem animan-
tis simul connecterentur, si non amor quidā ytriique con-

Ephes. 5. naturalis interueniret, quo, scilicet nemo vñquā carnem suam odio habuit, nec econuersò caro vñquam vitam suā odiuit. Itidem patet in his qui cōiugij vinculo colligātur, *Spiritus sanctus pater & filij amor est.* quorum societas vnitatisq; amore conciliatur. Est enim in amore vis quædā mutuō se amantiū vñtiua, suiq; ac suorum affectuum cōmunicatiua. Quum ergo sit inter deum patrem & eius vnicum consubstantialem, & coæternū filium perfectissima atque (vt ita dicam) societas plusquā germanissima, ineffabilem dulcedinem & incōprehensibilem semper habens superbeatissimę fruitionis iocunditatem: necesse est eos perfectissimi & omnī dulcissimi amoris & increatę atque coæternę charitatis vinculo cōnecti. Sanè hic amor, hæc charitas æterna & utriusque consubstantialis & coæterna, iste nexus connaturalis & coæterni amoris, spiritus sanctus est.

Ratio secunda. ¶ Rursus, quum omnium rerum quę sunt sit creator & opifex deus, & in operante (ad hoc vt per ipsum aliquid efficiatur) necessariò requirātur hæc tria, potentia, sapientia, & volūtas seu benevolentia: potentia, vt possit: sapientia, vt sciat: voluntas, seu benevolentia, vt velit, & si quod horum defuerit, nihil omnino effici possit, necesse est hæc tria in summo rerum opifice deo cōfiteri, qua cōfessione utique summa atque individua personarum in deo trinitas concluditur & veneratur. Tribuimus enim per verę fidei confessionem summam potētiā patri, summā filio sapientiam, spiritui sancto summam bonitatē. Et hæc quidem per appropriationem dūntaxat singulis personis tribuuntur: nam substantialiter in singulis hæc tria esse fides sana confiteretur.

Spiritus sanctus causa creationis vniuersorum rerum. ¶ Itaque bonitas illa & benevolentia summa (quæ causa est creationis vniuersorū & rerum origo cunctarum) attribuitur (vt dictū est) spiritui sancto. Nam si quæras quis omnia fecit? respōdeo: Deus. Si quæras per quid? Per verbum suum. Si quæras quare? Quia bonus est. Omnia enim propter semetipsum operatus est dominus. Vnde eleganter cecinit Boëtius, dicens:

Te non externæ pepulerunt fingere caussæ
Materiæ fluitantis opus, verūm insita summi
Forma boni, liuore carens, tu cuncta superno

Ducis

Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse

Mundum mente gerens, similiq; imagine formans.

¶ Vbi in deo personarū trinitatem in producēdi potentia, in disponendi, ordinādi & decorandi sapientia, & nihilo minus in suę summę bonitatis liuore carentis benevolētia comprehendit. Et hęc trinitas vnuſ est deus. Vbi enim personarum distinctione opus est, quid cuiusque personæ proprium sit distinguinuſ. Vnde sicut deum patrem vitā in ſe immortaliter viuentē, filiūmq; eius confitemur verā & incommutabilem sapiētiam, per quam vniuersam ipſe condidit creaturam, ſic ſpiritum sanctum dicimus amore eius, propter quem (ut dictum eſt) omnia fecit, per quem nihilominus cōcupiſcit & appetit rationalem inhabitare creaturam. Qui amor quaſi ignis (imō vti verē eſt ignis) ad eādem ſibi appositam tendit rationalem creaturam, ſicut hic ignis viſibilis & vſualis ſemper in appositā & cōpetentem ſibi tendit materiam.

¶ Omniū itaque eſſe creaturarū à deo patre per filiuſ eſt, ſicut Euangelista teſtatur, dicens: Omnia per ipsum facta ſunt. Et ceteris omissis creaturis, angelicā atq; humana, cōſiderare libet. Ipsiſ enim hęc quatuor à deo ſubtantia-liter indita accepit, eſſe, viuere, ſentire, & diſcernere, que per filiuſ cum ipta ſubſtātia cōdita ſunt, & idcirco eidem ab eſſe ſubſtantie nō poſſunt. At verō bene eſſe, ſancte viuere, recte ſentire, prudēter diſcernere, vel ſapiēter intel- ligere, tanquā accidētes qualitates per ſpiritum sanctum appoſitae ſunt. Quas hinc cōſtat accidentales eſſe, quia vi delicit adſunt bono, & abſunt malo homini, vel angelo, natura vel ſubſtantia permanente.

*Eſſe crea
turarum,
& earū
bene eſſe.
Ioan. 1.*

*Ratio ter
tia.*

¶ Denique & alia ratione (cui nemo mente vigens reſragatur) ſpiritus sancti personam eſſe cōuincit. Siquidem productionis ſue generationis ordinis omnis multitudo ab vnitate eſt. Nā cœlū & terra, & omnia que in eis ſunt, (que ſunt multa) ab uno rerū omniū principio deo profecta ſunt. Proinde ab homine uno carnis originem omnes homines habere voluit deus. Sic nimirū & inter dei dona rationali creature collata, que plurima, imō īnumerā ſunt, reperire eſt donū vnum quod ceterorū omniū dei donorum & primum ſit, & ceterorum omnium cauſa donorū,

IN D I E

Spiritus sanctus dei donorum primus est. quodvtique donum spiritus sanctus est, cui canit ecclesia: Qui paracletus diceris donū dei altissimi. Ipse enim (sicut dictum est) dei amor & benevolentia est. Certū est autem, q̄ omnis amor ex sui ratione donum est. Non enim fieri potest, vt quisquā aliquid ameret, nisi amore suum & fauorem cōferat, & donet ei quod amat, etiam si ille neminem vel rem aliam nullam quām semetipsum amaret.

cæterorū donorū spiritum sanctum causam esse. Quod autem amor sit cæterorum omniū donorū quem liberē conferuntur donum primū, & cæterorū donorū causa seu origo, perspicuū est. Quicquid enim dat is qui amat ei quē amat, ex amore dat, nec daret nisi amaret. Primū, igitur dedit amorem suum, & ille est causa cæterorum donorū quem ab amante postmodū cōferuntur. Quod autē hic dei amor quo suum diligit fragmentū omnium donorū præcipuum atque dignissimū sit patet, quia per hoc donū deus seipsum & cor suum dat. Quid est homo, inquit sanctus, quia magnificas eum, & quid apponis erga eum cor tuum? Et hinc est quod ipse sibi nostrum amorem vicissim

Prov. 23. 1. Ioan. 4. Marc. 9. Matt. 15. dari reposcit, dices: Præbe fili cor tuū mihi. Hinc præcipi- mur amare, imō redamare ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex tota virtute nostra deū, qui prior ipse dilexit nos. Quo amore negato, nihil prorsus eorū quem illi damus, acceptū est. Populus, inquit, hic labiis me hono- rat, cor autem eorum longe est à me.

Causa aduentus sp̄i sancti. ¶ Circa secundum, id est, causam aduentus spiritus sancti in discipulos Christi, considerandum est hanc sui aduentus fuisse causam, vt videlicet, quia ablatus iam erat spōsus, filiorū eius curam atq; pupillorū tutelam suscipiat, & testamento patris legatā illis, imō sanguine eius acquisitam & cōscriptam hæreditatē, aduocatione legitima defendat in omni prætorio, corā quoquis iudice, rege, aut ty- ranno, siue principibus terræ. Proponēda nanque erat lis in iudicio de terminis paternæ possessionis. Et quū pater dixerit huic (de quo loquimur sponsō pupillorum) patri, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuā, & pos- sessionem tuā terminos terræ: futuri tamen erant qui hæ-reditatem eius nimium vellent angustare, aut etiam an- nullare, vt Iudei qui in sua tantū synagoga, aut hæreti- cus quisque, qui dictam hæreditatē intra suæ factionis & dogma-

Psal.

dogmatis limites coarctare cōtendit, aut pagani qui prorsus nullam ipsius possessionem usquā gentium esse volebant. Præterea cœlorū prædia quæ perdere poterant filij supradicto patris testamento sibi legata, insidiantibus eis spiritibus malignis, tutorē hunc fidissimum adesse oportebat, qui illos erudiret & protegeret, & pro delinquentibus interueniret. Nam quid oremus, inquit Apostolus, si cut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitis inenarrabilibus. Roma. 8.

¶ Itaque iuxta personæ aduenientis dignitatem, & aduentus causam, gloria, venerabilis, & dulcis est sanctæ ecclesie domui solenitas hęc aduentus spiritus sancti, aequę ut illa sacrosancta festivitas dominicę resurrectionis. Quia *Sine spiritu videlicet sicut nihil nobis profuisset nasci, nisi & redimi sa. nil cœ profuisset, ita nihil nobis redimi profuisset, nisi spiritu sancto dona cōto illuminari, & per eum remissionem peccatorum accipere profuisset.*

¶ Inter hęc tamen est aduertendū, aliter filiū, & aliter spiritum sanctum venisse in mundū. Ait enim filius de se lo. Ioan. 8. quęs: Ego enim à deo processi & veni. Semel quippe missus, semel venit redimere mundū per suę gratię incarnationis. Nam sicut per ipsum simul & semel facta sunt omnes *lunæ & alii* nia, ita & per ipsum semel & simul restaurata sunt. Propter tempus, quod nō præsenti tépore ait: Ego à deo procedo, sed præ-san. venit terito, processi, inquit, & veni. At verò spiritus sanctus nō semel, neque cuncta simul electorum pectora perlustrat, sed diuersis téporibus venies visitat, & diuisiones gratiarum unus idemque deus, ac dominus variè dispensat. De eius sanctificationis opere ait filius: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Duplex est enim operatio dei, operatio creatio, scilicet & restauratio. De creatione vniuersorum *dei du-* scriptū est: Qui vivit in æternū, creavit omnia simul. Ve. *plex.* rūm quum de opere restorationis, ornatus, seu sanctifica *Eccle. 18.* tionis, filius loqueretur ait: Quum venerit paracletus quę ego mittā vobis à patre spiritum veritatis, verbo præfensis *Ioan. 15.* temporis ait: qui à patre procedit. *Ecclesia*

¶ Sicut enim lunæ corpus semel in cœlo formatum est, continuè semper autem beneficio solis (ut ab illo illustretur) indi- egit à spiritu, quia non proprio lucet lumine, sed solis, sic etiam eccl. *san. illu-*

IN D I E

clesia sancta semel in baptismo nata est, sed semper inter
presentis vita defectus variosc; labores gratia sancti spiri-
tus visitari ac rescribi opus habet. Eapropter vultui diuinitatis
assistere satagit, dum quotidie creatori suo vel pro adipiscendis bonis supplicat, vel pro adeptis ei gratias agit.
Vnde & ante consecrationem Eucharistiae dignum & iustum
esse confitetur, illi semper & ubique gratias agere, & cum
coelorum virtutibus suas quoque voces admitti depre-
catur, quia per Christum dominum nostrum, & ipsa condita, &
per eundem benedictum qui venit in nomine domini redempta est.
Hac enim maxime beneficiorum eius commemoratione,
vultui creatoris sui occurrit, & tanquam luna vero
soli faciem cordis obiicit, sicut spiritu sanctificationis, &
in illis qui hunc necdum acceperunt, initiatur, & in illis qui
iam acceperunt, per adiectionem muneris perficitur. Bene-
ergo spiritus sanctus procedens a patre dicitur: filius vero,
quia non procedo, sed processi, ait: & veni, non procedens,
sed ut vere est, genitus asseritur. Processit enim ante omnia
tempora, de corde patris natus. Venit extempore de
virgine Maria incarnatus.

*Recipien-
do sp. si.
mēs qua-
liter debet
disponi.*

¶ Circa tertium, videlicet, qualiter debeat esse disposita rationalis anima, ut sancti spiritus non indignum ipsa sit receptaculum. Hoc utique præexigitur, ut prius in ipsa rationali creatura bona voluntas excitetur erga creatorem, consideratione beneficiorum eius, quæ beneficia ut non decessent, ille proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo (inquit Apostolus)

Roma. 8. non etiam cum illo omnia nobis donavit? Illi profecto quorū mentes non excusatuit deus huius seculi, princeps tenebrarum, cognoscentes ex operibus suis mundi opificem, & ex beneficiis summū benefactorem, venerantur illum, & benevoli sapientiā eius laudant, & amant munificentiā, magis autem incarnatum & passum pro omnibus audiētes dei virtutem & dei sapientiā Christum, diligunt, approbat, amplectuntur, honorant. Vnde est illud in Cant. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescētulæ dilexunt te.

1. Cor. 1.

Can. 1.

Simile. ¶ Itaque quemadmodum in sponsalibus, primūm sponsæ ostenditur sponsus, laudatur genus, fortitudo prædicatur, diuitiae

diuitiae numerantur, & forma commendatur, per quæ omnia mutuus affectus voluntariisque puellæ exigitur assensus, & tum demum per corporalem præsentiam, is qui in suis ante placuerat, tot^o in seipso cognoscitur. Ita creator noster, prius animarum nostrarum in se excitat affectum, suorum ostensione operum, suæq; diuinitatis omnipotentiissimæ & incarnationis sacrosanctæ fideli prædicatione: ac deinde ubi seipsum placuisse viderit, confidenter accedit, sicut de muliere forti scriptum est: Confidit in ea cor ^{proph. 31.} virtutis sui, & plenitudinem sui amoris, id est, spiritum sanctum in illam effundit. Et illic per spiritum sanctum manifestat seipsum illi.

Christus

Idecirco iamiam passurus domin^o, & post eand^e passionem suam huc spiritu daturus, dilectionem attētius commendabat, videlicet ut dilectio cordis humani, dilectioni arctius cōdei que est spiritus sanctus occurret, locūmque prepararet. Talē profectō dilectionis sitim requirebat, quū in tē-

quādo dī-

lectionem

arctius cō-

mendauit

Ioan. 7.

plō stas & clamās diceret: Si quis sit, veniat ad me & bibat. Vbi nō solū quid dixerit, sed & quali tempore dixerit (nā hoc magnopere ad rem attinet) considerare debem^o.

Dies festus erat Iudæorū Schenophegia, quando videlicet memores beneficiorum dei faciebant tabernacula ad similitudinem tabernaculorū in quibus habitauerāt olim patres eorum quum educti ex AEgypto, peregrinarentur in deserto. In huius festiuitatis nouissimo die stabat Iesus & clamabat, inuitans ad bibendum non qualescumque sed fitientes quosque dūcaxat. Et quidem opportunē dum reminisceretur beneficiorū dei, dirigebat ad eos clamor inuitantis ad poculum spiritus sancti.

Festiuitas hæc magna, solennitatis eius typus erat, quæ in nostris mentibus iugiter splendere debet, mentibus, inquam, cōtemplantibus beneficia dei, quæ per filium suum redēptorem nostrum magnificè nobiscum egit, & ob hoc sicutientibus & desiderantibus illum in seipso cōtueri, quæ in tantis suis ipsæ mentes nostræ expertæ sunt beneficiis. Nos, inquam, educti de AEgypto infidelitatis, liberati à captiuitate & seruitute spiritualis Pharaonis, id est, principis tenebrarum, & traducti per mare baptismi, nunc in heremo præsentis vitæ peregrinantes, habitamus in

aa iiiij fragilibus

IN DIE

fragilibus & infirmis fragilium corporū tabernaculis , in quibus militamus, donec ad regnum supernę hæreditatis perueniamus. Si ergo memores beneficiorū dei, festa dei celebramus à malis operibus vacantes, & in cōtemplatione diuinæ bonitatis exultantes, quia per passionem vnici filij sui salutem nostram operatus est, clamorem inuitatis audimus, in siti currimus & bibimus, quia sic nobis beni-

Sitim no- gna diuinitatis vena, scilicet spiritus sanctus aperitur.

stram qua ¶ Proinde quam sitim requirat & quid ad bibendum offe- lem requiri. rat, ipse explicat quum subiungit : Qui credit in me, flu- rit spirit⁹ mina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quod exponens di

santus. uinus Euangelista, hoc autem dicebat, inquit, de spiritu

quem accepturi erāt credentes in eum. Qui credit in me,

i inquit, ac si dixisset, qui sitit me. Quid enim est in Christū

credere, nisi Christum sitire, & per fidem ambulando ten- derē in Christum? Venerari & amare verbum per quod fa

cta sunt omnia, amplius autem quòd verbum caro factum

est, & habitauit in nobis. Qui sic sitit, illi datur bibere de

spiritu sancto. O quanta dei erga nos dignatio , vt cum

creatore suo vnum eundémque spiritum habeat qui sol⁹

æternarum diuinarum cumulus est: quo ita ineptiatur &

cant. 4. impletur animæ venter, vt de illo fluant aquæ viuæ, dog-

mata scilicet diuinæ sapientiæ, vt meritò dicatur fons hor

torum, puteus aquarum viuentium. Igitur (vt dictum est)

prou. 16. hæc dispositio præexistit ante aduentum sancti spiritus,

vt primùm bona voluntas erga creatorem excitetur præ-

dicatione beneficiorum eius. Hominis enim est præpara-

re animum. Et rursum, Hominis est disponere viam suam,

sed domini est dirigere gressus eius. Hac, inquam scrip-

tura testante, naturale est, vt humanus affectus , id est vt

bona voluntas erga creatoris benefacta moueatur , quod

vbi non est , ingratitudinis vitium & superbientis animi

Ingratos contemptus est. Eos autem qui nulla benevolentia laudat

nūquā sp̄i deum Apostolus percutit, dicens: Qui quum cognouissent

ritus san- deum , non sicut deum glorificauerunt , aut gratias ege-

ctus digna runt. Quum enim prædicatur eis tanta charitas dei quòd

tur. pro nobis filium suum tradidit, non venerantur magnitu-

dinem beneficij , sed irrident vt stultitiam verbum cru-

cis Christi. Tales spiritus sanctus nunquam dignatur ,

quia

PENTECOSTES.

quia deo odibiles ingratitudine nimia legem naturalem praeuaricantur. Naturale enim est homini amantem redmare, & opus quod laude dignum quod ve indignum sit, posse discernere. Quod quia vitio suo (videlicet quia sunt ingrati ergadeum) facere nolunt, merito spiritus dei semet ipsum non credit eis, sed eos in desyderia cordis ipsorum in immunditiam & omnem auaritiam, & in omnem reprobum sensum traditos derelinquit.

HOMILIA SECUNDA.

Dum completerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli ^{Act. 2.} pariter in eodem loco.

In hac lectio agitur. Primo, de gratiosa sancti spiritus in Christi discipulos ascensione. Secundo, de eiusdem spiritus sancti virtuosa & mirabili operatione. Tertio, de huiusce rei famosa & celebri diuulgatione. Secundum, ibi: Et repleti sunt omnes. Tertium, ibi: Erant autem in Hierusalem.

Circa primum dicitur: Dum completerentur dies Pente. Vbi circa aduentum spiritus sancti in discipulos Christi, quatuor describuntur. Primum est, opportuni temporis obseruatio. Secundum est, loci quo descendit descriptio. Tertium est, in sono & vehemētia, ipsa spiritus descensio. Quartum est, in ignis & linguarum formis mirabilis apparitio. Secundum, ibi: Erant omnes pariter. Tertium, ibi: Et factus est repente. Quartum, ibi: Et apparuerunt.

Circa primum dicit.

Dum completerentur dies Pentecostes:

Pentecoste dicitur à penta, quod est quinque, & coste quod est decem, quia nimis faciūt. 50. Completis enim quadraginta & nouem diebus à prima sabbathi Paschalis quadragesimus dies solennissimo ritu celebrabatur ob memoriam datæ legis, quæ lex ab occisione agni (qua occisione facta est redēptio populi & liberatio de Aegypto) quinquagesimo die in monte Sina data erat. Verum ex præcepto legis (sicut in lib. Leui. pater) iij dies 50. non ab ipsa Paschali vespera, videlicet domini cœna qua immolabatur agnus, nec à die sequenti, qua dominus crucifixus est, sed à subsequente prima sabbathi, id est, ab eius resurrectione, quam primam sabbathi nos Dominicam diem dicimus,

*Opportu-
nitas tem-
poris.*

*Ratio pē-
terostes*

Leuit. 25.

*Dies pen-
tecostes vn-
de cœpe-
rūt name-
rari.*

IN DIE

cimus, id est, trāsa & to magno die Paschalis sabbathi, iij in-
quam 50. dies incipiebant numerari. Sic enim in lege scri-
ptum est.

*Vbiſu-
pra. Figu-
ra.*

Feretis manipulum spicarum, primitias messis vestræ
ad sacerdotē, qui leuabit eū corā domino, vt acceptabilis
sit vobis altera die sabbathi, & sanctificabit illum. Nume-
rabitis ergo ab ipso die in quo obtulistiſ primitiarū mani-
pulos, septem hebdomadas plenas vsque ad alterum diē
expletionis hebdomadę septimā, & sic offeretis sacrificiū
nouum domino ex omnibus habitaculis vestrīs, panes pri-
mitiarū duos, &c. Ipse enim dominus noster altera sabbathī,
pr̄scripto, scilicet & p̄figurato per legē die à mor-
tuis resurrexit, corpusque suum verē nouarū frugū terræ
nostræ fasciculum, ver' ipse facerdos, coram domino deo
patre suo leuauit & sanctificauit. Nihil ergo quæſtionis
remanet quur dies ille quo spiritus sanctus datus est, qui
vtique (ſicut dictū est) à die qua resurrexit quinquagesim⁹
est, Iudæorū quoque fuerit P̄tēcōſte, quia ſicut iam dictū
est, non ab ipsa vespere paschali, ſed à ſubſequente prima
sabbathi, dies Pentecōſtes incipiebant numerari.

*In ſolēni-
tate p̄t̄.
quid of-
ferre de-
beamus.*

Offeramus ergo hac die panes primitiarum duos, id est
pro duobus gratias agamus beneficiis, nouis vtique & om-
nium maximis, videlicet quod pro omnibus omnibus vni-
genitum filium suum tradidit, & quod filio ſuo in cœlis ia-
glorificato, ſpiritum sanctum (vtique ſpiritum adoptionis
& consolationis, per quem in cordibus diffunditur chari-
tas, & lex amoris creditum cordibus inscribitur) ipſe
deus pater vna cum filio nobis destinavit.

*Exo.12.
19. & 24.
Noſtræ
Pent. cum
illa veteri
mira con-
cordia.*

Quum itaque quinquagesimo die à ſolennitate pascha-
li datur ſpiritus sanctus, mira nobis diuinorum operum
concordia commendatur. Quinquagesimo nempe die ab
egressu filorum Iſraël de AEgypto, vt dictum est, data est
lex in igne, & 50. die à Pascha resurrectionis Christi,
descendit ſpiritus sanctus in Apostolos in igne apparens,
vt poſt dicetur. Lex in monte Sina, ſpiritus in monte Sion.
Lex in ſublimi montis loco, ſpiritus datur in coenaculo,
quo ſimul ascenderant, & ſe continebant Apostoli. Pro-
inde eodem quo Dominus à mortuis resurrexit die, ſpi-
ritus venit, vt Dominicum diem ſuo cōſecraret aduentu-
nobisque

PENTECOSTES.

nobisque redderet soleniorem.

¶ Præterea quinquagenario numero iubileum, id est, re-^{Pentecoste}missionis tempus magnopere nobis commendauit. In iu-^{quar an-}bileo nempe, id est, anno quinquagesimo, secundum legē ^{nū remissi-}debita dimittebantur, & serui donabantur libertate. Exu-^{onis signi-}les ad terram à qua propter delicta fuerant extores redi ^{ficat.}
bant, & alienata, vel quomodo cunque amissa hæreditas ^{Leuit. 25.}

iubilei tempore reddebatur. Id nimis typum legis præ-

monstrat, quod per spiritum sanctum & peccatorum de-

bita dimittuntur, serui sub peccato venundati libertate fi-

liorum per eundem spiritum donantur. Proscripti nihilo-

minus ob delicta à cœlesti regno ab exilio redeentes ad-

mittuntur, & amissa patriæ cœlestis hæreditas recuperat-

ur. Ob hoc enim de cœlo spiritus venit, ut à terra nos ad

cœlestia proueheret.

¶ Secundum, id est locus quo descendit spiritus sanctus, ab

Euangelista notatur, quum dicit:

Erant omnes pariter in eodem loco.

¶ Cœnaculo videlicet in monte Sion, quo residere iussi ^{Luc. vlt.} sunt domino, dicete: Et ego mittam promissum patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induami in virtute ex alto. Et rursus, præcepit, inquit Lucas, eis ab ^{Actu. 2.} Hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissio- nem patris quam audistis, inquit, per os meū. Itaque iussi ascenderunt Apostoli vbi erant perseuerantes vnamiter in oratione & obsecratione cum mulieribus, & Maria ma- tre Iesu, & fratribus eius.

¶ In cœnaculo sanè lex charitatis animantiū cordibus di-^{cur in cœ}gito dei, id est, spiritu sancto inscribēda erat, non solum vt ^{naculo da} veritas decenter responderet figuræ, sed etiam vt per hoc ^{tus fuit} intelligamus eos qui hunc spiritum desiderant, carnis do-^{spiritus} micilium mentis contemplatione transcendētes, calcare ^{sancius.} eorum conuersationem iam spe, & desiderio in cœlis esse & quæ sursum sunt non quæ super terram. ^{col. 3.}

¶ Quod autem omnes pariter fuisse memorantur, cōcor-^{spiritum} dia signat unitatem. Nō enim nisi concordia iūctis se spi-^{accipien-}ritus vitæ communicat, qui habitare facit vnamimes in ^{tium una} domo: Si enim spiritus noster non vivificat nisi membra ^{nimitas.} ad inuicem ritè coniuncta, quā fieri posset, vt spiritus ^{concordiæ}

IN D IE

Ezech.37 concordia & amoris, discordia scissoꝫ, sua visitatione, viui ficatione, & inhabitacione dignaretur? Apud Ezechielem audis quod priusqꝫ mortuos illos (qui campū multitudine replebant) vitæ spiritus viuificaret, accessisse ossa ad ossa, vnumquodqꝫ ad iuncturam suā, & tunc demū spiritum vitæ in ea fuisse ingressum, & stetisse illos super pedes suos. Videat vnuſquisqꝫ vocationem suam, quo loco, quo statu quibus cum hominibꝫ deus eum viuere voluit, accedatqꝫ ad iuncturam suā, amplectatur cū proximo pacis vnitate, si mentis suæ domicilium spiritui dilectionis, & vitæ voluerit coaptare.

Legē vete ¶ In datione illius legis quæ non in libertatem, sed in ser-
rē & no- nitutem generabat, plebs lōgē stabat perterrita, ac timore
uam diffe perculsa, hic autem aduenientē spiritu adoptionis filiorum
rēter dis- qui legē charitatis (quæ liberos facit) inscribere venit, nō
positis da in tabulis lapideis: sed, in tabulis cordis carnalibus, cōgre-
tas. gati erant in sancto amore. Qui sane & sedisſe scribuntur

I.cor.3. vt humilitatis indicium in ſectione cognoscas. **Concordia**

Eja.66. nempe & humilitate spiritui sancto mētis sedes prepara-
tur, qui nō niſi super humiles requiescit. Itaq; ſi (vt ait Sa-

Eccle..10 piens) spiritus potestatem habentis ſuper te aſcēderit (ad

Prou.27. tui impugnationem pariter & probationem) tu locum tuū ne dimiferis. Nā ſicut auis transmigrās de nido ſuo, ſic vir qui reliquit locum ſuum. Auis quippe nidum ſuum dereliquens ex ouis pullos non educit, ſed corrūpuntur quæ iam foueri cōperant oua, & pereūt ſine foetu. Tu ergo ſi opus bonum ad perfectionem deducere cupis, locum con-
cordia & humilitatis, locum ecclesiastici & ſani dogmatiſ
conſtanter ſerua: nec ad cuiusquam fuafionem hunc dereli-
linquas, ne ipſe à ſpiritu sancto derelinquaris.

Et ante ¶ Tertium, videlicet in ſono & vehemētia quaſi tempeſta
& post do tis ipsa ſancti ſpiritus descensio notatur, quum ſubditur:
mini paſſi Et factus est repente de cælo ſonus tanquam aduenientis ſpiri-
onē datus tis vehementis, & repleuit totam domum ubi erant ſedentes.

ſpiriſ ſan ¶ Datus est ſpiritus sanctus & ante & poſt domini paſſio-
neſ. Clus. nem. Nam primō datus est Apoſtolis ad gratiam doctriṇę
& ſanationem corporum (ſiquidem gratia ſanitatum do-
num ſpiritus eſt) quādo miſſi ſunt prēdicare & ſanare in-
firmos, vt Mattheus refert. Verūm poſt domini resurre-
ctionem

ctionem datus est in remissionem peccatorum, ob reme- *Luc. 9.*
dium videlicet animarū, vt sic totus homo qui ex corpore *I. Cor. 11.*
constat & spiritu, per spiritus sancti dona sanetur. Post pas- *Matt. 19.*
sionem nanque suā (vt Ioannes refert) insufflavit in eos, *Ioan. 20.*
& dixit: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis
peccata, remittuntur eis.

¶ Bis autem post domini resurrectionem spiritus datus est *Son² ad-*
ad duo charitatis præcepta, Dei videlicet & proximi no- *ueniente*
bis arctius cōmendanda. Porrò sonus qui adueniēt spiri- *Spiritu,*
tu repente factus est de cœlo, signum fuit soni qui in om- *quid.*
nem exiturus erat terrā, cœlis illis quos iam firmare ve- *Psal.*
niebat, id est, Apostolis, enarrantibus gloriam dei, & fir-
mamento cōstantissimæ fidei eorum annuntiante opera
manuum eius, cū magnifico verbi tonitru & choruscatio-
nibus miraculorum. Sic enim mox futurū erat hoc spiri-
tu per os illorum Christi præconia intonāte, vt ad pœni-
tentiam cōmoueretur & contremiseret terra, & funda-
menta montium, id est, corda superborum cōturbarentur
& cōmouerentur auditu quoniam iratus est eis, nisi pœ-
nitentiam agerent. Vnde & in Apocalypsi quum accepis-
ser angelus thuribulū, & impletet illud igne altaris & mi-
sisset in terram, facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, &
terremotus magnus. Tūc ignis ille mittebatur in terram, *Apoca. 13.*
quo angelus magni consilij dudum impleuerat thuribulū
aureum immaculati corporis sui, & nūc assumptus in cœ-
lum agebat quod dixerat: Ignem veni mittere in terram, *Luc. 12.*
& quid volo nisi vt ardeat?

¶ Vehementiam autem venientis spiritus ignitum diuinę *Quid si-*
dilectionis zelum, inuictāmque & indefatigabilem Apo- *gnificet*
stolorum cōstantiam atque virtutem in sancto propaga- *illa vehe-*
tionis per orbē fidei labore, significat. Venit quippe spiri- *mentia.*
tus sanctus electos illos firmare & inflammare sanctæ fi-
dei prædicatores, quatenus ad sterilium fœcundationem
gentium quasi nubes imbrems sanctæ prædicationis diffu-
suri per vniuersum mundū, non segniter, sed in admiranda
spiritus vehemētia, ignita charitate volarent, terrenis
prorsus cupiditatibus liberi, & omni procul mortis atque
suppliciorum formidine adeò imperterriti, vt cunctis hu-
ijs mundi potestatibus atque tyrānis essent admirabiles.

Ita

IN D I E

Act. 1. Ita enim iuxta promissum suum induerat eos Christus do minus per spiritum virtute ex alto.

Quod to- ¶ Sanè quod totam repleuit domum vbi erant sedētes, id tā reple- est, ecclesiam adhuc parvulā, sed toto orbe terrarū diffun nit domū, dendam (totam inquā domum, id est, Christi discipulos) quid. quid aliud futurū præsignabat, quām id quod nūc eadem ecclesia latabūda & laudās gaudet impletum, dum canit:

Sapien. 1. Spiritus domini repleuit orbem terrarū? Sic quippē orbē terrarum spiritum sanctum replere dicimus, ut ecclesiam vniuersam quæ per orbem terrarū est diffusa, intelligere debeamus. Mundi etenim elementis, vel inanimatis corporibus, diuinitas nō capitur. Sed sanctam ecclesiā vbiq; replere rectē creditur. Itaque diuinā eius & ipsi confitemur vbique adesse præsentiam, canentes: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, sicut in hoc præsignatum fuit quod hac sacra die missus ē cœlo idē spiritus, repleuit totam domum vbi erant sedentes, ut dictum est.

¶ Quartum, videlicet in formis linguarum, & ignis mirabilis spiritus sancti apparitio, ab Euagelista notatur, quum subiungit:

Et apparuerunt illis dispergitæ linguae tanquam ignis, seditq; super singulos eorum.

Sonus & igne lin- ¶ Neque sonus ille, de quo dictum est, neque linguae istæ ignes deus erat, sed quod in Apostolis spiritus sanctus interius inuisibiliter operabatur, hoc exterius per harum rerum proprietates ostendit. Nam quia discipulos Christi zelo sancto succensos & eruditos intus reddidit, idcirco foris linguas igneas apparere fecit. Dum enim igne cum sonitu corporali foris sensu perceperunt, igne inuisibili, & voce sine sonitu eorum corda, & inflammata charitate & erudita fuerunt.

Linguae igneæ. ¶ In igneis sanè linguis rectē spiritus sanctus apparuit: quia quos replete, ardore pariter & loqui facit, ardere per se, loqui de se. Lingue proinde igneas doctores habent, quia prædicando corda auditorum inflammant, illo scilicet igne quo ipsi sciliciter ardēt. Vnde & per Ieremiam dominus ait: Qui habet sermones meos, loquatur sermones meos verē. Quid paleis ad triticum? Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petras?

¶ Proinde

¶ Proinde per hoc q̄ spiritus sanctus in linguarum formis apparuit, magnopere nobis eiusdem spiritus sancti commēdatur operatio. Spiritus enim coeternus patri & filio per linguā (quæ maximā habet cognationem cū verbo) Linguae nō solū hoc expressit, quod eiusdem sit substantię cum cū verbo codē dei verbo, sed & hoc q̄ per ipsum deus pater suum cognatio. nobis eloquatur verbū, sicut ipse in Psalmo dicit: Lingua mea calamus scribę velociter scribētis. Nam vt aduerteremus per illum Psalmi versiculum hunc eundem spiritū sanctus exprimi, qui incarnationem filij dei operatus est, qui verbum bonum de corde patris eructatum in utero virginis humanæ naturæ vniuit, nūc in lingua apparuit, vt ipsum scribā. idem verbum mentibus Apostolorū inscriberet, sic quoque comparandus calamo scribā velociter scribentis.

¶ Sicut enim incarnationis opus in utero virginis velociter (prout infinitæ virtuti sua congruit) operatus est, sic etiā hic idem scriba, idem dei verbum velociter Apostolorum cordibus (vt id perfectè noscerent, & etiam alios docerent) inscripsit. Itaque dei verbum in sinum virginis plenius atque excellentius eructatum est, ita videlicet vt inde carnem assumeret: in cordibus autem Apostolorum, ita vt inde voce corporeā sumpta nobis audibile & intelligibile fieret.

¶ Quia ergo spiritus sanctus illa dei patris lingua est, qua velut calamo scribā velociter scribentis, bonum verbum suum humanæ naturæ velociter (vt voluit) totum inscripsit dicēs opera sua regi, id est, assumpto homini, vt is idē omnino quod ipse deus pater, operari sciat & possit, recte super Apostolos ostensus est in lingua, quibus eiusdē verbī & incarnationis eius notitiam, vt eloquenter prædicare secundūm scripturas homines haec tenus idiotæ scirēt, eadē calami velocitate inscribere veniebat. Vnde & ipse dominus in hodierna sancti Euangelij lectione loquitur, dicens: Hæc loquutus sum vobis apud vos manens. Para-
cletus autem spiritus sanctus quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & suggesteret vobis oīa quæ cunque dixerim vobis. Ecce enim missus statim doctorem illum se profitetur, qui iuxta promissum sponsi paracletus, id est, consolator, filius eius orphanis aduenerat. Doctorem,

IN D I E

etorem, inquā, qui illos doceat omnia, se hoc signo profi-
tetur, dum in lingua ostenditur. Simūlque omnium edo-
cet gentium loquelas, vt omnibus eloquerentur homini-
bus ea de quibus ipsi interius docebantur magnalia dei.

*Spiritus
sanctus
cur in
igne appa-
ruit.*

¶ Quod verò foris visibilis quoque in aduentu spiritus-
sancti ostensus est ignis (qui tamen nō fuit ipsa quæ inui-
sibilis est substātia spiritussancti, vt dictum est) signum no-
bis fuit diuinæ eius operationis, vt per huius nostri ignis
effectus quos nouimus, intelligamus quid hic ignis, hic
deus, hic spiritus sanctus operetur in nobis. Et quāvis suau-
pte natura ignis incorporeus & inuisibilis sit, videri tamē
potest in corpore, in materia, videlicet in qua virtutē suā
exercet: diuersimodè autem in dissimili materia se mani-
festat, propter dissimilem ipsius materiae dispositionē, si-
cū ex ligno arido flammat claram, ex humido fumum
producit. Sic nimirū & spiritus sanctus in hominibus di-
uersimodè dispositis, aliter atque aliter effectibus suæ vir-
tutis se manifestat. Idē quippe spiritus in quibuscā amo-
rem, in aliis verò timorem, in nonnullis gaudium, in aliis
luctum operatur.

*Dominii
ignis sic
acquiri-
tur.*

1. cor. 9.

Esa. 53.

*Cor pecca-
toris lapi-
di compa-
ratur.*

*ignis quā
ta opere-
tur in cœ-
lo & in
terra.*

¶ Sed inter hæc aduertere est primum qualiter hic ignis
acquiritur, deinde quid operetur, postremò qualiter amit
titur. Acquiritur enim ignis ex lapide percusso, si confestim
fomitem adhibeas, alioqui auolat continuo. Lapis seu pe-
tra Christus est, morte dura pro salute mundi percussus.

¶ Propter scelus populi mei, inquit pater, percussi eū. Hic
itaque lapis percussus passione, deinde glorificatus resur-
rectione, & paternæ cōfessi dexteræ, diuinum hūc ignem
in corda discipulorum inspersit, vbi cōuenientem fomi-
tem, id est, desiderium sanctū cum operatione sancta in-
uenit. Potest etiā non incongruè per lapidem propter du-
ritiā ipsius, cor peccatoris durum vtique vt lapis, graue,
aridū & sterile designari, quod dei timore percussum, scin-
tillam compunctionis & propositi melioris emitit, quæ si
in fomite perseverantis pœnitentiæ recipiatur, & bono-
rum operū appositione iugiter nutriatur, crescat semper
& permanebit in autem, auolat & evanescit.

¶ Sed ignis quanta operetur, aduerte. Multifaria quippe
ipsius est commoditas. Cœlum enim in sole, luna, & syde-
ribus

ribus miris ornatibus illustrat. Sic profectò cœlestem patriam spiritus sanctus in Christo homine quasi sole, in tota ecclesia electorū quasi luna, & in syderibus, id est, in diuersorum ordinum & graduum sanctis miro venustat ornatu. Proinde terrā igne ipse non modò fuso desuper lumine lætificat, sed etiā beneficio sui caloris prouocat ad gignendum, & sinu eius recepta fouet semina.

¶ Nihilosecius spiritus sanctus fideles quosque quasi ter-
ram bonam in hac vita lumine suę gratię, non solum eru-
dit & docet intellectum dans paruulis, sed & consolatio-
ne sancta lætificat, & verbi dei semē docili susceptum in
corde, fotu suo ad virtutum & bonorum operum produ-
cendum fructum prouocat & confortat. Noctem præter-
ea huius miserę mortalitatis, ignis hic solatio sui luminis
nobis laeuat. Absentem proinde futuræ gloriæ diem luce
suę consolationis imitatur. Rursus inter cæteras naturę
suę proprietates præclarum hoc habet ignis, quod diui-
sus in partes, mutuati luminis detrimēta nō sentit. Sic &
ipse spiritus sanctus quātiscunque communicatus fuerit,
quotcunque siue in cœlo siue in terra spiritualia lumina
accenderit, nihil tamen per hoc suę decrescit maiestati,
claritati siue nihil decedit. Denique ignis hic exurit con-
sumitque peccatorum rubiginem, frigus pellit ignauię &
torporis, & ignorantię nostrę tenebras illustrat. Præter
hæc incinerat eum in quo agit per humilitatem, eo quod
in cōnaturali huius ignis claritate semetipsum homo co-
gnoscēs, puluerem & cinerem se esse fatetur. Indurat per
fortitudinem & patiētiā, sese cōunicat per benignita-
tem & misericordiā, sursum tendit per desiderium æternorum.
Postremò nunquam est ociosus, semper in subiec-
tām operatur materiam, iuxta illud: Amor dei nunquam
est ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari
renuit, amor non est.

¶ Hunc ignem in altari suo, (id est, corde credentis) deus ignē dīs
semper ardere voluit, & subiectis per sacerdotem ingiter num in al-
lignis præcepit nutritri. Porro lignum quo hic ignis opti-
tari cor-
mē nutritur, lignum crucis Christi est, ut illum talem ac dis nutri-
tantū nos redamare nō pigeat, qui ea charitate qua maiore reiube-
rem habet nemo, nos vsque ad mortē crucis amauit. Sanè mur.

I N , D I E

Per quæ Postremò , consyderandum qualiter sacer hic ignis ex-
dinius tinguatur & amittatur. Et vtique sicut noster elementaris
ignis ex- ignis per lignorum (in quibus ardebat) diuisionem, & rū-
tunguitur fus per fomenti subtractionem, denique per aquę super-
infusionem extinguitur, ita & cœlestis & viuificus chari-

Luc. II.

tatis ignis amittitur per discordiam, dicēte domino: Om-
ne regnum in se diuīsum desolabitur, & non nisi per con-
cordiam & vnitatē, tam in fidei dogmate quām in cōuer-
satione, cōiuncta ecclesiæ membra (vt suprā dictum est)
viuificabit. Rursus per boni operis omissionem idem hic

Prov. 26.

ignis amittitur, sicut per Salomonem dicitur: Quum defe-
cerint ligna, extinguetur ignis. Proinde sicut oratiōis stu-
dio, & auditu doctrinę cœlestis hic ignis vel maximè ac-
cēditur, & sic horum defectū deficiet & extinguetur. De-
nique sicut abūdātor aqua superinfusa extinguit ignem,
sic etiam carnalis voluptas quasi quoddam aquarum pro-
luuium, in homine diuinum hunc ignē prorsus extinguit.
Ignem enim ardētem extinguit aqua. Hinc iterum domi-
nus loquitur, dicēs: Non permanebit spiritus meus in ho-
mīne, quia caro ēst. Quid enim nisi tot⁹ caro ēst, quisquis
se ita accōmodat carni, vt nō putet alia ēsse p̄ēmia vitę,
quām obſcēnas carnis voluptates?

HOMILIA TERTIA.

Act. 2.

E *Trepleti sunt omnes spiritu sancto.*

Duo hic consyderanda ab Euāgelistā describun-
tur. Primum est, gratia & mirabilis sancti spiritus
operatio. Secūdum est, huius operationis famosa & cele-
bris diuulgatio. Secundum, ibi: Erant autem.

Ioan. 14.

Circa primum dicit: Et repleti sunt. Completa est Chri-
sti promissio, qua ait: Nō relinquā vos orphanos, sed aliū

3. Reg. 18

Figura af-

paracletū dabo vobis, per quem induemini virtute ex al-
censionis alto. Vedit olim Helias post lōgam terrę sterilitatem, quum

christi

ros & pluuiā tribus annis & mēsib⁹ sex (clauso propter

& desce-

peccata populi cœlo) negata fuissent, vedit, inquā, nube-

ritus san-

culam paruam, quasi vestigium hominis ascendētem de
mari, signum vtique mox dandę pluuię diu desideratę. Sa-
nē hac pluuiā spiritualium effusio donorum in hūc mun-
dum

dum (quæ per spiritum sanctum facta est) præsignabatur. Postquam enim dei filius assumptam sibi nostram humanitatē ē mari, id est, amaritudine suæ passionis euexisset ad cœlos, paucis diebus interiectis voluntariam pluuiā, id est abundantiam charismatum spiritus sancti, hæreditati segregauit, vt eam quæ antè diu infirmata fuerat per peccatum, remissione peccatorum per spiritum sanctum accepta, plenē sanaret, firmaret atque perficeret & exinde per apostolicæ prædicationis ministerium sterilium ariditatem gentium per orbem terrarum, doctrinæ stillicidiis ad vberitatē fidei & iustitiae fœcundaret. Descenderat pri^o ipso dei filio ministro circūcisionis propter veritatem dei, & ad implendas promissiones patrum euangelicæ pluuiā doctrinæ in Iudaici populi vellus, vnde & hoc supererat ut apostolicæ prædicationis stillicidia mox deinde descendenter super vniuersam terram.

Rom. 15.

¶ Implendæ autem prius erant nubes, quām effunderent imbrem super terram. Ipsi autē apostoli quorum conuersatio erat in cœlis, nubes erant, mundi sterilitatem doctrinæ cœlestis pluuiā rigaturæ. Quorum Esaias mundū per uolatium celeritatem demirans ait: Qui sunt hi qui vt nubes volant? De quibus hic bene dictum est: Et repleti sunt omnes spiritu sancto intrinsecus, scilicet iuxta promissum domini dicentis: Apud vos manebit, & in vobis erit. Porro ea quæ dicta sunt, videlicet sonus, ignis, & formæ linguarum: quæ ab eis extrinsecus, vel audita, vel visa sunt, eorū fuerunt defolis apparentia signa (vt superius tactum est) quæ beati apostoli intus percepérunt, vbi fluminis impetus lœtificat ciuitatem dei. Spiritus enim meus, inquit, super mel dulcis. Et vinum illud nouum lœtificat cor hominis, de quo etiam Iudei quasi diuinantes, & rem vti erat se tangere nescientes: Musto, inquiunt, pleni sunt isti. Missum est enim feruidum diuinæ substantiæ mustum, spiritus sanctus in nouos cordiū ipsorum vtres, quod illos tanta mox virtute confirmabat, vt ipse apostolorum princeps Petrus qui cū antè cōfessus fuerat filium dei, & se hominem post ea nosse negauerat, accepto spiritus huius dono, nec Romanī principis imperium timeret, sed vsque ad mortem confitens, morte sua Christum clarificauerit.

*Eccle. 11.
philip. 2.
Apostoli
nubes e-
rant,
Esa. 60.
Ioan. 14.*

*Eccle. 14.
Actu. 2.
Mustū in
vtres no-
uos missū
Mat. 9.*

IN D I E

Spiritu ¶ Hoc spiritu confirmari poscimus, dum clamamus: Con-sancto po-firma hoc deus quod operatus es in nobis, ut per eūdem scimus cō-spiritum eadem fides in nobis cōfirmetur, subiungētes, à firmari. templo tuo quod est in Hierusalem, id est, ab ecclesia apo-Psal. stolica, quæ vtique cōpīt ab Hierusalem & Iudæa. Salus Ioan. 4. enim ex Iudæis est. Per eundē, inquam, spiritū confirmari poscimus. Nam præter hūc quicquid credimus, quicquid molimur, quicquid precamur, infirmū & vacuum cōprobatur. Hic domini spiritus ornauit cœlos, id est, Apo-Tob. 26. stolos. Hos enim multiplicibus & sublimibus gratia suæ donis ornari oportebat, ut per orbem terrarum sapienter & constanter prædicantes, enarrarent gloriam dei.

Quibus Repleuit autem eos tanto sapientiæ splendore, ut vniuersos mundi sapientes longè superarent, facile cōfutarijsna rēt, scripturas diuinās lympidissimi intellectus acūmine tibus apo-stolos sp̄-penetrarēt, & cōtradictores conuincerent vniuersos, iuxta promissum saluatoris dicētis: Ego dabo vobis os & sa-pientiam cui non poterunt resistere, & contradicere om̄es aduersarij vestri. Repleuit etiā eos tanta vi amoris, ut eius tormenta & etiā mortem ipsam incunctanter pro-Luc. 21. Christi nomine subirent. Ibant enim gaudentes à cōspe-ctu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Tanta proinde hos in virtutibus & si-gnis patrādis potentia dotauit, ut potestate magna dēmonib⁹ imperiarēt, cunctos ab ægris hominum corporibus morbos depellerēt, ita ut etiam umbra Petri sanaret infir-mos. Et quod his omnibus maius est, mortuos in Christi nomine reuocarent ad vitam.

¶ Proinde depulsis imperfectionis humanæ vitiis, virtutum omniū fulcimento sacer hic spiritus Christi discipu-los stabiliuit, ut videlicet verbi gratia, eliminata à mentibus eorum superbia, & comite superbiæ iracundiæ ferocitate, mites essent & humiles corde. Avaritia prorsus era pauperes spiritu esse cōti, cūctas mūdanās opes asper-narētur. Rursus luxuria procul, casti essent & mundi cor-de. Explosa inuidia, charitate benevoli. Ira pdomita, animo semper trāquillo, pacifici & sereni: gastrimargia coēcta, victu sobrij. Pulta procul accidia, laborib⁹ sanctis ala-res essent & indefessi. Denique per spiritū sanctum ea muniti

muniti sunt vitæ continentia, vt exinde nunquam in ali-
quod mortale peccatum prolaberetur. Certus sum, inquit *Roma. 8.*
vñus eorum, quia neque mors, neque vita, neque instatia,
neque futura, neque quicquam eorum quæ illic enumerat
poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Ie-
su. Hæc omnia in eis illo spiritu operante, quem illis (vt
dictum est) Dominus promittens, ait: Apud vos manebit, *Ioan. 14.*
& in vobis erit.

¶ Cæterum, vt redeamus ad literam, opportunè spiritus-
sanctus operum suorum prouidus arbiter hora diei tertia *Hora ad.*
super apostolos veniens, sacris & venerandis eandem ho- *uentus spi-*
ram mysteriis dedicauit, qua homines adhuc sobrij & car- *ritus.*
nalibus cibis adhuc ieiuni, primùm querere debent regnū
dei. Nam quia dominus noster qua nocte tradebatur post *Mat. 6.*
figuralem agni cœnam, sacram corporis & sanguinis sui
tradidit eucharistiam, fortasse parum aut nihil referre ar-
bitraremur utrum pransi an ieiuni ad illud vitæ epulum
accederemus. Sed ipse dominus noster Iesus Christus ra- *Quare*
tione pariter & articulo temporis arctabatur, vt tali hora *Christus*
sacramentum illud condere non moraretur. Ratione qui- *post eæ nat*
dem, quia non ante consummationem veteris inchoādus *cōfecit sa-*
erat ordo noui sacrificij. Articulo temporis, quia mox ca- *ramentū*
piendus & ad passionem ducendus, aliud spatium tempo-
ris nō habebat, vt ante mortem suam hoc hæredibus suis
conscriberet testamētum. Vnde quum illis tradēs sangu-
nis sui calicē, dixisset: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim *Mat. 26.*
calix sanguinis mei, statim addidit: Dico autem vobis: Nō
bibam à modo de hoc genimine vitis usque in diem illum
quum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.
Et quidē quum in regno patris, id est, quum iam factus im-
mortalis post resurrectionē suam cum discipulis suis mā-
ducauit & bibit, potuit utiq; tūc primū illis tradere cor-
pus suū, & calicem noui & æterni testamenti, sed tunc ma-
gis opportunè egit quia testamentū nō ratificatur (vt dicit *Heb. 9.*
Apostolus) nisi mors interuenerit testatoris. Itaque spiri- *Cur missa*
tus sanctus qui huius & omniū sacramētorū author & vir- *rū solēnia*
tus est, cōgruè hora diei tertia dari dignatus est, vt temp⁹ *hora diei*
ostenderet quo sua quoq; sacramēta dari vel celebrari ma- *tertia ce-*
gis cōueniret. Et hinc est q̄ hora tertia (quæ cæteris horis *lebrantur*

IN . D I E

illustrior est ob honorem eiusdem spiritus sancti missarū solennia Ecclesia sobrio adhuc à carnali cibo fidelipopulo celebrare consueuit. Sequitur:

Et cœperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.

Apostolos ¶ Rectè quum præmisisset Euangelista. Repleti sunt omni spiritu sancto, confessim adiecit: Et cœperunt loqui eloqui plenos Ecce signum plenitudinis. Quippe vas plenum facile per effluit Nimirum, quia (ut dictum est) spiritus sanctus ignis est. Ignem autem in sinu occultare quis posset? Huius ignis virtutem Teremias expertus, quum propter sermones dei graues, & multas contumelias & persecutions sustinuerit, & dixisset: Non loquar ultra in nomine domini,

Tere. 20. *Duum i.* virtutem huius ignis intra se clausi sustinere non valens, ignis virtus adiecit: Et factus est sermo domini quasi ignis æstuans, admirans claususq; in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. Ad da. mirabilem verò apostolica loquutionis modum, authore Linguarū spiritu expressit Euangelista, dicens: Variis linguis prout ratio.

spiritus sanctus dabat eloqui illis. Quia enim paracletus hic spiritus pro verbo venit, recte & in linguarum formis apparuit, & cunctarum per orbem terræ linguis gentium eos loqui docuit. Magnam enim (ut dictum est) cognationem habet lingua cum verbo, spiritus sanctus cum dei filio instantum ut ab inuicem nequaquam possint separari. Porro huiuscmodi linguarū dono quid aliud designabatur, nisi quod ecclesia spiritu sancto repleta omnium per orbem terrarum gentium erat linguis loquutura? Vnde & per prophetam prædictum fuerat: Inloquela labij & loquela altera loquetur ad populum istum, & post pauca Iudeorum duritiam, qui nec tam inaudito miraculo ad Christi fidem conuerti voluerunt prædicens, mox adiecit: Et noluerunt audire.

Esa. 28. ¶ Denique linguas primum dedit spiritus, quibus humana scientia extra docetur, ut ostenderet quod facilè sapientes efficit sapientia dei. Prout spiritus sanctus inquit, dabat eloqui illis. Spiritus utiq; qui diuidens singulis prout vult, vbi vult, quomodo vult, quando vult, quibus vult, & quantum vult spirat. Nec, ut suspicantur quidam, sic in illorum vocibus omnes loquela atque sermones audiebatur, ut una tantum

tātūm lingua, scilicet Hebrēa loquerētur, & vniuersiusq;
nationis homini sua lingua videretur, quod (vt ait Beda)
miraculum nō loquentiū esset, sed audientiū, id est, non in
illis qui loquebātur erat vera virtus, sed in auribus audiē-
tium prodigium, imò error, id est, rei nō existētis erat sen-
sus. Non, inquam, non sic egit ille spiritus veritatis, nec sic
opinatur de illo, quicunque prudenter discernit quid de-
ceat magistrum illū, qui omnē venit docere veritatem. Su-
perest enim, vt scripta quoque illorū quā dispersi per mū-
dum vniuersum diuersarū linguarū gentibus mittebant,
isti vnius tātūm, id est, Hebraicæ linguae literis eos asserāt
scripsisse, omnēmq; hoīem cuiuscunque linguae qui vidis-
set Hebraicos illorū apices, eodē miraculo suę lingue scri-
pturam existimasse, quod proslus ridiculum est. Saltē nos
Latinos accipiant: nam de nobis certū habemus, quia scri-
pturas quas Hebraicè aut Græcè cōscriptiperunt, absq; trās-
latoribus legere nequiuimus. Illud quoque cōsequens est
vt quamcunque ipsi lingua audirent, putarent Hebræam,
quamcunq; viderent scripturam, existimarēt esse Hebrai-
cam, quod ineptum nimis & friuolum, imò erroneum, san-
ctoq; spiritui per omnia probatur indignum.

Promptum est etiam hanc p̄a sumptuosam suspicionem Linguis o-
scripturæ quoque authoritate explodere. Et repleti sunt, mnū gen-
inquit, omnes spiritu sancto, & cōperunt loqui variis lin- tium apo-
guis, prout spiritus san. dabat eloqui illis. Hæc scripture ca- stolos verē
nonicæ verba sunt, quibus omnino repugnat id quod p̄a- fuisse locu-
fata suspicio coniecat. Loquebantur ergo, nec falso vide- tos.
bantur loqui. Dabatq; verē spiritus san. eloqui illis, ponēs
in eis nouū hoc sanctificationis signū (sicut canimus) vt
in ore eorū omniū genera noscerentur linguarū. Nouum
inquam, signū. Significabat enim (vt suprā dictū est) quodd'
ecclesia deū hactenus in sola sibi notū Iudea, omniū gētiū
linguis deinceps esset loquutura. Ita verò signū hoc fuit, vt
causa quoque efficiens, principiumq; esset futurę rei. Nam Corporis
quomodo gentiū magistri apostoli fierēt, nisi per scientiā christi tur-
linguarū facultatē habuissent conserendi cū eis sermonē? rim Apo-
Turrim isti ædificaturi erāt, nunc tēpore accepto & opere stoli ædifi-
diuino, turrim, inquā, cui⁹ altitudo cœlos tāgeret, per quā caturi.
futurū quisque metuens iudiciū, in cœlum fugere posset. Gene. II.

¶ At

IN DIE

confusio. ¶ At illi qui olim absque dei magisterio, soloque humano
nis turrim opere superbia duce turrim sibi extuere voluerunt, per
adiscates quam & dei iram eludere, & diuinam effugere potentiam
si rursus aliquando diluuium inundaret, & in cœlū incon-
sulto deo ascendere se posse putabant, facta cōfusione lin-
guarum (quum prius fuisse terra labij vnius) diuisi cōtra
se ac dispersi sunt. Nunc autem quando dei consilio turris
corporis Christi (quod est ecclesia) de viuis & electis lapi-
dibus per vniuersum mundū ritē & ordinatē construitur,
rectē omnes linguae ad horum artificum ora reuocantur.
Ne sicut ibi quum quis posceret lapidem, alius offerebat
bitumen: quum peteret aquā, porrigebat funem: ita & hic
quum structores nostri annunciant pacem, non suspica-
remur bellum: quū prædicarent regnum dei, nos putare-
mus gloriam mundi. Omnitūm itaque gētium linguas cœ-
lestis ille magister spiritus, humilibus & māsuētis Christi
discipulis ad propagationē ecclesiæ infundens, in linguis
igneis ideo apparuit, vt (sicut superius dictum est) & men-
tes eorum, & linguas ignitas charitate redderet, & ignēā
legem linguae ignēā prædicarent, & vt eorum ignita præ-
dicatio, hoc eodem igne diuino auditorum mentes suaui-
ter inflammaret. Vnde canit ecclesia: Ignis vibrante lumi-
ne lingue figuram detulit, verbis ut essent proflui & cha-
ritate feruidi. Sed huiuscē rei famosam ac celebrem diuul-
gationem attende. Ait enim Euangelista.

Erant in Hierusalem habitantes iudei viri religiosi ex omni
Iudeos in natione que sub cœlo est.

omni gēte ¶ Viri religiosi, inquit, id est, Mosaicę legis & paternarum
nasci cap- traditionum emulatores, & quasi diuini cultus zelatores
tiuitas fe- ex omni natione que sub cœlo est. Iudeos in omnibus
cit. gentibus nasci captiuitas fecit. Sed quinam isti sunt, & ex
qua captiuitate Iudæi? Quoniam quidem (vt ait Beda) illa
que in Aegypto fuerat, vel in Babylonia, absoluta iam fue-
rat, Romanis autem nondum venerant Iudæi in captiuita-
tem, licet iam & ipsa immineret vltrix commissi de salua-
tore piaculi.

¶ Supereft ergo vt illa intelligatur captiuitas, que sub An-
tiocho facta est, prout Machabæorum narrat historia, que
vtique non multis ante temporibus acciderat. Sequitur:

Facta

Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque linguam sua illos loquentes. stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur Galilaei sunt? Et quomodo nōs audiimus uniusquisque linguam nostram in qua nati sumus? Parthi & Medi, & Elamitae, & qui habitant Mesopotamiam, Iudeam, & Cappadociam, Pontium, & Asiam, Phrygiam & Pamphiliā, Aegyptū & partes Lybie, quae est circa Cyrenem, & aduenae Romani, Iudei quoque & Proselyti, cretes & Arabes, audiimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.

¶ Prius dixerat: Et qui habitant Mesopotamiam, Iudeam &c. Iudeam non totam gentē, sed partē illius: hoc est, tribum Iuda & Benjamin significauit, ad distinctionē Samariae, Galilaeæ, Decapoleos, & aliarum in eadem prouincia regionum. Quæ licet oēs vna lingua loqueretur Hebraea domesticam tamen singuli dicendi speciem habuerunt distinctam. Vnde & Petrus in domini passione quod Galilaeus sit, lingua sua prodebat. Quū tamen hic dicitur: Iudei quoque & Proselyti, Iudeorū vocabulo quicunque existent Israëlitæ censem arbitramur. Proselytos autē nuncupabant aduenas, hoc est eos qui de gentibus originem ducentes circumcisionem & Iudaismū elegerat, sicut Achior in libro Judith fecisse memoratur: Non solū ergo, inquit, qui natura Iudei sunt ex diuerso orbe conuenerant, verum & iij qui de præputio nati, eorum ritui adhaerant.

Proselyti
qui dice-
bantur.

Iudic. 14.

¶ Itaque solenni die quo ingens ex variis regionib⁹ hominum multitudo ad solennitatem hebdomadarum secundum legis præscriptū in recordationē eiusdem quondam datae legis in monte Sina (vt supra dictū est) celebrandam Ierosolymis conuenerat, inscripturus apostolorum cordibus legem Christi, simul ut multos haberet suę gratię spectatores, spiritus sanctus aduenit. Voluit enim cunctis intonsare qui (quantum ex se erat) omnes venerat sanctifi. spiritus sanctus care, & omnium cordibus per fidem sese insinuare. *Et donum*

spiritus sanctus
et donum

¶ Quod autem stupendum atque venerandum spiritus sanctus in apostolos. *in apostolos*. *Et donum* mox in apostolis irrisere quidam, quidam vero quidam credentes venerati sunt, signum fuit futurorum. Prædicantes tibus enim per orbē terrarū apostolis, quotquot præordi- ceteri de- nati erant ad vitā, crediderūt, cæteri vero in incredulitate riserunt.

DOMINICA PRIMA.

sua permanentes, & apostolicam prædicationem despicien-
 tes perierunt. Quod & usque in hodiernum diem occulto
 Act. 13. sed iusto dei iudicio euenire conspicimus, quibusdam est
 verbi cœlestis auditu in melius profcientibus, cæteris au-
 tem ex eiusdem verbi notitia peccata sua aggrauantibus,
 Apoc. 22. ut (sicut in Apoc. di) qui nocet, noceat adhuc, & qui in sor-
 dibus est, sordescat adhuc, & qui iustus est, iustificetur ad-
 huc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.

DOMINICA PRIMA POST Pent. quæ est Trinitatis.

2. Cor. v. 17



Ratres, gaudete, perfecti estote.

¶ Supposita fide sanctæ Trinitatis, utique fundamento quod conuelli nequaquam potest, docet in hac lectione Apostolus quid & qualiter debeant fideles superedi-
 care. Et primò circa hoc tradit doctrinā moralem. Secundò, optat fidelibus conferri gratiam spiri-
 tualem. Secundum, ibi: Gratia domini nostri.

¶ Circa primum dicit:

De cætero fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite, pacem habete, & deus, pacis & dilectionis erit vobis.

simile.

1. Cor. 3.

Num. 8.

Gaudiū
vires mi-
nistrat in
opere.

I. Mac. 3.

¶ Vbi per ordinem quinque tradit documenta. De cætero, inquiens, ô fratres, gaudete. Ac si dicat: Quum per me sitis in fide erudit, & noscatis dei voluntatem, de cætero opus est ut rectis operibus & pia cōuersatione, placere deo studeatis, ne in vacuum gratiam dei accepisse videamini, quin potius ut ager labore multo exultus, & semine bono seminatus (siquidem dei agricultura estis) fructum bonum afferatis, ne terra reproba iudicemini, & properet sterilitatis otiosæ culpam, diuinæ tandem subiaceatis execra-
 tionis. Ostendens autem quid fidelibus sit agendum, primò dicit eis esse gaudendum, de cætero, inquiens, fratres, gau-
 dete. Siquidem gaudium vires in opere ministrat sicut scri-
 ptum est: Gaudium domini est fortitudo nostra. Vnde &
 de Iuda Machabæo viro forti, & duce bellorum Domini scriptum est, quod præliabatur prælia Israel cum lætitia.
 Omnis enim qui gaudens in opere quipiam facit, is
 vtique

vtique indefessè, promptè, studiosè, & fortiter facit. Non sic ille qui cū tristitia, aut ex necessitate operatur. Is enim languēs & remissus, in opere debilis, incircunspectus, & deficiens est.

¶ De tribus itaque est piis Christi fidelibus gaudendum. Primum est, conscientia recti. Secundum est, gratia fidei. Tertium est, solatium sanctæ speci. Itaque gaudendum est, primò ex conscientia recti: nam bona cōscientia, semper in se vnde gaudeat habet, iuxta quod Apostolus ait: Gloria, honor, & pax omni operanti bonum. Hinc etiam ipse dominus ait: Tollite iugū meū super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Hæc requies gaudium sanctum est, in quo fidelis anima requiescit. Sicut per Salomonē dicitur: Secura mēs quasi iuge conuiuum, obliuisci faciens inopiq, & tribulacionis, sicut rursus per Apostolum dicitur: Gloria nostra hæc est, testimoniu[m] conscientiæ nostræ. Quid enim (modo te hęc defendat, & attestatione bona consoletur) obesse tibi poterit si te accusent vniuersi, cōtemnant, explodāt, quādoquidem te sicut nec laus falsa coronare, ita nec iniuria damnare possit? Proinde, vbi deus iudex erit, testis alius quām conscientia testis non erit. Itaque latamini in domino & exultate iusti, & gloriamenti omnes, recti corde. Nam vt sapientum quidam ait: Conscientia bene acte virtutē, multorumque benefactorum recordatio, iunctissima est.

¶ Secundò, gaudendum est propter gratiam fidei. Magni Gratiam profecto muneric & gratiæ est, p ad Christi fidem, id est, fidei maveram dei notitiam, vocati sumus. Nō enim sic fecit omni nationi. Per fidem quippe in numerū filiorum dei adficii sumus, sicut per Apostolum dicitur: Filij dei estis per fidem. Et vnde B. Ioan. ait: Videte qualēm charitatem dedit nobis deus, vt filij dei nominemur, & simus. Quòd si filij, vtique & cohæredes. Dedit enim nobis Christus unigenitus dei potestatem filios dei fieri.

¶ Nec solū in filios dei fideles per fidei gratiam adoptantur, sed & credentiū animæ per eam deo despontantur, dicēte domino per Osee: Spōsabo te mihi in fide. Et beatus Ambro, sanctam Christi virginem Agnetem de Christo domi-

Roma. 2.

Matt. 11.

Prov. 15.

Conscien
tiæ bone
attestatio

2. Cor. 1.

Tulli⁹ de
senect.Fidei virtu-
tatis.

Gala. 3.

1. Ioan. 3.

Roma. 8.

Ioan. 1.

Ose c. 2.

Am bro.

DOMINICA PRIMA

domino & spōso suo introducit dicentē: Annulo fidei suæ
subarrauit me dominus meus Iesu Christus.

*Gratia fi
dei abuti
grāde ne
fas.*

¶ Cæterū per eandem fidem, populus eius sumus, & o-
ues pascuæ eius, vinea proinde domini Sabaoth, arbores
electione diuina ē deserto multitudinis ignorantium deū
in dei ecclesia, quasi in horto cōcluso, trāplantatæ & ex-
cultæ. Viderint vniuersi, quibus de tanta gratia gaudere
concessum est, ne in talem & tantum patrem ingrati, vel
à paternis moribus alieni, & degeneres filij inueniantur,
vtique exhæredant & abdicandi. Rursum ne huic spon-
so diabolum adulterum superinducant, sponsæ repudian-
dæ, néve non populus domini, nec oves pascuæ eius, sed
(quod absit) prævaricatores, rebelles & increduli, amato-

Mat. 25.

Lsa. 5.

Lnc. 13.

*Spes gau
diū submi
nistrat.*

Rom. 12.

Luc. 10.

1. Tim. 4.

2. Tim. 1.

res sui magis quām dei, hodi nō oves, ad sinistram in die
nouissimo statuendi deprehendantur. Dignos pœnitenti-
tæ fructus temporibus suis afferre corā domino studeāt,
ne velut illa apud Esaiam sylvestris, & inutilis vinea de-
relinquantur in conculationem, & vt sterilis in Euange-
lio siculnea indigna occupare terram, meritam securim
expectent.

¶ Tertiū, gaudendum est fidelibus de solatio sanctæ spei,
iuxta illud Apostoli. Spe gaudentes, nam & spe salui fa-
cti sumus. Vnde & Propheta quum gratulabundus de lu-
mine fidei sibi dato domino cecinisset, signatum est super
nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiam in corde
meo, istius lætitie causam, spem esse pronuntiās mox sub-
iecit: Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti
me. Et merito qui lem de spe nobis gaudendum est. Quis
enim non gaudeat, qui (tametsi iam constrictus sit in car-
cere) indubie nouit & firmiter sperat, ad regni soliū, post
breue tempus euocari? Gaudete, inquit dominus, quia no-
mina vestra scripta sunt in cœlis.

¶ Gaudeat operarius, cuius labor iam spectat ad finem,
pro quo labore, merces omni æstimatione sublimior, si-
deliter ei reposita est. De reliquo, ait Apostolus, reposita
est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in il-
la die iustus iudex. Et rursum: Scio, inquit, cui credidi, &
certus sum.

¶ Ad hanc: Qui thesaurum effodiunt, & si multo labore
d esu-

desudat, fortis tamen & alacres reperiendi thesauri spes facit, sicut per B. Iob dicitur: Qui effodiunt thesaurum, gaudent vehementer quum inuenient sepulchrum. Sic etiam omnis qui in fide Christi quæ per dilectionem operatur Galat. 5. laborat, ut bonus miles Christi Iesu spe sancta gaudeat, dicente domino: Gaudete & exultate, ecce enim merces Luc. 6. vestra, multa est in celo.

¶ Secundò, iubet nos Apost. esse perfectos, dicens: Perfecti estote. Quod intelligendum non est de illa perfectio. *seccio p̄ne*, qua aliquid absolute & undeaque perfectum est, ita cipitur. quod nihil ei quod ad perfectionem spectat adiici possit amplius, quomodo solus deus perfectus est, sed de perfectione in genere, quavidelicet illud dicitur esse perfectum, quod ea habet quæ ad hoc requiruntur, ut in illo genere tale quid esse dicatur, quomodo dicimus, Domum perfectam, quæ habet fundamentum, parietes, & tectum, & si quæ sunt huiusmodi quæ ad constitutionem domus requiriuntur. Quo etiam loquendi modo, dicimus aliquem esse perfectum musicum, perfectum rhetorem, perfectum medicum. Huiuscmodi perfectione iubet nos Apostolus esse perfectos, id est, Christi perfectos discipulos, perfectos Christi sectatores.

¶ Ad hanc perfectionem semper niti debemus, vitiis nostris & concupiscentiis reluctando. Alioqui propriæ cordis ad perruptionis virtutis, quasi pondere quodam semper ad proclifitionē uiora tendemus, non secus ac si nauis in flumine per vim niti dageguritis ad inferiora deferatur. Labitur enim nauis ipsa mus. cum flumine, si non iij qui in ea sunt, contra vim fluminis Simile. remigio nitanatur. Sic profectò & hominis animus ex carnis corruptione (nisi in contrarium homo conetur) continuò à virtute ad vitia, à perfectione ad corruptionem & dissolutionem descendit.

¶ Perfectos itaque nos esse iubet, id est, ad perfectionem virtute conari, ut dictum est, & hac virtute, ea quæ recta sunt de fide sentiendo, dogmata sana & vera sestando, vita & moribus sollicitè nosmetipsos excolendo, ut & quæ nobis desunt agnoscere, & cum adiutorio ecclesiæ ea supplere studeamus. Perfici vero debemus erga deum, erga proximum, & erga nosmetipsos.

¶ Erga

DOMINICA PRIMA

Erga deū ¶ Erga deum perficimur, fide, spe, & charitate. Cuius ratiō sic patet. Deus enim quia verax & fidelis est in omni-
tria perfisi bus verbis suis, fidem nostram sibi iure depositū, vt verbo
emur. suo incunctanter credamus. Quoniam verò ei cura est de
1. Petr. 5. nobis, nouit enim figmētum nostrum, & scit quibus indi-
Mat. gemitus, & dat escam omni carni, cuius munificētiam & li-
Sapiē. 11. beralitatem in suis quotidie beneficiis experimur, spem
Ioan. 3. nostrā iustissimè requirit. Denique quoniam omnia dili-
git quę fecit, pr̄fertim humanum genus, quod in tantum
dilexit vt filium suum vnigenitum daret, vtique amator
summè bonus, amator incomutabilis, à quo bona cuncta
procedūt, propter hoc vtique nostra dilectione iuste est di-
gnissimus, adeò vt qui illum non amauerit, ob hoc solū
impius censeatur.

¶ Porrò huiuscemodi erga deum hominis perfectio, dici-
tur perfectio viæ, quod via vel modus est, ad deum tendē-
di, & perfectionem aeternæ beatitudinis assequendi.

Erga p- ¶ Erga proximum verò fideles perficiuntur iustitia & ve-
ximū per ritate, vt longè absit iniquitas & dolus. Siquidem iustitia
est, vt in prosperis homo cōgaudeat proximo, condoleat
in aduersis, & pię de illo in rebus dubiis iudicet, nec vlla-
tenus in sinistram partem detorqueat, quę vel excusari,
vel in bonam partem accipi possunt.

Erga nos ¶ Erga seipso autem perficiuntur homines temperantia,
ipsos per- seu modestia in prosperis, & cōstantia fortitudinis in re-
fectio. bus aduersis. Huiuscemodi perfectionem assequutus ho-
simile. mo, quasi lapis bene quadrat & æquabilis est, qui in quā-
cunque partem, seu latus projectus ceciderit, firmus utiq;
cōsistit, cœlesti profecto viuoque triumphantis Ecclesiæ
ædificio dignus.

Exhorta ¶ Tertiō nos docet Apost. exhortationem sanctam, & ab
tioſancta aliis libenter suscipere, & aliis (quum oportunum fuerit)
quam vti affectu pietatis, impendere, dicens: Exhortamini. Quod
lis.

Similia. verbum in actiua pariter & passiua significatione, accipi
potest. Exhortamini, inquit, q.d. & propria & mutua ex-
hortati semper ad meliora nitamini, vt perfectionē vos
desiderare comprobetis. Nam si exhortatio defuerit vir-
tutum loco paulatim vitia succrescēt, & quomodo hortu-
lus incultus, vrticis & vepribus sylvestrit, ita & animus ho-
minis

minis si sanctæ exhortationis instantia defuerit, omni vitiōrum genere tabescens, squalebit. Iumenta quæ iugata incedūt, adhortari necesse est, vt & recta & alacriter, non autem in deuia, aut oscitanter incedant. Quod si cessauerit exhortatio, pergunt dormitanter, nec satis sibi prospiciunt quo loco pedem ponant, vnde ea vel cespitare, vel impingere frequentius, vel etiam labi cōtingit. Nō fecus & i⁹ qui sub iugo sunt Christi exhortatiōe sancta opus habent qua euigilent, & ad vitam rectam (si forsan ab ea discesserant) reuertantur, & salutem suā operentur alacrius. Proinde sicut vas quodlibet æreum aut ferreum quod rubiginem cōtraxerat, confricatione politur, ita & hominis animus, qui per negligentia torporem, vitiorum scabredine fuerat deformis effectus, sanctis hortamētis denuō resplendescit.

¶ Quartò, iubet Apostolus idipsum sapere, hoc est, idē de fide & Ecclesiastico dogmate omnes sentire, quemadmodum & alio loco dicit: Sitis autē perfecti in eodē sensu & in eadem sententia. Et iterum: Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, quæ saluti & Christianæ charitati vel maximè repugnant. Nam quicunque vel se vel alios ab Ecclesiastica vnitate diuidūt, hi Christo domino nequaquā possunt federari. Ipse enim ait: Qui nō est mecum, contra me est, & qui nō colligit mecum, dispergit. De quibus beatus Iudas loquitur, dicens:

¶ Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. De quibus præmiserat, dicens: Nubes sine aqua quæ à vētis circumferuntur, arbores autumnales, infructuose, bis mortuæ, eradicatae, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Sed eorū artes attende, quibus seducunt incautos. Loquuntur hominibus placētia, promittunt libertatem, quum sint ipsi serui corruptionis, & concupiscentiis carnis laxant habenas. Sicut enim solēt fures abigēdis pecoribus pabulum spargere, sic & isti (vt ait Aposto.) per benedictiones & dulces sermones seducūt corda innocētium. De quibus idem Apostolus nos cautos reddens præmiserat, dicens: Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & of-

De eccl. siastico dogmate sic sapiēdum.

*1. Cor. 1.
ibidem.
Luc. 11.*

Ind. ap. stolm.

*Esa 30.
2. Petr. 2.
Simile.
Roma. 16
ibidem.*

DOMINICA PRIMA

**Ecclesia-
sticā vni-
tatem ser-
uādā esse.**
Prou. 1.
Gene. 2.
**Pacē Chri-
stus testa-
mento le-
gauit.**
Ioan. 14.
Luc. 2.
Matt. 5.
Luc. 11.
Pron. 13.

fendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, & declinare ab illis: huiusmodi enim Christo domino nō seruiunt, sed suo ventri. Itaque iuxta consilium Sapientis: Si te lactauerint peccatores, nō acquiescas eis: prohibe pedem tuum à semitis eorum, & ab vnitate sancta, nul la ratione discede. Nam sicut tempore diluvij extra vñā arcā salūs erat nulli, ita nec extra vnam catholicam ecclesiā, spes nulla salutis, nulla peccatorū est remissio. ¶ Quintò, præcepit pacem, dicens: Pacem habete, quæ pax nisi ab iis qui id ipsum sapiunt, haberi non potest. Pacem, inquit, habete, quam videlicet & ipse Christus iam morti propinquus perpetuò seruandam, testamēto legauit, dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Meam, inquit pacem, quam vtique de cœlo vobis attuli, quam inter vos & patrem cōfeci, quam me nascente angelī nuntiantes canebant: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Meam, inquit, pacem, quam docuit, quam etiam vos cæteris offerre & annuntiare, mandauit. Proinde fructum pacis assignans, dicit: Et deus pacis & dilectionis erit vobiscū. Et bene deus pacis dicitur, qui pacis amator, pacis præceptor, pacis inhabitator est. In pace nempè factus est locus eius. Deniq; pacis remunerator est, qui & ipse semper cū pacificis est. Quid enim non esset pater cum filiis, cum pacificis deus? Siquidem beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. De quibus intelligi fortasse posset, quod alio loco ait: Pueri mei mecum sunt in cubili: In cubili vtique tranquillitatis & pacis. Pueri mei, inquit, id est, mente puri & parui per humilitatem, in cubili pacis mecum quiescent. Inter superbos autem semper iurgia sunt. Dicitur proinde & deus dilectionis, eō quod immensam quandam erga nos præferat benevolentiam, & quia vbi cunque fuerit syncreti amoris coniunctio, illic & deus adsit necesse est. Qui & ipse dilectionis sancta, & præceptor est, & fons & origo.

¶ Circa secundum principale dicit:

*Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communica-
tio sancti spiritus, sit cum omnibus vobis.*

¶ Hic optat Apostolus, conferri fidelibus gratiam spiritualem

tualem. Vbi & sacrosancte trinitatis personarum in una mysterio deitate mysterium patenter expressit, simul ostendens trinitatis quid nobis exoptandum sit ab ipsa summa trinitate, & ut exprimitur. Et primò docet optare gratiam domini tur. nostri Iesu Christi, ut videlicet Christi sanguinis aspersio. Gratia ne participes simus redemptionis factæ per ipsum, quod christi utique meræ gratiæ, nō nostræ iustitiæ est: quia nō ex ope. que sit. tribus iustitiæ que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, morte propter nos adita. Hoc autem tantæ dignationis & gratiæ est, quod omnis creatura meritum, nequaquam illi possit comparari. Hæc enim gratia Christi omnis nostri (si quod est) meriti radix est & origo. Lex siquidē per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Tit. 3.

¶ Expressit autem Apostolus primo loco gratiam filij, quod ipse nobis per assumptam humanitatem notior est. Baruc. 3. Nam in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Verum quia Christi gratia à charitate patris processit. Charitas sit, qui (ut dictum est) sic dilexit mundum ut filium suum patris evnigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, nō pereat, sed habeat vitam æternam: ideo quum Christi gratiam magna. commemorasset, mox patris charitatem venerans subiit. Ioan. 3. xit, dicens: Et charitas dei, qui prior ipse dilexit nos, ope. 1. Ioan. 4 re, scilicet & veritate. Cui non sat erat vnigenitū pro no. Roma. bis tradidisse, nisi etiam & ipse vna cum filio, spiritum sanctum nobis communicaret.

Sequitur enim:

¶ Et communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Spiritus Per hunc enim sit communicatio omnium spiritualium dominorum membris corporis Christi, quod est ecclesia. Ipse quale dominus est vnguentum illud viuiscentium, cuius virtute & mortui res numerus sunt. viuiscunt, quod à capite Christo descendit, non modò in Apostolos, quos ipse sibi iunxerat (ut in barbam) sed etiā in oram usque vestimenti summi sacerdotis Christi, id est, usque ad nouissimos quosque multitudinis credentium, Spiritus quia credentium multitudine, tanquam vestimento indu sancti unius ornatur, sicut per Esaiam pater ad eum loquens, dicit: gument Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego dicit dominus, quia Es. 4. 49.

cc ij omnibus

DOMINICA SECUNDA

omnibus his velut ornamen^to vestieris , & circūdabis tibi eos. Dicat ergo Apostolus: Et communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Ac si dicat: Hoc opto & hoc oro, quatenus illius spiritus sitis participes, quo verā sanctitatem possitis adipisci.

DOMINICA SECUNDA

post Pentecosten.

1. Ioann. I.



Habemus nōlīte mirari si odit vos mundus.

In hac lectione beatus Ioannes Apostolus docet fideles. Primò, mundanorum hominum odia & quanimiter sustinere. Secundò, docet proximū amore sincero diligere. Primum facit à principio letionis. Secundum, ibi: Nos scimus quoniam translati.

Circa primum nota, quod mundi nomine hic designantur, qui rerū huius mundi amatores sunt magis quam dei, quibus dei seruos gratis esse exosos nemo debet admirari, quum hoc neque nouum sit, neque rarum, scriptum est

Eccle. 13. 18an. 15. enim: Abominatio peccatori est religio. Et discipulis suis loquens dominus ait: Si de mundo fuissetis, mundus utique quod suum erat diligenter. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Sed gaudeat qui propter Christum sustinet odia mundanorum. Nam cui Christus odio causa est, erit & premiu-

odiri à mundo propter Christum. Si mundus, inquit, vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.

stum gloriōsum est. Non ignominia, sed gloria magna est sequi dominum, & propter ipsum inuisum esse mundo. Hoc odio Cain in

Eccle. 23. Abel fratrem exarsit, Ismaël in Isaac, Esau in Jacob. Sed

Gene. 4. quid? Nonne osores isti, fratres suos odio suo gratuito il-

Gala. 4. lustriores effecerunt, semetipsos autem perdiderunt? Di-

Gene. 17. cant servi dei horum odia & persecutioⁿes sustinentes,

Bonas semper malorum odio suscepisse. dicant cum omni fiducia: Dominus mihi adiutor, non ti-

mebo quid faciat mihi homo. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra,

non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Nō ait: Ego me de inimicis meis vin-

dica-

dicabo, quia scriptum est. Mihi vindicta, & ego retribuam dicit dominus. Et iterum: Non vosmet ipsos defendantes charissimi, sed date locum irae. Dicat in deo sperantes: Si deus pro nobis quis contra nos?

*Roma. 12.**Ibidem.**Roma. 8.*

¶ Sustineant infestos sibi homines prauos, tolerantibus quidem fabricantes coronas, prolongates autem iniquitatem sibi. Purgat enim praui bonos, exercentque, & meliores ac commendatores reddut etiam inuiti, sicut patuit in Ioseph, quem atroci odio eo fratres prouixerunt, quo illum officio promouere nunquam potuissent. Hoc unum caueant sectatores pietatis, ne prauorum odia odiis compensantes, similes illis efficiantur. Noli (inquit Aposto.) vinci à malo, sed vince in bono malum. Abel esse non potest, quisquis fratrem Cain sustinere nō vult. Cum his itaque qui oderūt pacem, Dei seruus studeat esse pacificus, & illi suis interim vrantur incendiis.

*Odiri ab improbis quam sit pius utile.**Gene. 37.**Rom. 12.*

¶ Proinde mundanam hanc atque momentaneam improbis nullatenus electi prosperitatem inuideant, quibus haereditas domini in terra viuentium re promissa seruatur. Transeuntibus filiis Israel per terminos frattum suorum, filiorum Esau, praeceptum fuit à domino, ut nullo contra hos murmure mouerentur, sicut scriptum est: Transibitis per terminos frattum vestrorū filiorum Esau. Vide et ergo diligenter ne moueamini contra eos, neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest unius pedis calcare vestigium, quia in possessionem eorum dedi motem Seir, id est, foetidam carnis voluptatem. Seir enim hircus (quod animal foetidum est) interpretatur. Siquidem illis terram lacte & melle manātem promissam seruabat. Reprobis haereditas nulla in cœlis, sed in hoc mundo est. Unde & dicunt: Venite, fruamur bonis quæ sunt, & vt amur creatura tāquam in inuentute celeriter. Nō prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequā marcescant, ubique relinquamus signa lātitia, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. Piis autem non cadit funiculus haereditatis in hoc mundo, quibus per Apóstolum Petrum dicitur: Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis.

*Mundanā p̄speritatem boni reprobis non inuidēant.**Deut. 2.**Vetū mīdanorū.**Sapien. 2**1. Petr. 1.*

¶ In quorum persona, rursum per Prophetam dicitur:

cc iiij Aduena

DOMINICA SECUNDA

Aduena ego sum apud te & peregrin⁹, sicut omnes patres mei. Is enim peregrinum se in hoc mundo reputans, hēre ditatem suam alio loco repositā agnoscebat, dicens: Do, minus pars hæreditatis meæ. Et rursum: Dixi, inquit, tu es spes mea, portio mea in terra viuentium. Et iterum: Deus

Deut.18. cordis mei, & pars mea deus in æternum.

Leuitis ¶ Leuitis & sacerdotibus possessio inter fratres suos filios cur posseſſo data Israël assignata non fuit, cō quod ipse dominus pars eorū esset & sors. Et quidē beati quorū dominus sors esse dignatur, vt eorum quisque non immeritò gratulabūdus & laudans verè possit dicere. Funes ecclerunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. Vnde & A-

Gene.13. brahæ dictū est à domino: Ego protector tu⁹ sum, & merces tua, magna nimis. Huiuscē reproborum aduersus pios odij cauſas quatuor habes, dominica. 4. quadrag.

Odiri à Sanè mundi odium est ipsius amori præferendum, & præ mūdo pre stat sustinere malorum odium, quām corum habere constat, quām fortium. Quum enim mūdus hic pios odio persequitur, amari. vtique quod suum est facit, & nullis vtens fallaciis, prorsus se qualis sit innotescit. Amicitia verò eius fallax est & insidiosa, periculosa atque simulata, ita vt nō immeritò

Mat.16. Iudæ proditoris verbis vti videatur ad plerorūque deceptionem, & dicere: Quemcunque osculatus fuerō ipse est, tenete eum. Sic enim suo fallaci fauore deceptos, tradit rugientibus illis præparatis ad escam. Proinde cū mundi huius amicitia inimica sit deo, & quisquis mundi huius amicus esse voluerit, inimicus dei cōstituatur, patet nō esse mundi huius amore perniciōsius.

¶ Circa secundum principale dicit:

Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

Hic beatus Ioannes docet proximum sincero corde diligere. Vbi circa proximi dilectionem tria insinuat. Primum est, huius dilectionis incitamentum. Secundum est, ad hoc exemplum & documētum. Tertium est, eiusdem dilectionis signum & experimentum. Secundum ponitur, ibi: In hoc cognouimus. Tertium, ibi: Qui habuerit substantiam huius mundi.

¶ Circa primum dicit: Nos scimus quoniam translati sumus.

mus. Vbi colliguntur dilectionis proximi tria incitamen. *Dilectio-*
ta. Primum est, vita^r acquisitio. Secundum, mortis euasio. *nis proxi-*
Tertium est, homicidij euitatio. Primum notatur in hoc mitria in
quod dictum est, Nos scimus quoniam trāslati sumus de *citamēta.*
morte. Itaque nemo se de virtutib^z inaniter extollat. Nec
rurus suarum virium imbecillitatem ultra modum me-
tuat. Apertum nobis datur indicium, quia quisquis frater-
na dilectione diues est, ad sortem pertinet electorum, &
portionem habere meruit in terra viuentium. Nam qui di *Rom. 13.*
ligit proximū, legem impleuit, sed legis obseruatio intro-
ducit ad vitam, iuxta quod dominus ait: Si vis ad vitam in *Mat. 19.*
gredi, serua mandata, sicut econtrariò, mandatorū dei cō-
temptus, & prāuaticatio, præcipitat in mortem. Notanter *Salutē no-*
verō dicit: Translati sumus, non autem transiuiimus, quia strā à deo
non ipſi nos, sed deus nos tulit de mundo, sicut per Amos *esse.*
prophetam dicit: Ego sum qui ascendere te feci de terra *Amos. 2.*
AEgypti. Et vnde rursus ait per Oſee: Ego quasi nutritius *Oſee. 11.*
Ephraim portabam eos in brachiis meis, & nescierunt
quod curarem eos. Extensis enim in cruce brachiis & pec-
cata nostra portauit, & animarum nostrarū vulnera, vulne-
ratus ipſe curauit.

Circa secundum, quod est mortis euasio dicit:

Qui non diligit, manet in morte.

Ergo à contrario sensu, quisquis fratrem diligit, huius-
cmodi dilectionis merito mortem euadit. Illam, scilicet
mortem, de qua per Ezechielem Dominus dicit: Anima
qua peccauerit, ipsa morietur. De qua etiam morte quis-
quis proximum diligere voluerit, ad vitam gratiæ rursum
potest exurgere. Et hæc est resurrectio prima, de qua scri-
ptum est: Beat^z qui habet partem in resurrectione prima.
In anima quippe mortui omnes in hanc lucem nascimur:
peccatum omnes, & si non per nos actum, contraactum ta-
men ab Adam generis nostri parente primo in nobis ha-
bētes. Sed quibus nocuit aliena culpa, his charitas aliena
subuenit, dum in regeneratione lauacri salutaris per Chri-
sti gratiam ab illa peccati morte restituti sumus ad vitam.
Vnde ipſe Dominus ait: Ego veni ut vitam habeant gra-
tiæ, videlicet in præsenti, & abundantius habeant vitam
æternę beatitudinis in futuro. Attamē baptismi sacramen- *Ioan. 10.*

Per dilec-
tionē nos
mortē ea
dere.

Ezech. 18
Apoc. 20.

DOMINICA SECUNDA *

tum illis duntaxat adultis prodest, qui syncera mente diligunt fratres.

¶ Circa tertium dilectionis proximorum incitamentum, quod est homidiu euasio, dicit:

Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.

Homicidū. ¶ Si quis ergo odium in fratrem paruipendit, nūquid etiā esse qui o- homicidiū paruipendet? Viuit ille, & iste interfeccōr iudi-
dit fratrē. catur. Plus autē est odire, quām nō diligere. Igitur si is qui
nō diligit, manet in morte: quomodo is qui non modo non
diligit, sed insuper odium gerens in fratrem homicida est
vitam habebit? Homicida est, inquit, qui odit fratrem. Pri-
Homicidi- mō quidē, quia semetipsum in anima vulnere mortis sau-
um multis ciat, deinde & fratrem suum quem prouocat ad odium &
modis com similitatē. De primo, videlicet in semetipsum homicidio
mitti. ait Psal. Gladius eorum intret in corda ipsorum. Et quicū-
que alium molitur lādere primū, ipse se, iaculo percutiet
proprio. Denique homicida ille corā deo iam dicitur, qui
voluntatem habet proximo nocendi. Deus enim intuetur
cor. Nam omne cor ei patet, & omnis ei volūtas loquitur.
¶ Itaque homicidij culpa incurritur, nō modō ipsa cādis
enormitate: sed etiam, vt dictum est, odiendo proximum,
insuper & detrahendo, malum consulendo, nocendo, vi-
ctum necessarium subtrahendo, & similibus. Iustē autem
illis à domino æterna vita negatur, qui alteri vitam inui-
dent temporalem. Sequitur:

Et scitis quod omnis homicida non habet vitam eternam in se manentem.

¶ Omnis, inquit, quia non solūm qui ferro, sed etiam qui
odio fratrem insequitur, vitam æternam (quæ deus est) nō
habet in se manētem, licet vitam habeat à se transētem.

1. Cor. 3. Non enim ipse templum dei sanctum est, sed fouea Ericij,
Esa. 4. sicut per Esaiam dicitur: Ibī habuit foueam Ericius, id est,
Ericij fo- diabolus ipse, malitiæ suæ aculæs obsitus, & enutriuit ca-
tulos suos, hoc est, machinationes aduersus fratrem pessi-
mas, quas mente peperit & consensu voluntatis fouit.

¶ Circa tertium, videlicet fratrnæ dilectionis exemplum
& documentum, dicit:

*In hoc cognoscimus charitatem Dei, quia ille pro nobis anima-
suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.*

¶ Dei

¶ Dei erga nos dilectionem pro exemplo proponit, ut ad illius imitationem proximum diligamus. Quo præsertim pastores & prælati informantur, qui pro fratribus animas suas impignorauerūt. Horum est enim pro cōmiso gregi res ita ferat, sanctorum patrū exemplo animas ponere. Sed vñ temporibus istis, quibus ob iniquitatis abundantiam vsqueadē refiguit charitas, vt plerique fratris salutem, ne catelli quidem morte redimant. Imò verò intantū apud nonnullos prauæ cupiditates inualuerunt, vt fratris perniciem præferat ipsius saluti. Vnde per quendā dicitur:

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,

Ouid.

Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

¶ De quorum etiam malitia temporum & corruptissimis hominū morib⁹ Apost. Timotheo scribens ait: Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tēpora pericula sa, & erunt homines seipso amātes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingratii, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, volupptatum amatores magis quām dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ei⁹ abnegantes. Ab his charitas proscripta & relegata est. Tātum abest, vt hi pro fratribus animam ponant, qui fratrum animas querunt ut perdant.

2. Tim. 3.
Tēporum
nouissimo
rum mali
tia.

¶ Circa tertium, videlicet huiusc dilectionis experimen tum, con sequenter dicit:

Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suū necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo?

¶ Q.d.Q uī fieri posset, ut ille pro fratre animam poneret qui ne reni quidem tēporalem expēderet pro fratre? Clau dit enim ab eo viscera sua, nolens intelligere super egenū & pauperem, ut nec ipsum in die mala liberet domin⁹. Hic carnē suam in paupere despicit, & ex seipso quę proximi sunt non vult intelligere: quasi dicat cum Cain, Nunquid Eccl. 4. custos fratri mei sum? Maioris autē est crudelitatis, claudere erga miserū viscera, quām marsupia, quādoquidē si ne diminutione tēporalis substātiæ de cellario cordis possis in fratre piæ campassionis affectū cōferre. Cæterū quia

DOMINICA SECUNDA

quia quorūdam est ad proximos simulata dilectio, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordib^z eorum, ideo B. Ioannes hanc excludens, subdit:

Filioli, nō diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate

Diligere verbo & lingua quid sit. **Prou. 14.** *In verbo sola loquutio non opus, in lingua vero intelligitur multiplex assertio. Sicut quibusdam mos est, qui sēpe repetitis sermonibus affectum suum volunt commēdare, quem conscientia teste nouerunt sibi non suppetere, iuxta Iacob. 2. illud Sapientis: Vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Sed opere, inquit, & veritate: hoc est, mētis integritate diligamus. Hoc dicit ut sicut os accommodat e genti, ita accommodet & manum. Vnde per B. Iacobum dicitur: Si frater aut soror nudi sunt, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & saturamini, non dederit autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Proinde quum diligere proximum opere & veritate præcipit, vtique hoc vult, ut simplici intentione beneficia præstems, non propter instantiam, vel commodum aliquod temporale, (id enim es set magis se diligere quam proximum) sed dei solius contemplatione, & proximi charitate.*

Qualiter diligemus autem proximum veraciter sine simulatione. Tēperāter, sub dei dilectione. Prudēter, sine corruditione. Generaliter, sine cuiusquam exceptione. De primo bermus. diligendi modo dicit Apost. Dilectio sine simulatione. Ut Rom. 12. autē dilectio sit vera, primū, necesse est ut sit in affectu, ut Dilectio scilicet fratri bonū velis. Quod vtique tum verè præstas, vera quæ quando illi congaudes in rebus lātis, & cōdoles in aduersis. Secūdō, in affatu, ut benignè hūc cùm opportunū fuerit salutes, cōsoleris, instruas, & talem te ei in verbo exhibeas, ut agnoscat tuā erga se dilectionem. Tertiō, sit in effectu, ut manū tuam aperias inopi & palmas tuas extēdas ad pauperem. Nam vbi re opus est, verba non sufficiunt. *Raupertas* Contingit autem duobus modis quempiam esse pauperē, Corporaliter, scilicet & spiritualiter. Corporaliter ille pauper est, qui ex inopia rei familiaris fame premitur aut siti, frigore aut nuditate. Si habes quo illi cōmodē subuenias, non sat est compassionis affectū porrexisse, nisi etiā sequatur effectus. Si vero nō suppetit quod cōferas inopi, effectum

affectum illi pietatis impēde. Nec putaueris id te sine fru-
ctu fecisse. Nam vt B. August. ait: Coronat Deus bonā vo-
luntatem, vbi non inuenit operis facultatem. Spiritualiter
verò pauper est, quisquis ob culpæ reatum Dei gratiam &
regna cœlorū amisit. Huiuscmodi pauperi, monitiōe san-
cta, & piis pro illius reparatione apud Deū precibus, sub-
uenientum est.

¶ Secūdō, oportet diligere proximum prudenter sine cor-
ruptionē, vt videlicet sic diligas proximos, quod tamen
corum oderis errores. Illud etiam prudenter caue, ne di-
lectio carnalis efficiatur, sed sobria sit & casta, iuxta quod
Apost. ait: Odientes malum (id est, proximi vitium) adha-
rentes bono. Si verò iam carnalis affectus inualuerit, su-
ge & elongare, ne forsan & alteri laqueum ponas, & ipse
nihilominus capiaris illaqueatus. Fuge, iuxta sententiam
domini dicentis: Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te,
abscide eum & proiice abs te: & si oculus tuus scandalizat
te, erue eum & proiice abs te. Quasi dicat: Quantumlibet
is qui tibi scandalō est, deuinctus sit tibi, siue ab obsequio,
siue à consilio, siue à beneficio, etiam si èquè ut oculus vel
pes tibi necessarius esse videatur, amoue illū à te. Expres-
sit autem manum, pedem & oculum, vt per manum hunc
intelligas, qui loco tui, res tuas seu negotia gerit. Per pedē
verò, eum quī te suis beneficiis sustēt, portat, nutrit. Per
oculum autem, hunc qui tibi prospiciens, consilio tē diri-
git, aut informat doctrina.

Diligendus
est proximus
prudenter.

Rom. 12.

Mat. 18.

Diligere
preferater
Matt. 10.

¶ Tertiō, diligendus est proximus temperāter sub dei di-
lectione, vt nullius hominis dilectionem deo præferam⁹:
Qui amat, inquit, patrem aut matrem plusquā me, non est
me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est
me dignus. Porrò diuino amorī tunc hominis amorē præ-
ferimus quādo propter hunc illius mādata præuaricam⁹:
sicut i⁹ faciūt, qui ne displiceant homini mortali, cōsentient
ei in peccato. Vel qui adeò impensē filios suos amant, vt
eis locupletandis iniquis intendant lucris: contra verò de
illo qui necessarios suos deo posthabuerit, scriptum est:
Qui dixerit patri suo & matri, nescio vos, & fratrib⁹ igno-
ro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierūt eloquium
tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ḥ Iacob,

Cōmendā
tur quis-
nos deo
post habu-
erunt.

DOMINICA TERTIA

- Deu. 37.* & legem tuam ô Israël. Hinc rursum in Psalmo fidelis anima commonetur: Obliuiscere populum tuum & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum.
- Ruth. 1.* ¶ Ruth Moabitis quod patria parentibusque relictis dei veri cultum amplexata venit in terram Israël, eximiè commendatur. *Ruth & regina Sa- ba cōmen- dantur.* Regina Saba & ipsa regione sua ac regno relictis, venit à finibus terrae in Hierusalem ad Salomonem ipsius sapientiam auditura, ecclesiam de gentibus colligēdam factō suo præsignans, quæ relictis carnis affectibus, per fidem ventura erat ad Christum.
- Diligere generaliter.* ¶ Quartò, diligere debemus proximum generaliter sine cuiusquam exceptione, ut proximorū dilectio vniuersos admittat, colligat omnes vinculo charitatis, & notos, videlicet & ignotos, propinquos & extraneos, ciues & peregrinos, amicos & inimicos, imitatione summi patris cœlestis, qui nihil odit eorum quæ fecit, sed diligit omnia, etiā peccatores sibi non obtemperantes & inimicos, beneficia sua illis assidue largiendo, quamuis his abutantur, & illis sint prorsus indigni. Eadem hanc dilectionem idem hic *I. Ioā. 4.* Apost. alio loco nobis commēdans. Si deus, inquit dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere generaliter, videlicet sine exceptione. Hoc enim & Apost. Paulus exoptat, dicens: Deus abundare faciat charitatem vestram in innicem, & in omnes, id est, tā inimicos quam amicos, tā infideles quam credentes in Christum.
- Philip. 1.*

DOMINICA TERTIA

post Pentecosten.

- I. Pet. 5.* **H**ariissimi, humiliamini sub potenti manu dei, ut vos exaltet in tempore visitationis.
- ¶ In hac lectione B. Petrus primò docet vniuersos sub diuina maiestate se humiliare. Secundò docet fiducialiter in deo sperare. Tertiò, monet impugnationibus diaboli fortiter resistere. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Omnem sollicitudinem. Tertium, ibi: Sobrij estote.
- ¶ Circa primum dicit, Charissimi, humiliamini sub potenti manu dei. Quid enim æquum magis, vel magis debitum est, quam ut nosmetipso qui sumus puluis & cinis sub

sub cōditoris maiestate (sub qua tremit omnis creatura) *Quām sit
humiliemus?* Loquar, inquit Abraham, ad dominū meum, *et quū sub
quum sim puluis & cinis.* Ipse est enim creator noster, ipse *de se hu-
iudex noster, cuius sapientiam nihil latet, cuius potētiam
nec effugere, nec vincere quisquam potest, cuius denique
iustitia in ordinem redigitvaiuersa.* Cui quoniam summē
placet humilis & vera ab homine proprię fragilitatis co-
gnitio, sicut ecōtrariò vana cordis elatio, vel maximē dis-
plicet: idcirco non modò ipsi deo, sed etiā hominibus nos *Etiā ho-
metipos humiles exhibere necesse est.* Vnde & ante hu-
ius lectionis initiū, B. Pet. præmittit dicens: Adolescētes, *minibus
subditi estote senioribus.* Omnes enim inuicem humili-
tatem insinuate. Nec quenquā excipit, qui non debeat hu-
milem se exhibere, si cupit assequi regnum dei. Superbis
quippe deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Et Pau-
lus ait: In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes.
Et ne quis putet solos minores honorare debere majo-
res, & non etiā ipsos maiores minoribus debere cōdescē-
dere, notanter ait beatus Petrus: Omnes inuicem humili-
tatem insinuate. Discat homo ab angelo, qui de sublimi-
lapsus est per superbiam, se illuc nequaquam posse ascen-
dere, nisi per humilitatem. Non enim nisi humiles ponit *1ob. 1.*
dominus in sublimi.

¶ Sanè q̄ hoc loco verbo docet beatus Petrus, id ipsum e- *Act. 10.*
tiam exéplo ostendit, quādo ingressus domū Cornelij ad-
huc Gētilis, & ille eivenerationis gratia procūberet, pro-
tinus hūc manu porrecta leuauit, dicēs: Et ego homo sum
similis tui. Ostendit autem humilitatis causam, dum (sicut
præmissum est) ait: Quia deus superbis resistit, humilibus *Deum su-*
autē dat gratiā. Deum superbis resistere patet exemplis *per bis resi-*
multis. Primum omnium in angelis (vt iam dictum est.) *stere.*
Deinde in generis nostri parentibus primis. Post, in filio- *2. Pet. 2.*
rum Noë posteris, gigantibus cōdificantibus turrim confu- *Luc. 10.*
sionis, vt celebrarent nomē suum, & periculum diluuij (si *Gene. 3.*
rursum aliquando inundaret) inconsulto deo effugerent. *Gene. 11.*
Rursus in Dathan & Abiron, & Chore, & cōplicibus eo- *Num. 16.*
rum, in quos ob arrogantissimæ superbiz incōsultam te- *2. Par. 16.*
meritatem, nō consueta hominum morte diuinitus ani- *Danie. 4.*
maduersum est. Iterum in Ozia rege Iuda, in Nabucho. *Exod. 14.*
dono sor

DOMINICA TERTIA

donosor in Pharaone, & aliis multis: Nō habitabit, inquit dominus, in medio domus meæ qui facit superbiā. Hinc etiā ipsa humilitatis magistra Christi mater, Dispersit, inquit, superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Humili- ¶ Econtra verò, quod gratiam conferat deus humilibus, bus dat multis similiter patet exēplis. Moysen enim qui se humiliat liter à ducatu populi excusabat, in signis & portentis deū Exod. 3. cōstitut Pharaonis. Rursum exemplo Dauid idipsum patet. Huic enim, quia per humilitatē mētis vir erat secundū Exod. 7. dum cor dei, fecit deus nomē eius grāde iuxta nomē ma- 1. Reg. 16 gnorum qui sunt in terra. Exemplis proinde prophetarū 2. Reg. 7. sanctord Amos, Ieremiæ, Esaiæ. Denique exemplo illius Amos. 7. in Euang. Publicani, humilitatis suæ meritō iustificati, & Iere. 1. aliorū multorum. Vnde & per Esaiam dominus dicit: Su- Esa. 6. per quem requiescat spiritus meus, nisi super humiliē, & Luc. 18. tremētē sermones meos? Omnis enim vallis implebitur. Esa. 66. Et ideo valles abundabunt frumento, quia inter medium Esa. 40. montium aquæ gratiæ coelestis pertransibunt. Non enim 2. Reg. 1. prēterit deus humiles corde, sicut prēterit mōtes Gelboë in ira indignatiōis suæ, super quos nec ros nec pluua de- *Deo gra-* scendit, quia scriptum est: Cor contritum & humiliatum ta humili-deus non despicies. Siquidem usque ad grata deo est humilias.

Sublimio- ¶ Itaque humiliamini sub potenti manu dei, ut vos exaltetur. Ifsta exaltatio, suę gratię collatio est in hac vita, & gloriæ gloriæ ria sempiterne beatitudiniis, in futura vita. Quod magis au- meritum tem te humiliaueris in tēpore probationis, eo plus exal- omnibus taberis in tēpore retributionis. Constituit enim deus su- prasto blimioris gloriæ meritum in ea re quæ suppetit (si velint) effe. vniuersis, scilicet in humilitate. Non enim dixit, quod qui fuerit in hac vita ditionis, nobilior, potentior, felicior, do- citor, pulchrior, illustriorve, aut aliquid huiusmodi, illic sublimior sit futurus, sed qui hic fuerit humilior. Si enim Lut. 18. omnis qui se humiliat exaltabitur, profectò, qui magis se humiliat, gloriosius in dei regno sublimabitur. Nulli ve- Mich. 6. Jam enexcusationis relictū est, quia quum humiliatio no- stra, id est, humiliationis nostræ causa tam multiplex in medio

medio nostri sit, nemo est qui se (si voluerit) proprio iudicio humiliare non possit.

¶ Quatuor autem sunt, in quibus humilitas vera consistit, *Humilitas vera in his 4. consitit.*

quibus etiam se humilitas ipsa tanquam propriis signis facit manifestam, videlicet, Obedientia, Pœnitentia, Patietia, Reuerentia.

¶ Primum, inquam, in quo consistit & appetit humilitas, est obediētia. Nam sicut superbiæ est nolle subiici deo, ita obediētia humilitatis est deo obtemperare. Nemo enim humilis censendus est, qui adhuc per inobedientię contemptū deo repugnat. Vnde per Sapientem dicitur: Initium superbiæ hominis, est apostatare à deo, quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius. Recessit, inquam, per inobedientię superbiā. Cuius inobedientiæ superbientis, deumque exercata mente non cognoscentis, exemplum in Pharaone patuit. Is enim dei populum dimittere iussus, respondit: Dominum ignoro, & Israel non dimittam. Tales hodie multi reperiuntur, qui si non dicerent in corde suo, non est deus, utique sub ipsius imperio se per obedientiam humiliarent, sed iugum pati recusantes, nolunt dominum regnare super se. Dominum utique nobilem, mitē & humilem corde, cui seruire regnare est, quos propter hoc iustum est sub eius tyrannide premi, de quo per Ieremiam dicitur: Crudelis est & nō miserebitur. De huiuscmodi scriptum est: Vir vanus erigitur in superbiam, & quasi pullum onagri se liberum natū putat. Et merito vir ille vanus dicitur, qui erigitur in superbiam, plenus enim est vanitate. Si tamen res aliqua vanitate (quae nihil est) repleti possit. Sed ideo vanitate plenus dicitur, quia inflatus superbia se putans aliquid esse quum nihil sit, vanus, & veritate vacuus est. Vacuus à sui cognitione, vacuus à virtute, vacuus à gratia dei.

¶ Cuius vacuitatis seu vanitatis signum eidens, cordis elatio, & in moribus arrogatiæ est. Nam ut vsu cernimus, rami arboris qui fœcundi & onusti fructibus sunt, decorsum inclinantur, similiter & aristæ in segrete grano maturo plena non sursum eleuantur, sed spectat decorsum. Quod si vel ramum in arbore, vel aristam in segrete, erecto culmo in sublime tendentem videris, confessim eius intelligis absente

Vacuitatis indicatio.

elatio.

simile.

Luc. 19.
Matt. 11.
Ierem. 6.
Iob. 11.

vir vanus.

DOMINICA TERTIA

absente fructu sterilitatē. Sic nimirum (vt dictū est) vir
vanus erigitur in superbiā, & ad proferēdum obedientiæ
fructū humiliare se recusans, quasi onagri pullum (qui ni-
mirum in dēserto natus iugum ferre non didicit) se libe-
rum natum putat, vocem illius audire cōtemnens, qui di-
Matt. iii. cit: Tollite iugū meum super vos, & discite à me, quia mi-
tis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus
Simile. vestris. iugum enim meum suave est, & onus meum leue.
Superbiā Asinus sub onere, & bos in iugo, nō capite in altum ere-
ly Belial. cto incedunt, sed demissio. At verò filij superbiæ, filij Be-
Iob. 15. lial, id est, absque iugo, ambulātes in vanitate sensus, cur-
Iob. 41. runt aduersus deum erecto collo, & pingui ceruice armā-
tur, sublimes habētes oculos, vt illius se esse filios p̄bēt,
qui omne sublime vidēs rex est super oēs filios superbię.

*Humili-
tas pro-
batur per
pœniten-
tiam.* ¶ Secundum in quo humilitas vera consistit, est ab operi-
bus prauis & peccatis resipiscentia, seu pœnitentia vera.
Hęc enim est inobedientiæ superbientis remedium. Nam
qui per inobedientiæ superbiam deum offendit, per humili-
tatem pœnitentiæ reconciliatur. Quantum enim disipli-
cat deo contemptus inobedientiæ, tantum placet humili-
tas pœnitentis. Eodem enim p̄cepto, quo inobedientiæ
temeritas prohibetur p̄cipitur humilitas pœnitentiæ post
peccatum. Porrò contemptus pœnitentiæ post p̄uarica-
tionem si grande malum nō esset, nequaquā dominus per
Ierem. 8. prophetā diceret: Nunquid qui cadit non resurget, & qui
aversus est, non reuertetur? Quare ergo auersus est popu-
lus iste in Ierusalem auersione cōtentiosa? Apprehende-
runt mendaciū & noluerunt reuerti. Attendi & ausculta-
ui, nemo quod bonū est loquitur. Nullus est qui agat pœ-
nitentiā super peccato suo, dicēs: Quid feci? Omnes con-
uersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in
prēlium. Sic nihilo secius, peccatores post peccatum pœ-
nitentiæ remedium contemnentes, diabolo sessore (quasi
quædā iumenta) subacti & impulsi, uno cursu p̄cipites,

*Peccata
sua agno-
scientium
humilitas
dso grata* festinant in perditionem.

¶ Quām verò sit æquum, & acceptū coram deo, post p̄-
uaricationē per pœnitentiam resipiscere, peccatum suum
humiliter confitendo, & illud compuncto corde detestan-
do, patet exemplo Dauid post perpetratum adulterij pec-
catum

catum per Nathan redarguti, peccatū suum confitentis, & 1. Reg. II dicentis: Peccavi. Mox enim illi per prophetā Nathan di-

ctum est: Dominus transtulit peccatū tuum. Nō morieris.

¶ Rursus idem patet exemplo Manassis regis, post tanti Exempla sanguinis prophetarū effusionem, & idololatrię abomina pœnitentiam, & omne genus sceleris, inter vincula & cōpedes tie. in tenebrosi carceris ergastulo cōfidentis humiliiter, & dicentis: Peccavi super numerum arenę maris, & multipli- 2 par. vi. catę sunt iniquitates meę: quia excitaui iracudiam tuam & malum coram te feci, statuens abominationes & multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei, precas à te bonitatem domine. Peccavi domine, peccavi & iniquitatem meam ego agnosco. Peto, rogás domine, remitte mihi ne simul perdas me cum iniquitatib⁹ meis, neque in eternum reserues mala mihi. Post hęc exauditus est à deo, à vinculis & carcere liberatus, & in regnum de- nuò restitutus. Idipsum etiā patet exemplo peccatricis do- mini pedes in Euāgeliō lachrymis suis rigantis. Exemplo Luc. 7. rursus Apostoli Petri negationis culpam deflentis amarē. Luc. 22. Nec non & publicani (vt dictum est) à longe stant, nec oculos quidem suos leuantis ad cōclum, sed percutientis pectus suum, & dicentis: Deus propitius esto mihi pec- catori. Luc. 18.

¶ Non sic parentes nostri primi, sed ad confessionem cri- Gene. 3. minis euocati à domino, excusatione superba præuarica- peccatū tionis suę culpam geminauerunt. Sic etiam indurauerūt suū agno- ceruicem & noluerunt reuerti per pœnitentiam Iudæi ad scere nolē preditionem Ieremiae, & aliorum prophetarum. Quam tñ super- ob rem exterminij, & captiuitatis poena décernente deo, bia. iustè affecti sunt. 4. Re. 25.

¶ Porrò q̄ in superbiam homo erigitur, hinc est, q̄, nō se, superbia sed sua considerat. Humiliatio tua, inquit, propheta (vt suā causa in pra dictum est) in medio tui est. Nam humiliandi se cau- sum homo intra se reperiet, si fœdatam probris spectat Mich. 6. cōscientiam, caducum corpus, incertum tempus mortis, & quod magis omnibus est formidandum, examen iusti iudicij dei. De pauone dicitur, quod spectato caudæ sua Simile. decore extollitur, sed mox pedum deformitate cōspecta, displicet sibi & cōtristatur. Sic profecto qui nō se, sed sua dd tempo.

DOMINICA TERTIA

Mortalitē tēporalia videlicet bona, diuitias, honores seculi, ornatū cæcitas. *vestium, pompam seruientiū, adulantium fauores, sanita*
x Zech. 8. *tem corporis, cādorem cutis: qui, inquam, hēc & huiusmo*
di vana vtique & transitoria respiciunt, semetipſos intus
ignorantes, ex iis sibi vanissimē placent & inflantur. Qui
si semetipſos introrsum aspicerēt, dissimulationis par-
tem fodientes, vtique viderent abominationes, iram dei
prouocantes. Vnde quidam hanc mentis humanę cæcita-
tem demirans, ait:

versius.

Vt nemo in sese tentat descendere? nemo.

Sed p̄cedenti spectatur mantica tergo. Et iterum:
Tecū habita (inquit) & noris quām sit tibi curta supellex.
¶ Profectō si se miser & mortalis homo adverū cognosce-
ret, pauonis ad morem pedes suos (vt dictū est) aspicien-
terem. 2. tis, contristaretur & ingemisceret. Vade, inquit Ieremias,
& vide vias tuas in conualle, & scito quid feceris.

Humili- ¶ Circa tertium, in quo dictum est veram consistere humi-
tas proba litatem, quod est patiētia: notandum est, quod quia homo
tur per propter priuatū sui ipsius amorem vix & raro dignos suis
patientiā peccatis facit p̄chitētē fructus, nec satis in semetipſum,
vt æquum est, Dei vindicis partes iustus vltor exequitur
¶ Isa 28. ideo deus qui neminem vult perire, id quod p̄mitendo
¶ Quidā au minus expiamus (vt vexatio det intellectum auditui) ex-
rūm, pa- coquit in camino tribulationis. In quo sicut nonnulli au-
lea quidā rum, ita etiam complures esse palea reperiūt. Illi depu-
rantur, & virtute meritorum proficiunt, isti consumuntur
& pereunt, pr̄ eo quod omnipotens dei manum su-
per se sentientes, dissipati, nec compunēti, humiliati, sed
minimē humilēs effecti contumaci voluntate repugnāt.

Duo dīſi Talis fuit Pharaeo rex Aegypti, qui flagellis durior effe-
mili exi- ctus, cōtumaciter aduersus deū libero pugnauit arbitrio.
tu p̄nisi. Cōtra verō rex Babylonis Nabuchodonosor, diuinā con-
Exod. 8. tra se potentiam expertus, in recordatione proprię inqui-
Danie. 4 tatis ingemuit, atque ideo (vt creditur) p̄enitētā meruit
fructuosam. Nam agnitam in semetipſo dei potentiam e-
tiam aliis p̄dicauit, affirmās quod gradientes in super-
pharaoni bia ipſe posset humiliare. Itaque Pharaoni non dissimiles
similes. sunt, qui afflitti inopia, attriti lāguorib⁹, aduersis quassati
rebus, ac tribulationibus humiliati, minimē tamen corri-
guntur,

gūtur. Quibus per letemiam dicitur: Insanabilis fractura Iere. 30.
tua, pessima plaga tua. Quid clamas super cōtritione tua?
nona est remediū tibi. Cauterio quippe exusti, nec sic qui-
dem à putredine peccatorum suorum expurgantur.

¶ Cuius insanabilitatis proculdubio superbia causa est. Baruc. 1.
Dum enim qui humiles sunt, à deo corripiuntur, cōfestim
ad preces & pœnitentię lamenta confugiunt, dantes glo-
riam deo, & dicentes: Tibi domine iustitia, nobis autem Danie. 9.
confusio facie. Et rursum confitentes dicunt: Omnia que Danie. 3.
fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti; quia peccau-
mus tibi, & mandatis tuis non obediimus, sed da gloriā
nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem mi-
sericordię tuę. Tales profectò patientiæ humilitate & ve-
ritate confessionis, dum patienter sustinent disciplinam,
diuinam placant offensam. Cuius rei similitudinem in ca- Similitu-
tello conspicimus, qui quū à suo domino verberatur, pro- do.
sternit se clamitās, quasi dominum suum se fateatur agno-
scere, cuius effugere manū nec possit nec velit, quōd de
ipsius pane viuat, nec alium qui se pascat habere patro-
num, ipsum verò perpessis placari posse verberibus. Sic
& peccator flagella dei sentiens dicat, & veritatem confi- Mich. 7.
teatur cum propheta, qui ait: Iram domini portabo, quo-
niam peccavi ei. Et illud: Quō ibo à spiritu tuo, & quō à fa-
cie tua fugiam?

¶ Porrò canes magni (qui mortibus catellos minores no-
uerunt se posse superare, dum pro cadauere certatur) non
sic verberanti domino se prosternunt, quin potius vel fu-
giunt, vel propriæ fidentes ferocitati, minati domino &
ipsi minaciter obfrentes, arma sua, dentes ostendunt.
Sic nimirum & hi qui potentia suę viribus vel diuitiis fi-
dunt, audacter contemnunt deum, & ipsius metuendam
potentiam minimè formidantes, etiam in verba blasphemie
nonnunquā prorumpunt, sicut in Sennacherib Rege Canibus
Assyriotū patuit, qui per Rabfacen atras in deū blasphemias mordaci-
euomēs, dicebat: Nolite audire Ezechiā, qui vos de- bus simi-
cipit, dicens: Dominus liberabit nos. Nūquid liberauerūt les.
dij gētium terram suam de manu regis Assyriorū? Quinā 4. Reg. 18
illi sunt in vniuersis diis terrarum, qui eruerūt regionem Sennache-
suam de manu mea, ut possit eruere dominus Hierusalē rib blas-
phemus humilia-
tur.

DOMINICA TERTIA.

de manu mea? Sed superbiā blasphemorū mox vltio terribilis cōprehēdit, Angelus enim domini nocte vna percussit in castris Assyriorum centum & octoginta quinque milia virorum. Quam rex impius plagam fugiens, quum in terram suam venisset, à filiis in templo dei sui interemptus est.

*Humili-
tas per
reuerētiā
elucet.*

¶ Circa quartum, quod est reuerentia, considerandum est, quod sicut superbia in proximorum contemptu, ita etiam humilitas in exhibitione venerationis & reuerentiae manifestatur. Exhibenda autem est reuerentia primū deo in sacrosancto dominici corporis & sanguinis sacramento.

*Quib⁹ re-
uerentia
debeatur.*

Rursus loco sacro diuino cultui dedicato, verbo dei, Prælatis & ministris ecclesie, principibus huius seculi, Dominis suis maximè autem parētibus. Superbia verò nec deū timet, nec homines reueretur. Apostolum contēnit dicen-

*Rom. 13.
1. Petr. 2.
Similitu-
do.*

tem: Reddite omnibus debita, cui honorē honorem: cui timorem, timorem. Grandis enim superbiæ indicium est, nullū venerari, nemini deferre. Sed humilimini, inquit, sub potenti manu dei, ut vos exalte. Cui non aliter patet ingressus quām per hostium humile, is ut ingredi ianuam & capitis lēsionem vitare possit, curuare ceruicem, incli-

Matt. 7.

nare debet altitudinem suam. Arcta autem est via quę dicit ad vitam. Sed contendite intrare per angustam portā, inquit dominus, quia multi dico vobis querent intrare, & non poterunt. Non poterunt inquam, vel quod superbia inflati & nimis tumidi, vel diuitiarum sarcinis onusti, ab ingressu ianuæ cœlestis ipsius arctitudine prohibētur. Sed mites & humiles corde inuenient requié animabus suis. Ingredientur enim ubi pascua beatitudinis æternæ reperiunt.

Mat. 11.

HOMILIA ALTERA.

1. Petr. 5.

Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

In præcedētibus docuit beatus Petrus quomodo debeamus nos sub potēti manu dei humiliare. Hinc cōsequēter usque ad finem lectionis duo facit. Nam primò docet nos fiducialiter in deo sperare. Secundò, monet nos insidiis diaboli fortiter resistere, ibi: Sobrij estote.

¶ Circa

¶ Circa primum dicit: Omnem sollicitudinem, & cætera. *Humilit.*
 Vbi docet humiles & fideles in deo sperare. Séper enim deus pte-
 deus humiliū & seruator & protector est, iuxta quod ait *Elor est.*
 propheta: Custodiēs paruulos dominus, humiliatus sum,
 & liberavit me. Quis paruulum videns vel collapsum in
 cœnū, vel alia quavis necessitate periclitatē, illi proti-
 nus nō succurrat? Quis nō ferat opem paruulo vim à po-
 tentiore sustinēti? Quis errantē per deūia paruulum nō
 dirigat in viā? Quis paruulū inedia flentē non reficiat ci-
 bo? Quis nudū nō foueat vestimēto? Quis vagū non colli-
 gag hospitio? Citius enim paruolorū necessitas nostrā sibi
 vendicat miserationē. Non sic autē grandibus qui sibi va-
 lent cōsulere, subuenitur. Paruuli ergo humilitate cordis
 efficiamur, vt qui custodit paruulos dominus, nos liberet,
 nos custodiat, subueniat nobis qui etiā paruolorū dicit el-
 se regnum cœlorum. Sinite inquiens, paruulos venire ad *Matt. 19*
 me, & nolite prohibere eos, talium est enim regnū cœlorū.

Hinc rursus per Osee dicitur: Puer Israel, & dilexi eum. *Osee. 11.*

¶ Quod autem deo cura est de iis, qui propter deū se hu- *cura deo*
 miliant, obediendo, pœnitēdo, patienter aduersa sustinē. est de hu-
 do, patet quoad primum in Abrahā, qui obediens diuinæ *milibus*
iussioni, egressus est de terra & de cognatiōe sua, & de do *Gene. 12.*
 mo patris sui, insuper & carnem suā iam senex circunci- *Gene. 17.*
 dere iussus, incūstāter obediuit, & quod his omnibus ma- *Gene. 22.*
 ius est, filium suuni propriis manibus immolare, & in ho- *curā esse*
 locustum offerre ad præceptum domini præsto fuit. Ob deo de obe-
 huius obedientiæ meritū diuina protectione vbiique ser- *dientibus*
 uatus est, dicente domino: Noli timere Abrahā, Ego pro- *Gene. 12.*
 te&tor tuus suum, & merces tua magna nimis. Quocunq; *Gene. 14.*
 enim perrexit Abrahā, deo cura fuit de illo, siue quū tem- *Psal.*
 pore famis peregrinaretur in Aegyptū, siue quum prælia-
 retur contra quatuor reges, quos cum suis expeditis ver-
 naculis consequitos debellauit, & vicit. Loth filiū fratris
 sui captum, & omnem prædam excusset, & reduxit.

¶ Si quæras vnde huic humili, huic dei paruulo tantæ vi-
 res, victoria tanta, talisq; triumphus? Utique quia præcī-
 xit cum deus virtute ad bellum, & supplantauit inimicos *curā esse*
 suos subter illum. *deo de pœ*

¶ Quod autem non minus deo cura sit de iis, qui se pro-
 nitētib⁹.

dd iij pter



DOMINICA TERTIA

curam p̄t̄ illum humiliat̄ de peccatis suis p̄nitēdo patet eui-
 se de p̄nī dēter. Qui enim pascit ingratos & sui cōtēptores, quī sic-
 tentibus. ri posset, vt destitutos reb⁹ necessariis derelinquat per p̄c
Matt. 6. nitētiq̄ lamēta ad se reueſos? Primū, inquit, querite regnū
 dei & iustitiā eius, & hēc oīa adiūcentur vobis. Regnum
Matt. 3. dei querere, est agere p̄nitētiā. P̄nitentiā, inquit, agite,
 appropinquabit enim regnum ccelorū. Idipsum etiā quod
 est p̄nitētiā agere, est quarrere iustitiā regni dei, de quo
 dictum est, primū querendū esse regnū dei, & iustitiā eius.
cura deo **de Helia** ¶ Sanē quum sub Helia ob idolatrię perfidiam, & innu-
 meras populi Israēl iniquitates, clausum esset ccelum an-
 tēpore fa- mu. terirēntq; hoīes & iumēta, reuocato ad dei cultum popu-
3. Reg. 18 lo, prophetisq; Baal, & lucorū sacerdotibus ab Helia per
 dei zelum interemptis, mox ccelum dedit pluuiam, & ter-
 ra diu negatū mortalibus dedit fructum suum. Ponit quip
 pe dominus terram fructiferam in sal̄uginem, à malitia
 inhabitatiū in ea. Contra de iis, qui p̄nitentiā agendo
Exod. 9. iustum derelictum, nec semen eius quārēs panem. Quod
 vel hoc vno satis patet exemplo. Nam quum Aegyptiorū
Aegyptio segetes, fculneę, vineę, fœnum, & poma, & omne viride,
 rū percus ob eorū impietates horrenda cœli tēpestate vastarentur,
 se fruges, cuncta quæ erant filiorum Israēl permanerunt ill̄ r̄sa.
piorū fer-
uata. ¶ Nam quī fieri posset, vt ij quibus iam deus ob lamenta
 p̄nitētiā & iustitiā fructus vitā seruat æternam, illis de-
 negat corporalis vitę subsidia, quę largitur cōmuniter bo-
 nis & malis? Filio prodigo post omniū honorū suorū dis-
Luc. 15. sipationem reuerso occidit pater vitulum saginatū. Rur-
 sus quadraginta annis vestimenta illorū qui egressi per ma-
 re rubrū de Aegypto, diuino ducatu ad promissam tende-
 bant h̄ereditatem, vetustate detrita non sunt. Quibus in-
Deut. 8. super hoc toto tempore panē deus pluit de cœlo. Quid igi-
 tur inter hēc iam dubitet modicę fidei homo diabolica
Exod. 16. seruitutis iugum abiicere, de peccatorū tenebris per agni
 cœlestis piū sanguinem exire, quim illius populi exem-
 plo pateat deū illis nō defuturum in necessitatibus, quos
 dignos dicit æterna h̄ereditate?
 ¶ Quo ad tertium, quōd scilicet deo cura est de iis qui se
 propter

propter illū humiliant patienter aduersa sustinendo, exē- curā esse
pla nobis quibus hoc ostēdamus p̄eclarā supersunt, He deo de jis.
liæ videlicet, Iob, & Daniēlis, & aliorum multorum. He- stinētibus
liā enim, qui ob honoris diuini zelum ignitum, innumerā aduersa.
persequitiones sustinuerat, in diebus famis cordi (aus vii Heliæ ex
que rapacis voracisq; ministerio, pauit in torrēte Carith. emplum.
Quum autem siccatus tandem esset torrens, misit illum in 1. Reg. 17
Sarreptam Sidoniorū ad mulierem viduā, cui praeceperat
vt pasceret eum. Seruo suo Iob post grauissimorū sufferē. Exemplū
tiam malorū, ob insuperabilis patientiæ meritū, omnia que Iob. 42.
prius habuerat, duplo restituit. Danielē propter confessio Danielis
nem sui nominis, cōiectū in lacū leonū angelico p̄asidio exēplum.
serauuit, cōcludens ora leonū ne ei noceret. Et eidem qui Dan. 14.
deuorādus feris traditus fuerat, à regione lōginqua usque Exemplū
in Babylonem ingenti miraculo prandium ministrauit. Thobiae.
Quid humilis Thobiae patientiæ merita commemorem, Thob. 3.
ad cuius vnici filij (quū ab eo in longinqua ad regionem
ignotā mitteretur,) directionem & tutelam ē cōelo Deus
archangelum Raphaelem destinauit?

¶ Quis nunc adeō modicæ fidei, imō tantæ perfidiæ ho-
mo sit, qui nō tantis exemplis confirmatus omnē sollicitu-
dinem suā proiiciat in eū, cui talis cura est de nobis? Hoc
vnūm curet, scilicet quatenus obediendo, p̄enitentiam a-
gendo, & patienter propter illū aduersa sufferēdo, dignus
inueniatur, quē sua p̄tectione & cura Deus ipse dignetur.

¶ Circa secundum principale dicit:

Sobrij estote & vigilate.

Hic cōsequenter docet nos beatus Petrus diabolicis im-
pugnationibus viriliter resistere. Vbi primō tradit sanctā
exhortationem. Secundō, hostilem nobis patefacit impu-
gnationem. Tertiō, docet nos hostilis impetus virtuosam
repulsionem. Circa primum dicit: Sobrij estote & vigila-
te. Mira congruitate sobrietatem vigilantię coniungit. Nā
sicut intemperantiæ luxus, mentis cæcitatem & somnolē-
tiā: ita etiam sobrietatis modestia, vigilantiam animi &
circumspectionem parit.

Consistit autem hæc sobrietas non solum in rēstricto v- *Sobrietas*
su corporalis alimenti, sed etiam in vsu moderato cōte- in quo rō-
rarum rerum ad voluptatem, siue animi siue corporis spe- fisiuit.

dd iiij cōstantium

DOMINICA TERTIA

statuum, ut puta vestium, diuitiarum, honorum & fastuum, risuum, iocorum & caterorum delestatibilium, quibus humana mens remitti consuevit. Inebriat antiquus hostis quorundam mentes vino carnalis voluptatis, quos (dum per negligentiam torporem dormitant) aggrediens superat. Et ideo sobrios esse iubet B. Apostolus, ut spirituali sollicitudine possimus aduersum illius insidias & dolos vigilare.

Argus centum habet oculos deceptus. ¶ Argus secundum poetas centum habens oculos, unam solam bouem custodiendam acceperat. Quem insidioso Mercurius dulciterque modulato carmine ad somnum inducens, ita quod tandem omnibus obdormiret oculis, deceptum praecepitio interemisit, & bouem suam commissam custodiare cum vita miser amisit. Unicuique nostrum commissa est anima propria, & summa cura iusta seruari (sic ut scriptum est: Animam tuam sollicitate serua) ne haec rapiat seductor, & execrator metum versipellis inimicus. Ipsius enim amissio nullo potest lucro compensari, dicente domino: Quid prodest homini, si mundum uniuersum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?

Deut. 4. Mat. 16. Pleni oculis esse debemus. ¶ Pleni oculis esse debemus, & ante nos per prouidetiam, & post nos per rerum praepteritarum recordationem: a destris & a sinistris, per prudentiam & circumspectionem: sursum proinde & deorsum, per fidei lumen & auditum verbi dei. Solliciti & cauti, ne vana labentium rerum dulcedine, quasi carmine dulci (quod non nisi quandiu auditur delectat) a diabolo in torporis & negligentiae somnum deducti & praecepitati, in scelera intereamus, & animam simul & vitam perdamus aeternam.

¶ Circa secundum, quo videlicet B. Petrus hostilem nobis patefacit impugnationem, consequenter dicit:

Quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circum quaerens quem devoret.

Job. 41. De diabolo potestate. ¶ Quibus verbis terribilis aduersarij & antiqui hostis nostri describit Potestatem, Crudelitatem, Instatiam, seu Importunitatem. Potestas ipsius designatur quum dicitur: Aduersarius vester diabolus. De cuius potestate scriptum est: Non est potestas super terram quae comparetur ei. Et quidem grandis & insuperabilis tunc erat insatiabilis huius homicidae potestas, quum adhuc ipse idem fortis armatus custodiret

custodiret atrium suum Postquam autem fortior eo super *Lucæ, 11.*
uenit Christus filius dei, cui dictum est: Accingere gladio *Psal.*
tuo super femur tuum potentissime, qui fortem illum vin-
cens alligauit, vsque ad eum eius imminuta potestas est, vt
ab illo nemo nisi volens supereretur. Fortem hunc duntaxat
reddunt aduersum nos prauæ cupiditates nostræ, & negli-
gentia dominum inuocandi. Armatus enim adhuc est fal-
aciis & dolis, fortis etiam est, sed (vt dictum est) nō nisi ab
eo superatis.

¶ Porro crudelitatem ipsius notat, quum dicit: Tanquam *de diabo*
leo rugiens. Crudelis est enim, & non miseretur. Vx illis, *li crudeli*
qui spontaneis peccatorum vinculis irretiti, in ipsius pote-
statem descenderunt, de quibus *A Egypti nomine designa* *Iere, 6.*
tis, à domino dictum est per prophetam: Tradam *A Egy-* *Eza, 19.*
ptum in manibus dominorum crudelium. Dicunt qui in e-
ius ditionem descenderunt: Suscepereunt me sicut leo pa-
ratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abdi-
tis. Illæ autem animæ quæ erexitæ de medio catulorū leo-
num, æterna salutæ iam sunt securæ dicunt: Liberasti me *Eccle, 51.*
secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à ru-
gientibus præparatis ad escam.

¶ Huius leonis crudelitas quanta potest agnosci, quod dum ipse mundo per idolatriæ cæcitatem dominaretur, sanguine humano sibi voluit sacrificari, si-
cut scriptum est: Et effuderunt sanguinem innocentem,
sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacri-
ficauerunt sculptilibus Chanaam. Et tursum alio loco: Im-
molauerunt filios suos & filias suas dæmoniis. Sed inter-
emptione parvulorum innocentium quid excogitari cru-
delius posset?

¶ Diabolice crudelitatis exemplar fuisse videtur sævus *A crudelita-*
donibesech, qui tandem iusto supplicio affectus, confessus *tis typus.*
est hoc se meruisse dicens: Septuaginta reges amputatis *iudic. I.*
manibus & pedibus, sub mensa mea colligebant ciborum
reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi deus. Hic nimis
antiquum hostem hac ratione significabat: quod eorum
quos sibi subiectos tenet, tunc manuum & pedum ampu-
tare summitates dicitur, quando illos dei verbum & man-
data cœlestia, nec voluntate nec opere seruare permittit.

Porro

DOMINICA TERTIA

Misericordia boli. Porro ipsius mensa, peccati delectatio est, de qua hoc quod per Prophetam dicitur, accipi non immerito potest: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.

3. Re. 13. 1ob. 1. ¶ Hæc est mensa in qua Absalon fratrem suum Amnon inebriatum interficit. Mensa rursus in qua filii Iob coniuvantes à ruina domus opprimuntur.

¶ Sub qua mensa miseri voluptatum carnalium venatores impotentibus cupiditatibus ciborum feralium reliquias colligunt, saturitatem verò nō assequuntur. Vnde & quidam corū dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.

Diabolus in stantia. 1ob. 1. ¶ Tertiò, istius hostis importunitatem & instantiam, designat quem dicit. Circuit querens quem deuoret. Et bene hunc circuire dicit: Ipse enim interrogatus à Domino unde veniret, respondit: Circui terrā & perambulaui eam. Quid enim ageret qui cœlū perdidit, & quiescere non potest, si non terrā circumiret? Circumit profectò terrā, quo modo fera quælibet mordax, fremens & violenta, truncū cui adcatenata est ambite nō cessat, quietis impatiens &

Apoc. 20. Diabolus draco ligatus. expers somni. Vnde in Apocalypsi scriptum est: Et vidi angulum descendenter de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnā in manu sua. Et apprehendit draconē, serpente antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum. Angelus iste dei filius est, qui apud Esaiam angelus magni cœsilij appellatur. Quis enim alius fortè illum ligare potuisset? Ligatus itaque leo ille rugiens, draco violentus, serpens antiquus diabolus, suo se furore discruciat. Ipse te cōsequi nō valet, quia ligatus. Verum illi si approximaueris, inuaderet te sicut leo paratus ad prædam.

Eccle. 12. ¶ Premonet nos scriptura, & cautos reddit dicens: Non credas inimico tuo in eternum. Et post pauca subdit: Quis medebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropriant bestiis? Circuit, inquit, querēs quem deuoret

Esca dia- boli qui fint. quem sibi per peccatum incorporet, quem per inconstitiam frangat, quem desperatione comminuat.

Gene. 3. ¶ Sanè terrā circuit: illa enim ei in escam data est, dicente Domino: Terram comedes cunctis diebus. Et vnde rursus per Esaiam dicitur: Serpenti puluis, panis eius. Vx his qui

nil

nil nisi terrenum amátes, & ipsi terra sunt. Vt terræ huic *Apo. 12.*
& mari, id est, vniuersitati hominū impiorum. De quibus *Esa. 57.*
per eundem Prophetam dicitur: Impij autē quasi mare fer-
vens quod quiescere nō potest, & redundant fluctus eius
in cōculcationem & lutum. Non est pax, impīis dicit Do-
minus Deus. Itaque vt terræ & mari huic, quia descendit
ad vos diabolus habens iram magnam. Circuit autem ho-
stilibus insidijs & dolis cor humanū, quasi castrū aliquod
soliter explorans qua parte sit immunitum, vt inde illud
expugnaturus aggrediatur.

Vnde ait sanctus Leo Papa: Non desinit antiquus hostis *S. Leo.*
deceptionū laqueos vbiq; prætendere, & vt quoquomodo *Diaboli.*
fidem creditum corrumpat instare. Nouit cui adhibeat tentantis
affectus cupiditatis, cui gulæ illecebras ingerat, cui apponat astus.
incitamenta luxuriæ, cui infundat virus inuidiæ. Nouit
quem mœrore concutiat, quem fallat gaudio, quem metu
opprimat, quem admiratione seducat. Omnium discutit
consuetudines, ventilat actiones, scrutatur affectus, & ibi
querit causas nocendi, vbi quenque viderit studiosius oc-
cupari. Scrutatur enī ad quæ virtua & peccata, vel ex natura,
vel consuetudine, quisque sit proclivior. Hic enim ad au-
ritiam, ille ad crudelitatem, alius ad luxuriam, iste ad inui-
diā, alius ad ignauiam & pusillanimitatem inclinatur.

Vnde bene sapientum quidam cecinit dicens:

Mille hominum species, & rerum discolor usus.

persius.

Velle suum cuique est, nec voto viuitur uno.

Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti

Rugosum piper, & pallentis granacumini.

Hic satur irriguo mault turgescere somno.

Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille

In Venerem putris.

Hec enim omnia & similia humana: mentis infirma antiquus hostis inquirit. Et quia nullo unquam tempore ab huic semodi præliis & dolis quiescit, nec nos debemus arma ponere, semper & in omni loco solliciti & vigilantes, sicut & ille nobis supplantandis vigilat semper.

Circa tertium quod nos docet Apostolus Petrus, dicti videlicet hostis virtuosam repulsionem, consequenter dicit:

Cai.

DOMINICA TERTIA

Cui resistite fortes in fide.

Trib⁹ mu. ¶ Tria docet per quę repelli possunt hostis istius insultus.
nimentis Repelli quippe possunt per mētis fortitudinē, per rectam
diabolo re fidem, per sanctę spei fiduciam. Primū, scilicet fortitudinē
sistendum insinuat quum dicit: Cui resistite fortes. Consistit autem
fortitudo hęc fortitudo, & in aggrediendo ardua, quod nequaquam
sancta ignauī facere queunt, & in sustinendo patientes aduersa.
Ambi Hoc enim est quodammodo armatum esse à dextris & à
dexter. sinistris. Hoc idem, est moraliter ambidextrum esse, quod
secundum Aristotelem viris nonnullis, sed nunquam vlli
contigit fœminarum. Ad hoc enim animus profecto viri-
lis requiritur. Cōfert autem non mediocriter ad corroborādos in prælium militum animos, & eorum fortitudinē
excitandam Imperatoris fortis adhortatio, sicut in iis pa-
tuit qui cum Machabeo contra hostes etant pugnaturi. Si
2. M⁴. 13. cut scriptum est: Singulos eorum armavit non clypei & ha-
stæ munimine, sed sermonibus optimis. Vnde & post pau-
ca subditur: Exhortati itaque Iudei sermonibus bonis val-
de, statuerunt dimicare & configere fortiter.

¶ Vnde & B. Petrus, tanquam strenuus spiritualis militie
dux, Christi milites exhortans fortiter agere, aliorū exem-
pla proponit consequenter dicens:

*Scientes eandem passionem, ei quę in mundo est, restræ fra-
ternitati fieri.*

Tolerandū ¶ Quasi dicat: Nō vos soli estis quibus talis ac tatus obti-
esse quod git hostis, vt cum eo decertetis, quinimò eandem impu-
est omnibꝫ gnationem vobiscum sustinuerūt semper, & vtique electi
commune. dei in hoc mundo, vt coronentur in cœlo. Non ergo debe-
tis vestram sortem ægreferre, quę obtigit vobis cōmuniſ
cum omnibus.

Diabolo ¶ Secundum, quo possint hostiles Satanae incursiones re-
fide resisti pelli, rectā videlicet fidem, beatus Petrus expressit, quum
tur. ait: In fide, scilicet resistite fortes. Iustus enim ex fide viuit,
Roma. 1. 1. 10. v. 1. Si autem iustus ex fide viuit, consequens est vt etiam ex
fide resistat inimico. Hęc est (inquit beatus Ioannes) victo-
ria quę vincit mundum, fides nostra. Sancti nanque per fi-
dem vicerunt regna. Et iterum: Fide statis, inquit. Itaque
Heb. II. tria hęc ad victoriam necessaria, videlicet vittore, stare, &
z. Cor. 1. sic vincere fides in nobis operatur. Infideles autem pro-
strati

strati iacent, & mortui, & victi. Quoniam ergo per fidem & viuimus, & stamus, ideo recte monemur etiā per fidem illecebris huius mundi & diabolo resistere, exēplo Moysi serui dei qui (vt ait Apostolus) fide grādis effectus, negavit se esse filiū filię Pharaonis. Ecce vt fide vicit superbiā Magna fidei exemplum in Moyse. Hebr. II. vitæ, & ambitū honoris mundani. Subdit Apostolus: Magis eligens affligi cum populo dei quam temporalis peccati habere iocunditatem. Ecce vt per fidem superauit concupiscētiā carnis, & appetitū deliciarū. Sequitur: Maiores æstimans diuitias thesauro Aegyptiorum impropterū Christi. Ecce vt per fidem vicit cōcupiscentiam oculorum, amorēmque diuitarū fluxarum, dum fide maluit egestatē & opprobrium sustinere propter deū, quam poscidere thesauros regni.

Hinc & idem Apostolus alio loco nos hortatur dicens: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingueare. Qui autē scutum fidei abiiciunt, victi sunt, consequuti sunt ab aduersariis, prostrati sunt. Sicut de Saule rege scriptum est, qui in montibus Gelboë abiecto clypeo, ab inimicis cōsequutus, victus & imperfectus est. Huius ruinam, piis Dauid lamētis prosequutus ait: Quomodo ceciderūt fortis? Montes Gelboë nec ros, nec pluua veniant super vos, neque sint agri primiārum, quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vinctus oleo.

Vngitū homo Christianus in sacro baptismi lauacro corporaliter & visibiliter, vngitū etiam anima vñctione spiritus sancti inuisibiliter. Quam tamen vñctionem incassum plerique recepisse videntur, qui videlicet in huius vītē certamine, ita vitiis omnibus subiecti sunt & victi, vt fidei clypeū abiēcisse putentur, imò quasi sacris Christianæ fidei nūquam fuissent initiati. Siquidem horum mens, vera in deū fide destituta, quaslibet à maligno immissiones, quasi ignea tela exitialiter admittit.

Tertiō, quo aduersum hostē antiquum roboramur, scilicet spei fiduciā, B. Petrus cōsequenter insinuat, dicens:

Deus autem omnis gratiae qui vocavit nos in æternam suam gloriam, in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit soliditatem, ipsi gloria & imperium, in secula seculorum.

Vbi

DOMINICA TERTIA

**Fiducia
nostrā in
domino
tria stabili-
lent.** ¶ Vbi tria ostendit, qua & augere & stabilire sufficiant fiduciam nostram in domino. Primum est, dei bonitas grauita. Secundum, in suam gloriam vocatio desideranda. Tertium, propter deum aduersitas tolerata. Primum notat quum dicit: Deus autem omnis gratię, subaudi, liberalissim⁹ atque benignissimus impetrator. Quicquid enim habemus, à dei gratia profectum est. Nihil enim iure & quasi meritis nostris debitum accipimus à Deo, nisi pœnas & supplicia. Hac proinde gratuitam dei erga nos bonitatem Apostolus nobis oculos ponens: Quid habes, inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriatis quasi non acceperis? A nobis ipsis aliud quicquam non habemus, quam non esse, & ab omnib⁹ bono deficere, ad perditionē proclives esse, & labi: reliqua omnia à munifica dei largitate. Qui quum gratuitò tam multa cōtulerit, pro ipsis gloria desudantibus omnino creditur opē suam non negaturus. Ipse enim dicit: Inuoca me in die tribulationis.

**Bonitas
acti.**

1. Cor. 4. ¶ Secundum exprimit quum subdit: Qui vocavit nos in æternam suam gloriam. In hoc enim vocati sumus, ut in præsenti vita per gratiam dei benedictionem hæreditate possideamus, & in futuro seculo vitā æternam. Proinde, quum nihil inchoet summa dei sapientia, quin id velit cōsummare, vocatio verò ad fidem, inchoatio & dispositio sit perueniendi ad gloriam, nullatenus suspicandum est, quod auxilium suum fragilitati nostræ sit negaturus, sine quo nec præsentis vitæ certamina superare, nec ad æternę beatitudinis gloriā (ad quam nos vocavit) ullatenus peruenire valemus.

**Vocatio
ad gloriā**

**Opus sue
gratiae in
nobis per-
ficere deū.**

Psal.

Psalmi 15.

**Cōfirma-
tu.**

¶ Ipse, inquit, perficiet, confirmabit, solidabitque, quasi dicat: Perficiet in vobis opus bonum quod cœpit. Nō secus ac hortulanus quispiam curat tenellas adhuc & necdum firmiter radicatas arborum pláticas (quas è deserto lectas in horto suo transplatauit) rigare, colere, & omni diligētia seruare, ne arefcant, sed vt perpetuo virore succrescētes in altum, afferat fructum expectatum. Ipse autem dominus ait: Elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum aferatis, & fructus vester maneat.

¶ Ipse idem, inquit, confirmabit vos in voluntate bona & sancta,

Sancta, ne à proposito reūtitudinis excidatis, sed in omni opere bono perseueretis vsq; in finem. Solidabitq; in aduersitatibus, & tentationibus, ne fortè quasi naues cōcūsfax, timis suis fatiscat animæ vestræ, & per negligentia solutionem, voluptatum carnalium aquis subintratibus, demergamini tādem in profundum, aeternæ quietis portum obtinere nō valentes. Itaque quia nihil boni à nobis ip̄s habemus, sed omne bonum nostrum ab eo est (ab ipso siquidē & vocamur & perficimur, & cōfirmamur, & cōsolidamur) idcirco ipsi gloria, nō nobis, & imperiū. Iure enim imperium ei debetur in omnes, qui est omnium creator, cōseruator & moderator. Nihil enim æquius, quam creaturā suo creatori, segmentū figulo, hominem deo, seruum domino, captiuum redēptori, mortuum viuificatori, obsequium debitæ subiectionis exhibere.

Simile.

Tertium notat quum dicit: In Christo Iesu modicū passos. Vocab enim d̄eūs in aeternam suam gloriam, nō quoscunque, sed eos duntaxat, qui in Christi nominis confessione aduersa passi, dealbauerunt stolas suas in sanguine agni. Vnde & duobus Apostolis dextrę atque sinistre confessum in dei regno petētibus, passionis calix primum bībendus obtēditur. Per multas, inquiūt, tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Passio tamē electorū modica dicatur, quia nō sunt condignæ passiones ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis. Vnde & alio loco idē Apostolus dicit: Id quod in p̄senti momentaneum & leue est tribulationis, supra modum in sublime aeternū glorię pondus operatur in nobis. Presentium quippe tribulationum nostrarum passiones sunt secundum certum modum, fidelis enim est Deus, qui non permittit nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Porro quæ dabitur nobis pro persēsis malis gloria, erit supra modum, operum merita non solū adæquans, sed exuperans sine modo, quandoquidem semetipsum dominus in p̄emium daturus est, sicut ad Abrahā loquēs ait: Ego p̄tector tuus sum, & merces tua magna nimis. Rursus: Tribulationes sunt in p̄senti, & momentaneæ, transiunt enim per momēta, gloria vero sine fine permāsura. Deniq; tribulationes temporales aeternarum

*Tribula-**tionum**perpētua-**ne spem**angeri.**Apoca. 7**Mat. 20.**Act. 14.**Roma. 8.**2. cor. 4.**1. cor. 10**Gene 15.*

DOMINICA QVARTA

æternarum comparatione leues, æternum gloriæ pondus
operabuntur in nobis.

DOMINICA QVARTA

post Pentecosten.

Roma. 8.



Xistimo quod non sunt condigne passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

¶ In hac lectione tria nobis insinuantur, propter quæ æquanimiter ferenda sunt malia præsentis vita. Primum est, propositum præmium. Secundum est, multitudo seu communitas sufferentium. Tertium est, patiētia & exemplum maiorum. Primum ostenditur à principio lectionis. Secundum, ibi: Scimus autem quod omnis creatura. Tertium, ibi: Nō solum autem illa.

¶ Circa primum dici:·

¶ Existimo quod non sunt condigne passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quia præmiserat, non fore Christo conglorificandos, nisi qui passionis ipsius comparticipes fuissent, ne id reformidet auditores, qui iam fortè cœiecti essent in medium discrimen, & ad iniqua perferenda cōpellerentur, dicit: Nequam vobis formidandum est. Non enim diuinæ sunt temporis huius passiones, hoc est momētanea hæc & labentia, gloria illa futura, quæ in nobis est reuelanda. Vult enim futuram gloriam commendare, ut præsentes pressuras facilius toleremus. Nihil quippe dignum inueniri, vel comparari ad futuram gloriā potest. In quo enim immortale mortalibus conferas, aut æternis temporalia, aut cadauera mansuris?

¶ Puto, inquit Sedulius, quod in præsenti vita consolatio quæ datur iustis, secundum mensuram cruciatuum detur. Gloria vero futura quæ reuelabitur in nobis, non secundum mensuram passionum, quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriam. Quoniam vero prægrādis est huiusmodi gloria, & tantopere excedat hoc seculū, ut satis explicari nequeat, ideo in cœlis recōditur

& afficitur.

& asservatur, sicut ipse dominus ait: Merces vestra multa est in cœlis, in cœlis, in qua, vobis conseruatur, ut cum illa interminabili eternitate in longius prouehatur. Quum itaque, inquit, compertum nunc habeatis temporis huius passiones esse ad breue mansuras, seculi vero illius futuri & sempiterai gloriam fore perpetuam, contemnendę vobis erunt passiones huiusmodi, & gloria hęc lucrificienda.

Luc. 6.

¶ De presentis vita passionibus Apostolus alio loco disserens, ait: Id quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis, supra modū in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis *Passionis* que videntur, sed quae non videntur. Que enim videntur, *huius temporis* sunt, que autem non videntur, æterna. Vbi ha. *poris breuitatis.* rum passionum, describit primò breuitatem, quum dicit eas esse in presenti & momentaneas: præsens namque tempus per momenta decurrit. Momento autem nihil potest breuius excogitari.

¶ Secundò, leuitatem quum dicit: Quod in presenti momentaneum & leue est tribulationis. Si leues, ergo portatiles sunt: fidelis enim deus est qui non patietur vos ten-*a. cor. 10* tari supra id quod potestis. Sed longè grauior est moles *Matt. 18* peccatorum, que tamquam mola asinaria alligata demergit in profundum. Vnde ait Propheta: Iniquitates meæ super*Psal.* pergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sunt super me.

¶ Tertiò, utilitatem, quum dicit illud leue tribulationis *Passionis* supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus ope utilitas. rari in nobis. Cuius gloriæ notat æternitatem, quum dicit, æternum gloriæ pondus per illas nobis comparari. Eiusdem nihilominus gloriæ notat immensitatem, quum dicit eas supra modum gloriæ pondus afferre.

¶ Aduertendum est autem, non esse nobis in hac vita passiones condignas, ad præteritam culpam quae dimittitur, *cōdignas* ad præsentem consolationis gratiam que immittitur. Ad non esse ad Christi domini nostri passionem que proponitur, & ad futuram gloriam que repromittitur nobis.

¶ Primum patet, si consideremus, quod peccatis nostris *Deut. 32* pena perpetua debebatur, sicut in Cantico Moysi domini. *Esa. vlt.* nus loquitur, dicens: Ignis succensus es in furore meo, & *Esa. 33.*

ec ardebit

DOMINICA QVARTA

ardebit usque ad inferni nouissima. Vnde & Esaias ait:
Matt. 25. Ignis eorum non extinguetur. Vnde & iterum dicit: Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, aut quis hababit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Proinde in nouissimo audituri sunt reprobi, Ite maledicti in igne æternum. Per presentium autem perpessiones tribulationum, peccata nobis remitti dubium non est, quum scriptum sit: Non consurget duplex tribulatio, nec iudicabit deus bis in idem ipsum. Et rursus alibi: Peccata hominum in tribulacione dimittis. Vnde sicut diues ille in vita pro quibusdam benefactis, bona receperisse memoratur, ita ecclorario Lazarus in sinum Abrahæ ab angelis sublatus, pro nonnullis suis erratis expiadis, mala perculisse prohibetur, sicut beatus Gregorius testatur dicens: Mala Lazari purgavit ignis inopia, & bona diuitis remuneravit felicitas trahentis vitæ. Sed quid sunt hæc temporalia & momentanea mala, comparatione æternorum?

¶ Si debitum decem millium talentorum, pro unius oboli solutione cuiquam dimitteretur, nonne libens & gaudes, obolum illū debitor solueret? Minor autem est temporalis quæcumque pena ad æternam, quam obolus ad decem milia talenta. Rebus enim finitis inter se fuerit aliqua, finiti vero ad infinitum, nulla est proportio.

Tribula- ¶ Porro secundum, videlicet, non esse condignas passiones huius temporis ad presentem cōsolationis gratiam, quæ nobis pro illarum perpessione diuinitus immittitur, cōpensari prophetæ testimonio probatur, qui ait: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, cōsolationes tuæ latificauerunt animam meam. Hinc enim beati dicuntur, **Matt. 5.** qui presentibus pressi malis lugent, quoniam ipsi confortabuntur. videlicet à spiritu sancto, qui ob id paracletus, id est, consolator dicitur. Huiuscmodi vero diuinitus infuse consolationes, nonne omnibus seculi huius vanis gaudiis (quorum extrema luctus occupat) & voluptatibus carnis (quæ in tormenta vertuntur) præferendæ sunt, quum sint pregustationes vite cœlestis, & æternarum initia deliciarum? Cor, inquit Salomon, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Quod nouit, inquit, scilicet, quam sit utilis ad diuinæ cōsolationes

nes promerendas temporalis perpeſſio tribulationis, in eius gaudio partem nullā habebit extraneus, eō quōd nō sapit animalis homo quae ſunt ſpiritus dei: ſtultitia enim est illi. Nō enim recipit ſtultus verba prudentiæ, ſi non ea dixeris quæ versantur in corde ſuo.

^{1. cor. 2.}
^{Prov. 18.}
^{1ob. 5.}

Nouerant multi, docente magistra rerum experientia, quoniam per tribulationis immiſſionem vulnerat dominus, qui fortaffe nō ſatis interim aduertunt, quōd qui vulnerat, ipſe & medetur: & qui percutit, ipſe etiam sanabit. Percutit malorū temporalium iſſione, sanat autē cōſolationis immiſſione. Quū iratus fueris, ait ppheta, miſericordia: memor eris. Et alibi ſcriptū eſt: Nō delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem trāquillū facis, & poſt lachrymationem & ſletū, exultationē infun-dis. Hæc autem conſolatio qualis fit, ipſe dominus per Eſaiam loquēs oſtēdit, dicēs: Quomodo ſi cui mater blādiatur, ita & ego cōſolabor vos. Filio prodigo reuerſo cōuiuū grāde fecit pater, vbi ſonuit ſymponia & chorus. Et paruulo filio caſtigato, dulcius ſolet abblan diri mater. Denique poſt nymbos & pluuias, gratius aſtra nitent. Has autem conſolations non meretur, quisquis huius tēporis paſſiones, amore domini ferre recusat.

^{A bac. 3,}
^{Tob. 3.}

^{Eſa. 6.}
^{Luc. 15.}
^{Similia.}

Tertium, videlicet, non eſſe condignas paſſiones huius tēporis ad Chriſti domini noſtri paſſione quæ proponitur nobis, per hoc quod ſcriptū eſt oſtēditur, dicēte domino per prophetam: O vos omnes qui trāſitiſ per viam, attēdite & videte ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. Si enim aduertas quis ipſe ſit qui patiſſit, qualis, pro quibus, quanta, à quibus, quo loco, quo tempore, coram quibus, cum quali cōſortio (cum iniquis enim reputatus eſt) agnoſces profectō cunctorū mortalium quascūque paſſiones illius paſſionib⁹ nō eſſe cōferendas. Paſſus eſt autem, inquit beatus Petrus, pro nobis, vobis relinquiēs exempli, ut ſequamini veſtigia eius: qui peccatum nō fecit, nec inuenitus eſt dolus in ore eius. Itaque gloriare ſi illius ſeclā do veſtigia, ſine culpa tua: imo quod bonū eſt faciens, iniqua patiariſ. Et ne forte id egrē feras, audi dicentem: Nō eſt diſcipulus ſuper maſtrum, nec ſeruus maior domino ſuo. Et nihilominus apoftolū ſectare, qui ait: Placeo mihi

^{paſſiones}
^{noſtræ}
^{chriſti}
^{paſſioni-}
^{bus colla-}
^{te medice-}
^{sunt.}

^{Thren. 1.}
^{Eſa. 33.}
^{1. Petr. 2.}

^{Luc. 6.}
^{Ioan. 15.}
^{2. cor. 13.}

DOMINICA QVARTA

Act. 5. in infirmitatibus meis, in cōtumeliis, in necessitatibus, in persequeutionibus, in angustiis pro Christo. Et Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sun, tpro nomine Iesu contumeliam pati.

Pas̄iones bonas esse Sapien. 11 Similia. ¶ Quoniam autem à dei volūtate (qui omnia disponit in numero, pōdere, & in mēsura) passiones nostrę pcedunt, idcirco gratāter acceptandę sunt, & forti animo tolerandæ. Nihil enim nisi quod bonum est & nostrę congruens saluti, à deo prodire potest, qui non minus eidē nostrę saluti intendit, quam medicus fidelis sanandis ægrotis, seruādis ouibus suis pastor bonus, & pater filii erudiendis.

Apoc. 21. ¶ De quarto propter quod æquanimiter tolerandæ sunt passiones huius téporis, videlicet repromissa gloria, scriptum est: Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quod preparauit deus his qui diligunt illū. Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Absterget enim deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Propter quod ait ppheta: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia merces est operi tuo. videlicet tū reddēda, quum audies dicentem: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnū à cōstitutione mundi. Percipite pro paupertate regnū, pro dolore gaudium, pro labore requiem, pro ignominia gloriā, pro morte vitam. O cōmutationem desiderabilem, & fōlices nimium quibus cōcessum est in huiusmodi cum deo fōnerari. O prodigalitas omni präferenda lucro, hēc mala tempora-

Matt. 25 Cōmutatio desiderabilis. lia prompta mente propter deum subire, libenterque illa impendere, pro quibus æterna illa rependantur, ad quz mens omnis humana suspirat, nec satiari potest donec apparuerit gloria dei, sicut ait propheta: Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus, & cætera quæ sequuntur. Quando veniam, inquit, & apparebo ante faciem dei, & nō sint mihi vltra lachrymæ meæ panes die ac nocte, nec vltrà vultus mei in diuersa mutetur? Quādo videbimus eum sicuti est, vt quā se nobis ostendēs, apparuerit, similes ei simus? Ad hoc enim (vt dictum est) cunctorum mortalium desiderium tendit. Vnde Apostolus subdit, dicens:

Nam expellatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat.
Vigilan-

Vigilanter aduertendum est, quod hoc loco nosipſi & *1. Ioā. 3.*
 creaturæ dicimur, & filij. Quod creature ſumus appetet, *Cur nunc*
quod autem filij, nondum apparuit. Vnde beatus Ioannes creatura,
(vt prætractum eſt) Charissimi, inquit, nunc filij dei ſumus post filij
ſed nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quia dei voca-
quum apparuerit, similes ei erimus. Difſinētē ergo nunc mur.
ante gloriā illam qua apparebit quid ſum⁹, vocamur crea-
tura, ſecundum quod modo corpore & anima dolemus,
dum facta carnis per abſtinentiam mortificamus, dum ad
uerſitatum aculeos per patientiam ſuſtinemus, quales nūc
apparemus. Sed filii dei dicimur, ſecundum adoptionem,
*& ſecundū quod futuri ſumus, quando appetebit quid e-*Reuelatio**
rimus. Itaque non naturę alterius, ſed alterius diuerſitate
qualitatis, à creatura filios quaſi diſtinguens, ait: Expeſta-
tio creature, id eſt, expectans creatura, expectat reuelatio-
nem filiorum dei. Quaſi dicat: Aſſiduè in actu expeſtantia
eſt. Geminatio nanque, aſſiduitatem notat. Expeſtant dico
reuelationem filiorum dei, id eſt, quando appetebit qualis
futura eſt. Nō enim (vt iam dictum eſt) creatura reuelatio-
nem expeſtant alterius naturę, ſed ipſam expeſtant qualis
*futura eſt, non quia tunc alia erit, vt dictum eſt, ſed quia a-*filiorū dei**
lliam dignitatem habebit. Igitur hęc expeſtatio, eſt veri &
eterni boni humanis mentibus iſerta cupiditas, ſcilicet
fieri filios dei, hęredes dei, cohęredes Christi. Hoc bonū
omnem excedit expeſtationem, cui omnia quaſe deſideran-
tur non valent comparari. Hoc bono nihil utilius, nihil de-
leſtabilius, honorabilius nihil eſſe potest. Deleſtationes,
inquit Propheta, de hoc bono loquens, in dextera tua uſq;
in finem, qui utique eſt sine fine. Quum modicam ſullam
*huius boni Petrus in monte sancto guſtasset, ait: Domine *2. Ma. 17**
bonum eſt nos hic eſſe.

Utilius autem illo bono quid reperiri poſſet quod ſolum *utilius nō*
ditat & prästat ſufficientiam? Hoc prätermiſſo nihil ho-
hil, nec de-
mini poſteſt eſſe utile. Denique quid illo bono honorabi-
*lius, quod efficiet filios & hęredes dei, imò & reges acce-*utileſtabilius?**
*pto regno decoris & diademate ſpeciei de manu domini? *1. Reg. 3.**
Vnde & Psal. ait: Nimis honorati ſunt amici tui deus. Et,
Qui honorificant me, inquit dominus, honorificabo eos:
qui autem ſpernunt me, erunt ignobiles. Nullus ergo mi-

DOMINICA QVARTA

retur, si tanti boni reuelationē in nobis mens nostra defiderans, expectet, pr̄esertim inter huius mundi vanitates & pressuras. Vnde subdit:

Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe.

Quoꝝ sit ipsa vana *Creaturæ nomine, vt dictum est, mortalem hominem desideratē immortalitatis gloriam accipimus. Hic enim tas, cui quum vana non amat, sed vera, vanitati tamen subiectus est, id est, vitæ pr̄esentis mutabilitati, de qua per Salomonem dicitur: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et nihil est permanens sub sole. Omnia enim que nascuntur, infirma & corruptibilia sunt, ac per hoc vana, quia statū suum tenere nō possunt. Ergo corruptio est ipsa vanitas cui subiecta est creatura. Subiecta est, inquit, vanitati non volens. Non enim homo per suam liberam voluntatē corruptio ni subiici elegit, sed subiectus ei est non volens. Patiēter tamen id ferens propter eum qui subiecit eum in spe, ille est, patienter sustinet sciens deum subiecisse ad humiliatis conseruationem.*

cur deus hominem *Subiecit autem deus hominem pœnalitatibus & vanitati, nō ut perdat, sed ut saluet. Nec sine cōsolatione spei vanitati* **subiecit.** *Quia subiecit, inquit, eam in spe. Quia spe fretus alio loco dicit: Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribula-*

Roma. 8. 8. tio patientiam operatur, patientia autem probationem:

Quām ne cessaria nobis sit spes. *probatio verò spem, spes autem non confundit. Est enim nobis inter huius vitæ pressuras, vel maximè necessarii spes, ut per eam ex illis cōualescamus, & eas euadamus*

falui: quemadmodum baculus necessarius est homini, vel lasso, vel infirmo, columna ædificio ne corruat, & anchora nauis in tempestate, ne à vi fluctuum arrepta pereat in profundum. Quoniam autem spes ista non cōfundit, subdit, dicens:

Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum dei.

1. Cor. 15. Mors ip- sa morie- ibidem. *Liberabitur, inquit, creatura à seruitute corruptionis, ne huic amplius sit obnoxia, quando mortale hoc induet immortalitatē, & absorbebitur mors in victoria, vt ei insultent liberati, & dicant: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Nouissimè enim ipsa inimica destrue-*

struetur mors. Tunc manifesta erit, quæ modo non apparet, sed expectatur & speratur reuelatio filiorū dei per gloriam quæ vniuersis reuelabitur, & nota erit. Sed non nisi in nobis, inquit, id est, in electis erit. Tunc reprobi de electis dicturi sunt: Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei. Quanuis enim iam per baptismū & fidem, adoptionis gratiam assequuti sumus, hoc tamen nondū apparuit. Non enim expedit filio infra legitimos annos, & adhuc sub disciplina constituto, ut ei ostendat pater quantum hunc diligat, ne forte ex hac indulgentia patris insolescens graue ipsius offensam incurrat.

*Sapien. 5.
Filio ad-
huc paruo
nō expe-
dit experi-
ri patris
affectionem.*

¶ Quin potius hunc erudiri cupiens, crebris emendat flagellis. Sic nihilo secius, & pater cœlestis electos, ne in hiis seculi vanitatibus insolecant, interim sub disciplina coercet, sicut in Apocalypsi loquitur dicens: Ego quos amo, arguo, & castigo. Et propheta: Disciplina tua, inquit ipsa me docebit. Per hanc enim pater filium seruat in humilitate & subiectione, ne in superbiā erigatur. Et sicut scripsit, quasi pullum onagri se liberum natum puter. Sed quum dederit dilectis suis somnum, videlicet mortis tunc filiis suis ostenderet diuitias gloriæ suæ. Vnde & Prophetæ quum dixisset: Quum dederit dilectis suis somnum confessim adiecit: Ecce hæreditas domini, filij merces, fructus ventris, id est, tunc adoptatis dabitur mercedis loco fructus ille, qui de Mariæ virginis ventre processit, ut videant regem in decore suo, & ubi ille erit, & ipsi sint secum, & hæc est libertas gloriæ filiorum dei. Quis autem huic gloriæ condignas in hoc seculo putet esse passiones? Si conferentur, inquit Bernardus, in me omnes dies seculi, & omnes labores filiorū Adam, quid sunt hæc omnia ad illam gloriam comparata?

Apec. 3.

Iob. 11.

*Esa. 33.
Ioa. 12.*

¶ Certè quum seruiret Iacob pro Rachelis connubio annis multis, videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine, quum tamen interim Lyam sororē eius haberet uxorem. Lya oculis lippa, sed numerosa prole fœcunda, vitam hanc præsentem, meritis quidē fœcundā, sed dei ænigmatica duntaxat cognitione, quodammodo lippam & subobscuram designat. Rachel verò decora facie, sed minus

*Gene. 29.
Iacob pro
Rachele
& Lya
seruit.*

ee. 44. fœcun-

DOMINICA QVARTA

fœcūda, vitam aternam fœlicitate beatam significabat. In qua etsi nulla sit fœcunditas meritorū, est tamen illic diu næ fruitionis immēsa suauitas, pro qua etsi gelu vrgemur & æstu, tolerandum est, non modò patiēter: sed etiam gaudenter, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Rom. 6.

HOMILIA ALTERA.

SCimus autem, quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc.

¶ Præcedenti homilia ostendit Apostolus, quod patienter ferenda sunt mala præsentis téporis propter propositum nobis præmium. Hic consequenter ad hoc idem duas causas alias adsignat. Prima est, multitudo seu communitas sufferentium. Secunda est, exemplum & patiētia maiorum, ibi: Non solùm autem illa.

Homo cur
omnis crea
tura di
citur.

Trifaria
omnis crea
tura di
stinctio.

¶ Circa primum dicit: Scimus autem, quod omnis creatura ingemiscit. Quasi dicat: Verè creatura subiecta est vanitati non volens experto credere, quia omnis creatura, id est, omnis homo ingemiscit. Nominé omnis creatura idcirco homo significatur, quia omnis creatura in homine numeratur. Non quod in eo sint omnes angeli, & supere minētes virtutes, cœlum, terra, & mare, & omnia quæ in eis sunt: sed quia omnis creatura est, vel corporalis, vel animalis, vel spiritualis. Corporalis per loca protenditur. Animalis vivificat corporalem. Spiritualis verò regit animalem. Et vtique tum bene regit, quum ipsa se deo regendam subiicit.

¶ Hæc autem omnis creatura in homine est, quia homo intelligit spiritu, ut angeli. Sentit anima, & corpore, localiter est & mouetur. Omnis ergo creatura est in homine qui intelligit, viuit, & corpus habet, sed non tota in ipso homine est: quia præter eum sunt & angeli, qui intelligunt, & alia quæ viuunt & sunt. Omnis ergo creatura, id est, homo, qui communionem habet cū omni creatura, ingemiscit pro suis multiplicibꝫ calamitaribus, & pro beatitudinis desiderio, & parturit, id est, cum labore operatur, & dolet usque adhuc, sicut & omnes patres nostri ab initio creaturæ usq; in præsens. Nullus enim vñquam fuit, nec est, qui non molestia passus fuerit, aut patiatur, sicut ait Boëtius dicens:

Nemo

¶ Nemo facile cum fortunæ suæ conditione concordat. *Boetius.*
 Inest enim singulis quod inexpertus ignoret, expertus ex- *Neminē*
 horreat. Anxia enim res est humanorum conditio bono- *mortalium*
 rum, & quæ vel nunquā tota proueniat, vel perpetua sub- *sua sorte*
 sistat. Huic cœsus exuberat, sed est pudori degener sanguis *esse contē*
Hunc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris in- *tum.*
clusus, mallet esse ignotus. Ille utroque circūfluus, vitam
cœlibem deflet. Ille nuptiis fœlix, orbus liberis, alieno cœ
sum nutrit hæredi. Alius prole lœtatus, filij filiæve delictis
mœstus, illachrymat. *Hæc ille.*

¶ Casum aduertere: Si suorum sarcinam malorum vñusquis- *parabola*
 que in medio ciuitatis, in aceruo uno deponere posset, ea
 lege, quod ex æquo & æquali cum cœteris omnibus por-
 tione reassumeret ex illo magno communium malorum a-
 ceruo illic cōgesto, vsque ad totius acerui exhaustionem,
 proculdubio cōsultius foret singulis, sorte sua pristina cō-
 tentos esse, q̄ tales subire conditionem. Nam vbi vnciam
 depositisses, talentum fortasse tibi rursus imponeretur. *Iud. 1.*

¶ De Axa filia Caleph scriptū legimus, quod asino sedens *Axa filia*
 in via, pergensq; cum patre suspiravit. Cui quum dixisset *Caleph à*
 pater: quid habes? Illa respondit, Da mihi benedictionem *patre quid*
 quia terram arentem dedisti mihi, da & irriguā aquis. De *petiti*
 sponsata enim erat. Dedit ergo ei pater irriguum superi⁹
 & irriguum inferius. Hæc non incongruè animæ fidelis typū
 gesit, quæ quum in baptismo sit Christo per fidem despō *irriguum*
fata, in huius vitæ via, corpori mortali, quasi asino insidēs, *superius.*
 suspirat, petatque præmonita à sponso suo (vt illa sponso *irriguum*
 suo suggerente petebat) dari sibi à patre cœlesti irriguum *inferius.*
 benedictionis & gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, vt *num. 12.*
 inter huius vitæ pressuras & tædia, præsentis gratiæ dul-
 cedine, calamitates suas soletur, & ad futuram gloriam ar-
 dentiori quærendam desiderio conualescat. Nam sine hu-
 iuscemodi benedictionis irriguo, anima nostra arida est,
 sicut per prophetam dicitur: Anima mea sicut terra sine a-
 qua tibi. Velociter, inquit, exaudi me domine, defecit spiri-
 tus meus. ¶

¶ Patienter ergo ferenda sunt mala præsentia propter in-
 cuitabilitatem eorum, quæ mortalibus cūctis incumbunt.
 Vnde Boëtius, sub Philosophiæ magistræ suæ subintro- *Boetius.*
 ducta

DOMINICA QVARTA

ducta persona calamitates suas consolatione lenientis & interrogantis, sic dicit: Nónne adolescentulus duo dolia

*Iouis in li
mine dno
dolia ple-
na.* plena, vnum quidem malum, aliud autem bonum, in Iouis limine iacere didicisti? Tamen ne animo contabescas, & intra commune omnibus regnum locatus, proprio iure vi

*iusta-
tus et
nihil
na.* uere desideres. Et vnde rursus sapientum vnuſ delicati cu

iusdam teneritudinem irridendo redarguit, dicens:

*iustus et
nihil
na.* Te nunc delicias extra communia censes

Ponendum, quia tu gallinæ filius albæ,

Non viles pulli, nati infelicibus ouis.

¶ Communis enim fors, cōmuniter ab omnibus debet fieri. Bene ergo ait se scire, quia omnis creatura ingemiscit & parturit, usque adhuc. Vbi autem omnes ingemiscunt, quis non erubescat se velle esse exēptum ab eo quod omnibus est commune?

*Gemitu-
cause.
Gene. 3.
Primi.* ¶ Porrò afflictionum & gemituū nostrorū causa in hac vita multiplex est. Vna est mundi huius exilium. Nō enim idcirco pepulit de⁹ hoīem ē paradiso (nēpe loco voluptatis) ut aliam sibi hic paradisum in deliciis & voluptatibus constitueret, sed vt in hac valle lachrymarum suspiraret, laboret, gemitat, & in sudore vultus sui vescatur pane suo, semper sibi ob oculos ponens, quōd mortalis naturæ conditio ne, in terram de qua factus est, necesse sit reuerti.

Secunda. ¶ Secunda gemituum nostrorum causa est, proprium deli-
Zech. 18 etum. Non enim est quōd modo queramur de prothop-
rentum præuaricatione dicentes: Patres nostri (id est, ge-
neris nostri principes) comedenterunt vuam acerbā, & den-
tes filiorum obstupescunt, quia iā nō cōtracto ab illis, sed
peracto à nobisipsis peccato grauamur. Tribulatio, inquit

*Rom. 2.
Iob. 7.* Apostolus, & angustia in oēm animam hominis operantis malum. Et (vt ait B. August.) pœna sibi est omnis animus inordinatus, vt rectè dicat cum viro sancto: Posuisti me cōtrarium tibi, & factus sum mihi metiſi grauis.

Tertia. ¶ Tertia præsentium malorum & gemituum nostrorum cau-
sa est probationis & expurgationis nostræ exercitium. Si
cut enim probantur tyrones & agonistæ in certamine, ita
& nos probari necesse est, vt nobisipsis & aliis quales su-
mus innotescamus. Vnde per Sapientem dicitur: Vasa fi-
guli probat fornax, homines verò receptibiles in camino
humiliationis,

humiliationis: & non solām probamur, sed etiam expurga
mur, quanuis illud probari purgari sit.

Hinc scriptum legimus, reliquissē dominū in terra pro- *Iud. 3.*
missionis, Chananaorū gētes quasdā, vt erudit̄ in eis Is Homines
raelē. Sic & modo diuina dispensatione nobiscū agitur, vt mali ele-
zizania & triticum simul crescent, ad electorum vtiq; eru *Eis utiles*
ditionē, sicut B. Augustinus ait, dicens: Nemo putet homi-
nes malos esse otiosos in hoc mūdo, & nihil boni de his a
gere deum. Omnis malus ideo viuit, aut vt corrigitur, aut
vt bonus per eum exerceatur.

Rursus quum Salomon cōpisset derelinquere dominū *Exēpliū*
& mulierū alienigenarū amore iam senex infatuatus & *salomone*
deprauatus idola coleret, mox ei qui ante semper secur^y *3. Reg. 11.*
in summa pace regnauerat, aduersarios domin^o fuscitauit,
vt vel illis stimulantibus, delicti sui cogitatione resipisce-
ret. Itidem nobis propter peccata nostra euenire dubium
non est, dicente propheta: Quid est Israel quodd in terra ini *Baruch. 3.*
micorum es? Si in via dei ambulasses, habitasses vtique in
pace super terram.

Contra verō per Salomonem dicitur: Quum placuerint *pro. 3. &*
viæ hominis deo, inimicos quoq; eius conuerteret ad pacē. *16.*
Tales autem aduersarij ad exercitiū nobis fuscitati, aut in *in quo p.*
viam redire compellunt, aut purgant, aut certe ne torpe- *sunt mali*
mus inertia, nos exercent. *bonis.*

Quarta gemiruum causa est, vicinitas inferorum. Ver *Quarta*
samur enim inter superos & inferos, multò tamen inferis
viciniores, quām superis. Quum ergo plenū atque perfe-
ctum sit gaudium beatorum, damnatorum verō siue infe-
rorum sit calamitas sempiterna, nullius omnino spei sola-
tio mitigata, nos horum intermedij, cum vtriusque nonni-
hil participamus, videlicet interdum gaudij refrigerio
cum superis, & frequētius pressuris calamitatum cum in-
feris. Quoniā verō istis viciniores sumus quām illis, quis
miretur si cum vicinioribus istis amplius quām cum illis
(qui tanto interuallo à nobis distinguūtur) participamus? *inferis nō*
Itaque quia talis est huius mundi, & omnium mortalium
conditio, æquanimiter est toleranda. Alioqui (*vt Boetius*
ait:) Impatientia sortem exacerbabit, quam permuttere
non possis. Non indignatur nauta de violentia fluctuum
ciniiores
quām si-
peris.
Boetius-
similia.
marino-

DOMINICA QVARTA

marinorum. Nec agricola de molestia pluuiarum & gran-
dinis, & cæteris cœli iniquioris iniuriis. Quur ergo tu in-
dignaris quisquis es ô homo, & miraris si non omnia tibi
cedunt ad vota?

Quinta ¶ Quinta gemituum & afflictionum nostrarum causa est
salutis nostræ incitamentum. Nam sicut dicit beatus Gre-
gorius, Mala quæ nos hîc premút, ad deum ire compellút.
Mich. 2. Hinc Michæas propheta ait: Surgite & ite, quia non habe-
Thren. 1. tis hîc requiem. Rursum Ieremias: Habitauit, inquit, inter
gentes, nec inuenit requiem. Ideo autem hic deus omnia
nobis vult esse mixta amaritudinibus, vt alia queratur fe-
licitas, cuius dulcedo non fallit: rursus vt homo se noue-
rit exulem esse in hoc mundo, alibi verò perpetuò mästu-
rum adscriptum ciuem.

Exo. 12. ¶ In cuius rei typo, Dei populum de AEgypto ad promis-
a Egyptij sam hæreditatem egressum vrgebant AEgyptij, quo mi-
filios Isra- el exire co- mala (vbi dum superbit impius incenditur pauper) mundi
pulerunt. huius fastidium, & patriæ cœlestis nobis missa deside-
Ioan. 16. rium pariunt. In mundo, inquit, presturam habebitis. Vbi
Iob. 5. sicut avis ad volatum, ita & homo nascitur ad laborem.
Eiusdē 14 Natus enim de muliere, breui viuens tempore, repletus
multis miseriis.

¶ Circa secundum principale dicit:

Non solum illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ip-
si intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expellantes redem-
ptionem corporis nostri.

Maiorum exemplis ¶ Ut leuius feramus passiones huius temporis, proponit
nobis exemplum & patientiam maiorum, videlicet Apo-
hui⁹ ritæ stolorum Christi. In quorum persona hîc loquitur dicens:
mala æ- quanimi- ter ferentia. Non solum autem illa. Quasi dicat: Non modò commu-
nitas humana mortalitas ingemiscit sub pondere præsen-
tium malorum, sed & nos ipsi Apostoli habentes primiti-
as spiritus, id est, qui spiritum consolatorem accepimus,
philip. 3. & tempore prius, & cæteris abundantius, & iam gustu
spirituali noſſe cecepimus quām suavis est dominus, quo-
rum conuersatio in cœlis est, ingemiscimus. Q.d. Aded
nulla est creaturæ quæ doloribus & gemitibus vacet, vi-
etiam nos ipsi qui summa à spiritu sancto & electa atque
præcipua

principia dona, utique primitias spiritus accepimus, intra nos gemamus. Paulus enim in tertium cœlum raptus fuit Petrus in monte sancto diuinam preuestauerat suavitatem. Quibus tamen primitiis spiritus, quibus consolacionibus diuinis non obstantibus, & ipsis, inquit, intra nos gemimus: hoc est, cum gemitu desideramus adoptionem filiorum, hoc est, adoptionis iam factæ reuelationē. De qua beatus Ioannes (ut suprà memorauimus) dixit: Iam filii dei sumus, scilicet per fidem, sed nondum apparuit: quum autem apparuerit, similes ei erimus, videlicet, nullo bono egentes, sed prorsus votorum nostrorum compotes.

*2. Cor. 11.
Matt. 17*

1. Joan. 3.

Hanc talem adoptionis reuelationem intra nos gemimus, expectantes redemptionem, id est, glorificationem corporis nostri, ut etiam ipsum corpus beneficium adoptionis accipiat, ut ex omni parte filii dei esse manifestemur. Hæc enim adoptio quæ iam facta est in iis qui crediderunt, spiritu tantum, non etiam corpore facta est. Nondum quippe corpus reformatum est in illam cœlestem inuitationē, sicut spiritus iam mutatus est reconciliatione fidei ab erroribus conuersus ad deum. Ergo etiam hi qui crediderunt expectant adhuc adoptionem corporis, quam corporis redēptionē esse dixit, ut videlicet ipsum corpus redimatur à mortalitate, quod prius redemptum fuit à peccato, de qua corporis redēptione idem Apostolus ait: Qui suscitauit Iesum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

Roma. 8.

Quia igitur corporis glorificatio nobis promittitur, nequam de cætero vereamur pro Christo corruptibile hoc corpus exponere. Sicut huius mundi potentium ministri non dubitant vestem hyemalem grossam & vilē, vsu quotidiano antequam veniat lata Paschæ festivitas deterre, sciētes domini morem, quod Paschali tempore, vestem illis ad aestiuū temporis usum largitus sit meliorem. Et utique hyems propter sui asperitatem, mortalem hanc vitam, aestiuū verò tempus fructibus opulentum, vitam æternam & beatam, non incongruè significat. Vestis nostra hyemalis corpus est quod corruptitur. Vestis autem ad aestiuū temporis usum idem nostrum corpus est quum in- ducet incorruptionem.

*Redēptio
corporis
nostrī.*

simile.

*vestis du-
plex, ae-
stiva &
Hyema-
lis.*

D O M I .

DOMINICA QVINTA

post Pentecosten.

1. Petr. 3.



N fide autem omnes vnanimes.

In hac lectione beatus Petrus duo tradit documēta. Primō, ostendens qualiter se debent habere fideles faciendo quod bonum est. Secundō, qualiter se debet habere sustinendo quod malum & iniquum est, ibi: Non reddentes malum pro malo,

Circa primum aduertendum est, quod ante initium huius lectionis tradiderat documenta quibusdā peculiaria.

Documētum pecuniae seruare seruiss. Nam seruos docens p̄miserat: Serui subditi estote in omnī timore dominis. Non tantū bonis & modestis, sed etiā discolis. Similiter & mulieres informans dixerat: Mulieres subditæ sint viris suis, ut si qui non credunt verbo,

Fœminis. per mulierum cōversationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore sanctam conuersationem vestram.

Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in cōspectu dei locuples. Et post pauca viris: Viri, inquit, similiter cohabitātes secundū scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartiētes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ, ut non impediantur orationes vestræ. His documentis peculiariis premissis, tradit in hac lectione generalia documenta omnibus opportuna, dicens:

Eccl. 4. Omnes autem in fide vnanimes, tam liberi quam serui, tam mulieres quam viri, tā diuites quam pauperes, tā generosi quam plebeij, tā eruditi quam indocti, tam iuuenes quam senes, tam prelati quam subditi. In fide omnes vnanimes estote, ut omnium vestrum in fide sit cor vnum & anima vna. Hanc unitatem, sive vnamitatem, operatur spiritus Christi qui vnanimes facit quos imbuīt. Vnde & de sanctis Christi martyribus canit Ecclesia: Propter testamentum domini & leges paternas sancti dei perstiterunt in amore fraternitatis, quia unus fuit semper spiritus in eis & vna fides. Quicunque ergo sunt Christi, uno spiritu, id est, spiritu unitatis & concordiae, &

conne-

cōnectuntur & aguntur. Qui autem spiritum Christi non habet, hic nō est eius. Sicut enim vnius corporis membra, uno vivunt & regūtur spiritu, ita & fideles uno charitatis sancte spiritu, inuicem & deo cohærent. Quoniam verò spiritus hic non datur nisi fide sancta vnitatis, ideo vult nos omnes B. Petrus in fide esse vnanimes.

Simile.

¶ Vnde in Ezechiele scriptum est, quod priusquam ossa arida quæ campum magnum implebant vitæ spiritu vegetarentur, necesse erat illa ad inuicem coniungi, sicut ibidem dicitur: Accesserūt ossa ad ossa, vnumquodq; ad iuncturam suam. Hæc autem coniunctio (ut iam dictum est) per fidem efficitur. Omnes enim qui in eadem fide consentimus, corpus vnum cōstituimus. Ne autē vnitatis hæc per sectas & schismata dissipetur, iubemur omnes in fide esse vnanimes: hoc est, de fide recta, idem omnes & sentientes & consentes.

*Ezecl. 37.
osſa ari-
da qualis-
ter rursus
vniuunt.*

¶ Ostendit autem consequenter huiusc vnitatis effectus vnanimis & signa numero quinque, quum subdit:

tatiſ hu-

*Compaſtientes, fraternitat̄ amatores, misericordes, modesti, manæ ſi-
humiles.* *gna quin-*

¶ Vbi iam dictæ sanctæ vnitatis primum signum ponens: que. Compaſtientes, inquit, subaudiendum est, Estote: Hoc enim est membrorū vnius viui corporis proprium, vt vnius membra dolorem, membrum aliud sentiat & cōpatiatur, & membro laboranti (si adſit facultas) succurrat. Quod si membrum aliquod, membra dolentis cruciatus non sentiat, conainetur proculdubio sensum perdidisse & obſtupuisse, aut esse prorsus emortuum. Tale membrū nō fuit *Exempla* Apostolus qui ait: Quis infirmatur & ego non infirmor? pīæ com- *Quis scandalizatur, & ego non vor?* Nec rursum ille paſſionis. qui nequissimi filij, pariter & hostis, interitum lugens fle- 2. Cor. II bat dicens: Absalon fili mi, fili mi Absalon. Quis mihi det 2. Reg. 18 ut ego moriar pro te fili mi Absalon, Absalon fili mi? Ipſe etiam huius iam dictæ vnitatis in uno myſtico corpore princeps & author Christus, super lugente vidua matre, Lue. 7. imò non iam matre cuius vnicus filius mortuus ad sepulchrum ferebatur, misericordia motus fuisse legitur. Rur- 10an. 11. sus ipſe videns Mariam flentem, & plorantes Iudeos qui erant cum ea (lugentibus amicum pīe compassus, pariter & huma-

DOMINICA QVINTA

& humanum aperiens affectum) & ipse lachrymatus est.

Luc.16. Denique iam passio nicius, videns ciuitatem impiam in qua olim iustitia habitauerat, nunc autem homicidę,

Esa.19. qua omnis sanguis iustus requiriēdus erat qui effusus fuerat super terram à sanguine Abel iusti usque ad sanguinē

filij dei, piè nihilominus etiam illi compassus, fleuit eius cęcitatem, quod non cognouisset tempus visitationis sue. Defleuit pariter & illis sui homicidis ingruētes calamitates, & impię subuersionem ciuitatis, excidiūmque sceleratę gentis cum fletu prædicebat.

Secundū ¶ Secundò, prodit se Christiana concordia, in amore fraternitatis. Fraternitatis, inquit, amatores, subaudiendum est amare est, estote. Vult enim ut non modò singulos fratrum am-

fraterni - mus, sed multò magis ut amem⁹ ipsam fraternitatē. Ho-

tatem. optantes atq; studentes, quatenus in recta Christi fide si-

deliū frateritas, & numero & merito semper augescat,

& non quærat vñusquisq; quod sibi soli utile est, sed quod

Simile. multis. Pluris enim est totum corpus, quām singula mem-

bra. Idipsum sanè fecit Christus dominus, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, no-

quērens quę sua erant, sed quę nostrę sunt salutis, dum ei

quę ipse nō rapuerat exolues, vñus pro omnibus mori di-

gnatus est. Itaque & vos, inquit, estote fraternitatis ama-

tores, nō soliuagi (ut ferus singularis) cæteris inuidentes,

tantū vosmetipſos amantes & cōmoda priuata ſectan-

tes, sed fraternitatis amatores.

Animaliū ¶ Columbae gregatim volant, & oues simul pascuntur.

quædā fo- Verunq; animal innocuum, ouis & columba. Sed non sic

linaga, milui neque bubones, & cetera id genus aues rapaces, so-

quædam liuagæ, & odiosæ. Nec etiā sic inter bestias, Lupi aut vul-

gregalia. pes soliditatem ſectantur, quibus ob prædæ ſtudium, nec

Feræ ra- inter ſe nec cum ceteris bene cōuenit. Huiuscemodi pro-

paces. feſtò ſunt propriatum voluptatū amatores magis quām

dei, catholicæ vnitatis & Christianæ fraternitatis hostes,

ſcissiores vnitatis, pacis inimici, ſeminantes inter fratres

In autho discordiam, ſectas & cōuenticula facientes, fabricatores

res ſella- peruersorum dogmatum, corporis Christi membra ſecā-

rum & tes, Christum dominum crucifigentium ſuperātes impi-

heresum. tam, nam ipsius illi tunicam incōſutilem nō ſciderunt,

quod

quod ij facere non verentur. Dispergunt enim quos ipse Schisma-
suo sanguine congregavit, quibus tanquam inconsutili & tici & ha-
indiscissio vestimento amicitur. Lupi nempe sunt à diabo- retici qua-
lo in Christi gregem immissti, filij tenebrarū, non cessan- les.
tes in medio tritici superseminare zizania, exitiales ho-
stes Christianæ legis, quæ nō nisi in vnanimitate & amo-
re fraternitatis impletur.

¶ Tertiū, manifestatur Christiana vnanimitas in effectu miserationis. Vnde tertio loco dicit: Misericordes, scilicet misericor- estote. Nec in rū quod misericordes esse iubet, quos esse des esse. praeceperat fraternitatis amatores. Quis enim verus fra-
ternitatis amator fratri inopiā, aut miseriam cōspicatus, illius vel saltē affectu nō misereatur, & effectu subueniat si suppetat facultas? Quinimō misericordia mot⁹, intelli-
get super egenū & pauperem, dignus utique quem in die mala liberet dominus. Misericordes sanè patris sui qui in cœlis est specimen præferunt, qui non frustra audierunt dicentem: Estote misericordes, sicut & pater vester mis-
ericors est. Cuius patris ille se filium comprobauit, qui ait: Flebam quōdam super eo qui afflictus erat, & compati-
batur anima mea pauperi. Qui rursum & alio loco ait: Ab infantia mecum creuit miseratio, & de vtero matris meę egressa est mecum. Si despexi, inquit, absque operimento pauperem, si non benedixerunt mihi in latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Foris non mā-
sit peregrinus, ostium meū viatori patuit. Si negauit, quod volebāt, pauperibus. Si comedì buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Dignus qui ob huiuscmodi in proximum misericordiam, & ipse tandem à domino mi-
sericordiam magnam consequeretur.

¶ Nimitum (vt beatus Ambrosius ait:) Summa Christianæ religionis in pietate est, quam qui sectatus fuerit, & si lubricum carnis patiatur, vapulabit quidem, sed non peri-
bit. Quum Iudæi suis ieuniis domino minimè gratifica-
rentur, audierūt: Nōnne hoc est ieunium quod elegi? Dis-
solue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimē-
tes. Frange esuriēti panem tuum, & egenos vagosque in-
duc in domum tuam. Nam beati misericordes, quoniam
ipſi misericordiam cōsequentur. Vbi beatus Augustinus:
ff Beatos

Luc. 6.
*1ob mis-
ericors.*

1ob. 30.

1ob. 31.

Esa. 32.
Matt. 5.

DOMINICA QVINTA

Beatos dicit qui subueniunt miseris, quoniam ita eis reperditur, vt à miseria liberentur.

Quartū est modestia. ¶ Quartò, probatur Christiana vnanimitas in modestia. Vnde post prædicta ait: Modesti, videlicet, vt is qui egeno subuenit fratri, contra illum non insolefacat exprobrans quæ in illū beneficia collocavit, néve illū velut seruum se existimet suis beneficiis sibi deuinxisse. Quin potius modestiam seruans in spiritu humilitatis, meminerit se vñā cum illo eiusdem corporis esse membrum, eiusdēm quod patris cum illo filium, & quum illi benefecerit, dicat, & verè consiteatur se seruum inutilem esse, fecisse se quod facere debebat. Timeat proinde ne fortè quātum debebat adhuc nō præstiterit, sicut Apostolus docet: Noli, inquiēs, altum sapere, sed time. Vnde etiam post prædicta, minor congruitate humilitas inducitur.

Quintum est humilitas. ¶ Subdit enim quinto loco dicens, Humiles, subaudientur estote, vt nec de bonis à deo receptis, nec de beneficiis in fratrem pauperē collocatis, vllatenus vos extollatis, aut vt ab hominibus benefaciētes videamini, vestra bona opera siue eleemosynas faciatis, ne mercedem non habeatis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Hoc etenim facientes, semināt ventum, & turbinem metent. ¶ Circa secundum, videlicet qualiter se debeant habent fideles in sufferēdo quod malum, seu iniquum est, consequenter dicit:

Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto.

Quatuor retributio- ¶ Non, inquit, reddentes malum pro malo ia opere, nec maledictum pro maledicto, in verbis. Factis enim & verbis contingit illatas iniurias vindicare. Quocirca aduentum est, quod reddere malum pro bono diabolicum est reddere bonum pro malo diuinū, reddere bonū pro bono, humanum, reddere malū pro malo beluimum, seu ferinum est. Elige cuinam horum velis cōformari. Dicit ei multis nō go: Non reddentes malum pro malo. Hoc enim (vt ianisse reddē dictum est) ferarum & mordacium bestiarum est.

Causis multi- ¶ Proinde malum pro malo tu ne reddas, quum ob plus dum ma- lū pro ma- lo. tum ne illi improbo similis efficiaris, qui mala tu irrogauit, cuius vtique mores improbos detestaris. Tu ne tr

ne te ipsum decertado verbis aut factis de honestes & de-
decoris. Tum ne illum ad audendum in te maiora prouo-
ces, & malum tuum repugnado adaugeas. Tum ne homi-
num contemptum & odium incurras, qui si te viderint il-
li repugnantem, & malum reddentem pro malo, & te & il-
lum irridebunt, & detestabuntur, & tanquam duos gallos
compugnantes ipsi otiosi spectabunt. Tum ne miserato-
rem nullū habeas, qui illata tibi mala indoleat tecū. Qui
enim illius misereatur qui tametsi ab alio iniqua patitur,
se tamē de illo totis viribus vindicare cōtendit? Tum
deniq; ne te ipsum grauiori damno afficias, quām te ille
potuisset afficere, videlicet si tete grauius in vindictę stu-
dio quām ab illo turbatus fueras, ipse perturbes. Tum de-
mum, ne gloria conscientię tuę te ipsum spolies, & patie-
tia corona constituas indignum. Sed quid facias aduertere.

Sequitur enim:

Sed econtrario benedicentes.

Tantum absit, inquit, vt reddatis maledictum pro male- *N.º l. eſ-*
dicto, quinimò, Benedicite, inquit dominus, maledicenti. *se maledi-*
bus vobis. Maledicus certè Apostolico iudicio, ab Eccle- *cendum.*
ſia cœtu pellendus, & euitandus est. Nam Corinthiis scri-
bens, ait: Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, *1. cor. 3.*
aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledic⁹, aut ebrio-
sus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Caeve er-
go ne maledictum reddendo pro maledicto, maledictus
effeſtus, Ecclesię sanctę communione constitueris te
indignum.

¶ Proinde & illud te considerare oportet, quod maledictū *Eccle. 27*
in quempiam sine causa prolatum in suum authorē iuste
recidit, iuxta illud: Qui in altum mittit lapidem, super ca-
put eius cadet, & qui fōdit foueam, incidet in eam, & qui
statuit lapidem proximo suo, offendet in eo, & qui laqueū
alij ponit, peribit in illo. Hinc rursum in proverbiis Sa-
lomon ait: Sicut avis ad alta transiolas, & passer quoli- *prov. 26.*
bet vadens, sic maledictum frustrā prolatum in quempia
superuenier. Sed in quem iustius quām in suum autho- *Eccle. 23*
rem? Proinde vir multum iurans replebitur iniquitate,
& non discedet à domo eius plaga. Benedicte ergo &
nolite maledicere, vt & propria damna vitetis, & etiam
ff ij ne vobis

DOMINICA QVINTA

ne vobis vicissim maledicatur, & fiat equa retributio De-
nique ne benedictione cœlesti vosmetipso faciatis indi-
gnos, sed econtrariō benedicte. Sequitur:

*Quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditate possi-
deatis.*

Matt. 25

*¶ Quum videlicet audietis dicentem: Venite benedicti
patris mei, possidete paratum vobis regnum à cōstitutio-
ne mundi, & hæc est benedictio à dextera dei, de qua per
Salomonem dicitur: Longitudo dierum in dextera eius.
Quam benedictionem omni desiderio dignissimam suis
filii ecclesia mater conciliat, instanter hos monens, qua-*

*Vt adse-
quaris be-
nedictio-
nem.*

*tenuis patri cibos offerant quibus libenter vescitur, ut offi-
cio gratificati, benedictionem illius obtinere mereantur.
Offerant igitur in animo contrito & in spiritu humilitatis
peccatorum suorum confessionem, quasi hædorū carnes
quas Rebeccæ matris consilio Iacob intulit ad patrem; &
obtinuit reuocabilem ipsius benedictionem. Pergens (in-
quit illa) ad gregem, affer quæ dixi. Qui nimirū grex mul-
titudinem designat peccatorum, defectum & vitiorum.
Hæc est enim voluntas dei, ut peccatorum nostrorum hu-
milem confessionem offerentes, ipsius misericordiam co-
sequamur. Non enim vult mortem peccatoris, sed ut con-
uertatur & viuat. Iste est cibus quo libēter vescitur pater
cœlestis, quem pro illius assequenda benedictione iugiter
ad illum inferre debemus.*

*Esau qua-
liter bene-
dictionē
amisit.*

*Hanc benedictionem amisit Esau, qui non patrem, sed
magis seipsum voraci auditate pascere sollicitus, primo-
genita sua vendebat. Et sicut scriptum est, accepto pane &
lētis edulio comedit, & babit, & abiit, paruipendens quod
primogenita vendidisset. En morior, inquit, & quid mihi
proderunt primogenita? Nō aduertens, quod paternæ be-
nedictioni vnā cum iure primogeniture renūtiabat. Erat
autem ipse vir gnarus venādi, & cultor terra; illos vtique
designās, qui neglecto cœlo, imo & semetipsis, terram co-
lunt, & non nisi terrena lucra venantur. Non domi consi-
stētes ut Iacob, ut sanctæ matris ecclesiæ præceptis & cō-
siliis erudiantur, sed foras vagabundi sunt, protinus se pe-
rire existimātes, si non mox carnis suæ desideriis & cæte-
ris animi sui cupiditatibus satisfacentes, se pascat & ob-
lectent*

Gene. 25.

Ibidem.

*Esau
quos signi-
ficauerit.*

lectent, paruipendentes quod ait Apostolus: Si secundum *Roma. 8.*
carnē vixeritis, moriemini. Sed non ideo, inquit, ad Christi
fidem vocati estis, ut secundum carnem viuētes dei be
nēditionem amittatis, sed econtrario ut benēditionem
hāreditate possideatis. Hāreditate, inquam, non ad tem
pus hāc vestra sit possessio, quæ vos diuites efficiat. Nam *Prou. 10.*
benēdictio dei diuites facit, sicut de viro sancto Satan ad
dominum loquens ait: Operibus manuum eius benedixi- *1ob. 1.*
sti, & possessio eius creuit in terra.

¶ Itaque quym ad benēditionis perceptionem vocati si
mus, valde nobis cauendum est, ne aliis maledicendo, di
uina pariter & humana nos benēditione faciamus indi
gnos. Sed deo pariter & hominibus benedicamus, illi gra
tias agētes, istis bene volētes & bona eis optātes æterna.

HOMILIA ALTERA.

Qui enim vult vitā diligere & videre dies bonos, coercentur. *Petr. 3.*
at linguā suam à malo, & labia sua ne loquātur dolam.

¶ In prēcedētibus ostendit beatus Petrus qualiter fideles
se habere debent, & faciendo quod bonum est, & susti
nendo quod malum est. Hic consequenter docet quid fa
cere debeant, ut fœlicitatem posthac & vitam consequā
tur æternam, dicens: Qui enim vult vitam diligere. Au
thoritate Psalmistæ ea quæ superius dixerat, cōfirmat. Pre
miserat enim dicens: Non reddētes malum pro malo, nec
maledictum pro maledicto, sed econtrariò benedicētes:
quia in hoc vocati estis ut benēditionem hāreditate
possideatis. Quibus opportunè adaptat præsens scriptu
ræ testimonium, dicens: Qui enim vult vitam diligere,
beatam scilicet & æternā, & videre dies bonos, scilicet in
futuro. Nam in præsenti dies mali sunt, iuxta quod pa
triarcha Iacob stans ante Pharaonem, de ærate sua inter
rogatus respōdit, dicens: Dies peregrinatiōis meę parui & *Gene. 47*
mali, centum & triginta annorum sunt. Idcirco autē dies cur dies
huius vitæ nostræ mali esse dicuntur, quia multa nobis af mali dicū
ferunt incommoda dicente domino: Sufficit diei malitia tur
sua. Vnde & vir sanctus ait: Homo natus de muliere bre
ui viuens tempore, repletur multis miseriis. Proinde dies *1ob. 14.*
illis mali sunt, qui iūs malè vtuntur. Dies autem vitę cœle

DOMINICA QVINTA

stis ideo boni vocantur, quod omne bonum afferant beatis.

Psal. ¶ Sed fortasse quis dicat: Quomodo illic mihi dies in numero plurali afferis, quum de die eternitatis scriptum sit: Melior est dies una in atris tuis super millia? Ad quod respondetur, quod non erit ibi successio temporis nec lucis & tenebrarum vicissitudo, & ideo neque dies neq; nox, sed sol iustitiae qui nescit occasum semper ibi lucebit. Vnde & *Apoc. 21.* illic erit quasi una dies, sui perpetuitate lucens indeficenter, secundum quod in Apocalypsi scriptum est: Et ciuitas non eget sole, neque ut luna luceat in ea. Nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Dicuntur autem ibi dies esse pluraliter, propter multiplicitudinem gaudiorum & luminum illic ineffabili gloria resplendentium. Fulgebunt enim iusti sicut sol in regno patris eorum. Quos dies bonos quisquis illic videre, & vitam illam possidere cupit, coercent lingua suam a malo. Vbi duo notantur. Vnum est salutaris exhortatio. Alterum est, pie viuentibus consolatio, ibi: Quia oculi domini.

Lingua cur coer- cenda. ¶ Circa primum dicit: Qui enim vult vitam diligere, & videre dies bonos. Vbi nos monet beatus Petrus primo male loquamus, dicens: Coercent linguam suam a malo, & labia sua ne loquantur dolum. Coercenda enim est lingua ne laedat, vel ipsum loquentem, vel eum de quo loquitur, vel ipsum certe cui loquitur. Multos enim ledit lingua nisi coercentur a malo. Vnde scriptum est: Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic sicut per linguam. Hinc rursus B. Iacobus: Vniuersitas, inquit, iniquitatis lingua, quia per eam ferent cuncta facinora, aut concinnatur, ut latrocinia, stupra homicidia, prodiciones, schismata: aut parrantur, ut periuaria, falsa testimonia, detractiones & conuicta: aut defenduntur, dum impurus quisque excusando scelus quod admisit, simulat bonum quod non fecit.

Eccle. 28. 1acob. 3. Vniuersitas iniqui- tatis lin- gua. ¶ Secundum, docet ne male agamus, quum dicit: Declinet a malo, is scilicet qui vult vitam diligere, & videre dies bonos. Quae enim seminauerit homo, haec & metet, sicut in Apocalypsi scriptum est: Opera illorum sequuntur illos.

Manu opera ab eo. Vnde sit ut in operibus manuum suarum comprehendantur peccator, ut reddatur ei secundum opera sua, sicut scriptum est:

Galat. 6.

Apo. 14

ptum est: Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metuunt eos, flante deo perisse, & spiritu oris eius consumptos esse. Vnde & in Proverbiis Salomon ait: Qui seminat iniquitatem, metet mala. Et alibi dicitur: *Fili, non semines mala in sulcis iniustitiae, & non metes ea in septuplum.*

¶ Tertio hortatur nos beneficiando pacem querere, quā *Eccle. 22.* dicit: Et faciat bonum. Inquirat pacem & sequatur eam. In *Pacem sic* quirenda est pax per iustitiam & patientiam. Istē enim duæ *quære.* virtutes, duæ sunt ad pacem viæ. Vnde per Esaiam de iustitia dicitur: Erit opus iustitiae pax. Nam sicut iniquitas & in *Esa. 32.* iustitia via est ad perturbationes & bella, ita & per iustitiā am pax habetur, siue sit pax cum deo, siue cum proximo, *pax tri-* siue cum semetipso, quā triplex pax per iniustitiam dissi- *plex per* patur. Porrò iustitiae duæ sunt partes, videlicet declinare à *iustitiam* malo, & facere bonum, quā hic nobis insinuantur quum *dissipatur* dicitur: Declinet autem à malo, & faciat bonū, sic enim poterit homo possidere pacem etiam inter eos qui pacem oderunt, quod utique magnificum & gloriosum est. Et quia non modò iustitia ad pacis consequentem, sed etiam patientia (ut diximus) opus est, ideo dominus ait: In patientia *Luce. 27.* vestra possidebitis animas vestras. Qui autē impatiens est *proh. 19.* sustinebit damnum. Damnum, videlicet proprię pacis. Nō enim aduersariis resistendo, & reddendo malum pro malo sed fortiter & æquanimiter mala preferendo, potes tibi pacis virtutes vendicare.

¶ Ex prædictis concluditur, quod sicut is qui malum pro malo nō reddit, neque maledictum pro maledicto, benedictionem hereditatem possidebit, sic econtrariò maledictionem hereditabit, quicunque reddit malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Proinde qui non coeret linguam suam à malo, & labia sua ne loquātur dolum, nō declinat à malo, nec facit bonum, nō inquirit pacem, nec sequitur eam, iste utique & vitam æternam & bonos illos dies perdit, & malum omne sine fine videbit.

¶ Circa secundum principale dicit;

Quia oculi domini super iustos, & aures eius in pretes eorum, vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoria eorum.

DOMINICA QVINTA

Piè viue. ¶ Hic prosequitur secundum, quod est piè viuentibus cōtibus cōfō solatio, dicens: Quia oculi domini. Quia superius malum latio. pro malo reddere retuerat, imò & maledicētibus docuit eis benedicendum, opportunè satis propheticō testimoniō confirmat superna inspectione, & bonos semper vide ri & malos, ut meminerimus & nostram patientiā qua toleramus onerosos, & benevolentiam nostram qua perse-
quentibus etiam bona optamitis, aeterno præmio renun-
randam. Siquidem gratia dei & misericordia est in sancto eius, & respectus in electos illius.

Sap. 4. ¶ Vultus autem domini super facientes mala, ut nouerimus nostros persecutores nisi resipuerint, aeterno ple-
ctendos esse suppicio. Si verò pœnituerit, nos quoque pro ipsorum salute quam illis optabam⁹ & precabamur, charitatis nostræ præmium à domino recepturos, quæ o-

Oculos do
mini sup
vigilare
iustis.
Exod. 3.
simile.

Nam oculos domini iustis superuigilare, tum per hoc pa-
tet quod in Exodo dicente domino scriptum est: Vidi af-
flictionem populi mei qui est in AEGypto, & clamorem
eorum audiui, propter duritiam eorum qui præsunt ope-
ribus, & nunc descendit ut liberem eum de manibus AE-
gyptiorū. Et unde rursus in Psalmo dicitur: In via hac qua
gradieris, firmabo super te oculos meos. Utique ut tuę sim
virtutis & testis & præmiator: veluti si rex aliquis super
militem fortiter dimicantem vigilans oculum intēdat

Exemplū
in B. An-
thonio.

sicut in beato Anthonio factum fuisse beatus Athanasius
testatur. Is enim quum violentos & horribiles dæmonum
insultus & cruciatus iniusta fide fortissimè pertulisset,
tum (inquit) vox de cœlo ad beatum Anthonium facta
est, dicens: Certamen tuum præsens aspexi. Quoni-
am ergo viriliter dimicasti, faciam te in toto orbe nomi-
nari.

Tere. 20.
1. cor. 4.
Apoc. 2.
Deu. 32.

¶ Videt itaque quæ hīc geruntur vniuersa ut testis, ut iu-
dex, ut retributor. Ego, inquiens, sum iudex & testis. Et
laus erit vnicuiq; à deo. Vnde & in Apocalypsi dicit: Scio
opera tua & laborem, & patientiam tuam. Sanè hoc in-
ter huius vitę pressuras fidelibus quo solentur relictum
est, quod dominus nouit & iniuriam inferentem, & hanc
sustinentem. Quia sanguinem seruorum suorum vlcisce-
tur,

tur, & vindictam retribuet in hostes illorum. Porro sanctis *Luc. 21.*
suis & electis nec capillus de capite peribit,

¶ Denique non modò oculi dei sunt super iustos, sed etiā *Deum ad*
aures ei⁹ in preces eorum. Desiderium quippe pauperum *tēdere ad*
exaudiuit dominus. Vnde & per Esaiam dicit: Antequam *hēc duō*
clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audi- *Esa. 65.*
am. Certē quum Semei ore canino oblatrans maledicta *2. Re. 26.*
iacularetur in Dauid quum fugeret ipse à facie filij sui Ab
salonis, ascendens clivum oliuatum, & quidam ex proce-
ribus, qui incedebant ad latus regis, non ferens regis in-
iurias diceret: Quare maledicit canis hic moriturus domi-
no meo regi? ac subinde inferret: Vadam, inquiens, & am- *Dauid*
putabo caput eius, ait rex Dauid: Dimitte eum ut male. *maledicta*
dicat, Dominus enim praecepit ei, ut malediceret. Dimitte *pertulit*
ergo eum si fortè respiciat afflictionem, meam & reddat *patiēter.*
mihi dominus bonum pro maledictione hac hodierna.
Quod & factum est. Audiebat, inquit, Dominus & miser-
tus est mihi. Audiebat vtique contumelias & opprobria
coniecta in me, audiebat & orationem meam, & misertus
est mihi.

¶ Non dissimiliter confisus in domino Ezechias rex Iuda *4. Re. 19.*
misit ad Esaiam prophetam, ut precaretur dominum pro *Audisse*
populo ab hostibus obfesso in ciuitate, & nō modico ter- *dominum*
tore perculso propter verba Rabsacis, quibus, & regem & *blasphe-*
deum blasphemauerat, dicens: Si fortè audiat dominus *mias Rab*
deus tuus vniuersa verba Rabsacis, quem misit rex Assy. *sacis &*
riorum dominus suus, ut exprobraret deum viuentem. Ita *vltum*
que audiebat dominus & furorem blasphemantium, & cla- *fuisse.*
mantum ad se pias preces & causam suam & populi sui *Esa. 57.*
terribili mox districione iudicauit. Nam mittens ange-
lum suum, interfecit nocte vna in exercitu blasphemarii re-
gis centum & octoginta quinque millia virorū. Ecce quē-
admodum attentæ sunt aures domini, non modò ad pre-
ces iustorum, sed etiam ad calumnias & maledicta impio-
rum. Vnde & amicis Iob loquutus est dicens: Non estis Io- *Iob. 42.*
quiti coram me rectum sicut seruus meus Iob. *pro. 15.*

¶ Proinde sicut intentæ sunt aures domini ut omnia audi-
ant, sic etiam aperti sunt oculi eius ut in omni loco con-
templentur, & bonos & malos. Bonos enim respicit ut li- *Malos*
beret *quomodo*
respicit
dens.

DOMINICA QVINTA

Eccle. 5. beret & attollat, impios & malos, vt deprimat & perdat:
Dent. 32. In peccatores nempe, respicit ira Dei. Hinc enim Moy-
Exod. 14. ses ait: Vidi dominus, & ad iracundiam concitatus est.
Et vnde rursus in Exodo legimus: Quia respexit domi-
nus super castra AEgyptiorum, & interfecit exercitum
eorum, & subuertit rotas eurruum, ferebanturque in pro-
fundum. Nam vultus domini super facientes mala, vt per-
dat de terra memoriam eorum. Itaque ne in perpetione
malorum deficiat homo fidelis per pusillanimitatem, sub-
dit:

Et quis est qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis?

Hoc dicit, ne fideles qui variis persecutionibus & pres-
suris expositi erāt, per animi pusillanimitatē deficerēt. q.d.
Non frangamini à virtutis proposito, per inconstantia &
pusillanimitatem deiecti, quia si fueritis veri amulatores
boni, id est, virtutis, malorum persecutiones & odia non
poterunt vobis nocere, nec afferent detrimentum, sed po-
tius ad virtutis augmentū proficient. Siue ergo verba con-
Persequun-
tore pīs
prodeſſe.
2. Pet. 1.
similia.
tumeliosa vobis inferant, siue rerum damna, siue tormenta
corporis, non nocent, sed vestræ exercent patientiæ vir-
tutem, quatenus iuxta eiusdem B. Petri sententiam proba-
tio vestræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem
probatur. Sicut enim vas rubiginosum cōficatione splen-
descit, & ignis ventorum flatu ardet vehementius, ita & cē-
lesti si quas contraxerant culparum maculas, prauorū ho-
minum persecutione mundantur. **Quin** & ignis diuini a-
moris in eis persecutionum flatu vires ampliores acqui-
rit. **Quis** ergo, inquit, vobis nocebit, si fueritis veri amato-
res boni? **Quinimō** hēc omnia palmam patientiæ & quani-
miter tolerantibus adferunt.

Malis pro contrariò verò qui mala vobis inferunt, ipsi sibi nocēt
priu noce quam plurimum: quemadmodum significatum fuit quan-
re malitiā do angelus domini descendens cum dei seruis in forna-
Dan. 3. cem, fecit medium fornacis ventum roris flantem. Flam-
fornax ma verò quam excusit de fornace, incendit quos reperit
babylonis iuxta fornacem de Chaldaeis, ministros regis, qui eam in-
cendebant. Fornax, temporalium perpetuum malorum est,
quæ diuino munere dei seruis in refrigeriū vertitur. Vnde
dicunt cum propheta: **Trāſiuimus per ignem & aquam,** &
eduxisti

eduxisti nos in refrigerium. Rex Babylonis diabolus est, *Rex Ba-*
ylonis, princeps confusionis. Is per suos ministros, videlicet ho-
mines peruersos, Dei seruos, affligere & vexare nō cessat.
Sed fortis redemptor & saluator suorum, conuertit consilium impiorum super eos, seruos quidem suos eripiens &
saluans, impios verò propriis consumens incendiis. Adcu-
mulant enim sibi (quando dei seruis infesti sunt) mala lon-
gè grauiora his, quæ ipsi illis irrogare videntur.

¶ Quisquis autem huiuscmodi exercitationibus fractus
à virtutis proposito deficit, is certè non cùm qui persequé-
do exercuit, sed seipsum sibi qui hæc ferre recusauit, no-
cuisse probatur. Neque enim domus quam vir sapiens æ-
dificauit, non ideo non cecidit, quia tempestatum violen-
tias non pertulit, sed quia supra petram fundata conuelli
nequivit. Nec ea rursus quam vir stultus insipienter fabri-
cauit, ideo cecidit, quia pulsata tētationibus fuit, sed quia
super arenam posita malè fundata extitit. Vtranque enim
æqualiter tempestas feriens pulsauit. Sed vni fundamenti
firmitas coronam perseveratiæ obtinuit, alteram fragilis
structuræ stultitia stravit. Sequitur:

Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati.

¶ Quasi dicat: Non solum non nocent qui vobis bona fa-
cientibus mala irrogant, quinimò quum vos propter bo-
na quæ execratur hostis insequitur, causam vobis maioris
beatitudinis præstat, quod (vt dictum est) vestræ patientiæ
vires exerceat, dicente domino: Beati qui persequeutionem
patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum
cœlorum. Notanter autem dicit propter iustitiam. Nam
vt B. Petrus alio loco dicit, iustam causam in passioni-
bus suis fideles habere debent. Ait enim: Nemo vestrum
patiatur vt homicida, aut fur, aut maledic⁹, aut alienorum
appetitor. Si autem vt Christianus, non erubescat, glo-
rificet autem Deum in isto nomine. Non erubescat, in-
quit, quisquam vestrum, si vt Christianus Dei cauſa pa-
tiatur, quum sit magna gloria propter illum pati. Ait enim
Beati eritis quum vos oderint homines, & separauerint
vos, & exprobauerint, & eiecerint nomen vestrum tan-
quam malum propter filiu hominis: Gaudete in illa die &
exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlis. Hoc
ipsum

Domus
hæc cur
non cadit

Mat. 7.

Mat. 5.

1. Pet. 1.

Pati pro-
pter deum
gloriosum
est.

Luc. 6.

DOMINICA QVINTA

ipsum pati pro Christo magni muneris Apostolus reputas
Philip. 1. dicit: Vobis datum est, non solum ut in illum credatis, sed
Act. 5. etiam ut pro ipso patiamini. Propter hoc ibant Apostoli
 gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habitu sunt
 pro nomine Iesu contumeliam pati. Nam quomodo aurum
 sub malleo & manu artificis dilatatur, extenditur, & in vas
 Fideles in decorum, preciosum & capax, tensionibus & expolitione
 tribulatio formatur, sic homo fidelis per tribulationem perpessione
 ne aurum & a vitiorum deformitate purgatur, & meritis decoratur
 sunt sub ac virtutibus, & ut amplioris gratiae capax sit, extunditur
 malleo & dilatatur, sicut de se ipso loquens propheta: In tribula-
 manu ar- tione, inquit, dilatasti mihi. Porro quisquis amplioris gra-
 tiae tis. ficius.
Iaco. 3. in hac vita capax fuerit, is utique in futura vita abunda-
 tioris gloria beatitudinem obtinebit. Bene ergo dicit: Si
 quid patimini propter iustitiam, beati. Ecce (inquit beatus
 Iacobus) beatificamus eos qui sustinuerunt. Vnde quasi con-
 cludens ex predictis, subdit:

Tinorem autem eorum ne timueritis, ut non conturbemini.

Esa. 8. ¶ Quod utique ex Esaia desumptum esse manifestum est, eo
nō homi- videlicet loco ubi scriptum est: Et timorem eius ne timeatis
nes sed de- neque paucatis. Dominum exercitum ipsum sanctificate, ip-
um esse ti- se sit paucus, & ipse sit terror vester, & erit vobis in-
mendum. sanctificationem. Iuxta quem sensum & ipse Christus dicit:
Luc. 10. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui oc-
 cident corpus, & post hoc non habent amplius quid fac-
 ant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui
 postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam:
 ita dico vobis, hunc timete. Sequitur:

Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.
christum ¶ Hoc est, illius sanctitatem & diuinam maiestatem cogitan-
sancifice- tes, in ipsum sperate cum omni fiducia, scientes quia ipse no-
mus in cor- uit pios de temptatione eripere, iniquos vero in diem iudi-
dibus no- cij reseruare cruciandos. Malos enim male perdet. Itaque
stris. Christum dominum sanctificate, & passionibus vestris ob-
2. Pet. 2. amorem ipsius toleratis, sanctum sanctorum potestate glo-
Mat. 21. rificate, omnia quem patimini in ipsius gloriam referentes.

DOMI

DOMINICA SEXTA
post Pentecosten.



Vicinque baptizati sumus in christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

¶ In hac lectione ostendit Apostolus, q̄ fideles post consequutam (sive per baptismi, sive per poenitentiae sacramentū) remissionem peccatorum, nequaquā debet in pristinis remanere delictis, aut illis se rursus inquinare, sed potius in nouitate vita, per virtutis studiū perseuerare. Et primò quidem hoc sublimiter docet. Secundò, id quod docuit similitudine confirmat. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Si enim complantati.

¶ Circa primum duo facit. Primò docet, q̄ ad similitudinem Christi crucifixi & morientis debent, & ipsi fideles (q̄ Christi membra sunt) peccato mori, & à peccato profus cessare. Secundò docet, q̄ ad imitationem sive similitudinem Christi resurgentis, & post resurrectionē immortali & noua vita viuentis, & ipsi fideles debent in nouitate vita ambulare, ibi: Quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris.

¶ Circa primum ad pleniorum intellectum dicendorum est aduertendum, quod quidā pseudochristiani, Apostoli prædicationem audierēt, antidotū vitę ad lethale virus sibi conuertebat. Nam quum ex ipsius doctrina audissent, illuc abundare gratiā vbi delictum abundauerat, dicebat: Faciamus mala, vt veniat bona. Hoc est, Nil committere desinamus, vt increscēt delicto accrescat & gratia. Obiectum ergo sibi Apostolus quod peruersos homines sibi obiicere non ignorabat, dicens: Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abūdet? Sed citam quæstionis absolutionem ostendit, quum dicit: Absit, quod prohibentis est, idque Paulus in rebus solet absurdè per alios affirmatis usurpare. Et continuò rationem subiecit, mortuos dicēs peccato eos in quibus abundauit gratia, dicēs: Nam qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in eo? Vult enim tam firmum esse baptizatum, tamque perfectum,

Apostoli prædicationē ad prauum intellectū fuisse de mortuam.

Responso Apostoli.

Mortuus peccata.

DOMINICA SEXTA

fectum, quasi qui peccare non possit. Nam superueniente gratia dei per Christum, & in nobis per fidē regnāte, cōpimus viuere deo, mortui autē cōpimus esse peccato. Sicut enim deo viuere dicitur, qui secundū voluntatem dei viuit: ita & peccato viuere dicitur is qui secundum voluntatem peccati, id est, diaboli viuit.

¶ Dicit ergo Apostolus: Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Non enim post acceptā remissionem peccatorum, redeundum est ad peccatum ut abundet gratia, sed potius per ipsam gratiā debemus esse peccato mortui & sepulti, & resurgere in vitę nouitatem, id est, in iustitiam, & post, in vitam aeternā. Itaque vel hac maximē ratione nō est nobis ad peccatū denuō redeundum, quia in baptismo mortui sumus peccato per gratiā dei, ut iam nō dominetur nobis. Siquidem peccato mori, est à peccato & diaboli iugo liberari: quomodo ergo post tātum à deo acceptum beneficiū, adhuc viuemus in illo, & rursum vires aduersum nos hosti ministrabimus? Qui enim nobis hoc iam pr̄stiterit gratia ut moreremur peccato, quid aliud facimus si viuimus in eo, nisi ut gratiā prorsus simus ingratii?

Exponi. - ¶ Ergo quum ait gratiam abundare vbi delictum superatur verbi abundauit, nequaquam peccatum suadet, sed gratiā dei cōmendat. Non enim peccatis merito, sed auxilio miserētis vbi abū dei abundauit gratia vbi delictum abundauit. Sicut enim dāuit de- qui laudat beneficium medicinę, prodesse morbos nō dīlētum. cit & vulnera, à quibus illa hominē sanat: imò quāto maiori bus laudib⁹ medicina pr̄dicatur, tantō magis vituperātur vulnera & morbi, à quibus liberat quae ita laudatur: sic nimirum pr̄dicatio & laus gratiæ non commendatio, sed vituperatio est delictorum. Et sequitur initium lectionis:

An ignorati fratres, quia quicunque baptizat sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?

¶ Nō ergo paruo constat quo à peccato abluti sumus, nec mediocris pēsi medicina est, qua morbus noster (qui vtq; ad mortē est) curatur. Vnde Bern. Ex magnitudine remedij, periculi mei aetimo quantitatē. Filius dei iubetur occidi, vt preciosi sanguinis sui balsamo peccatorū mortalium vulneri-

vulneribus medeatur. Qui ergo abluti sumus, qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuem⁹ in illo? Expolia-
ui me tunica mea, (illa vtiq; quæ maculata est carnalis vi-
ta) quomodo induat illa? Lauis pedes meos, quomodo in-
quinabo illos? Aedificaui domū, quomodo sp̄otaneus exu-
ram illam? Salubriter à prudente medico alligata sunt ad
sanitatē vulnera mea, quomodo temerarius resoluā fas-
cias vim medicaminis perditurus, & quæ iam sanari cœ-
perūt, rursum illa recrudesce faciēs exasperabo? Quum
ergo peccato & diabolo in baptismo iā mortui simus, hoc
est à diabolo liberati, & à peccato abluti, pfectō nō ei de-
bemus rursum viuere, vt necesse sit denuō mori. Dū enim *In Chrl.*
baptizamur, Christo cōmorimur. Et quidem hac ratione *sto cur b̄*
dicimur in Christo baptizari, videlicet, vel quia ipſi⁹ Chri-
sti institutione baptizamur, vel quia baptizamur ipsius o-
peratione qui verē baptizat, & in spiritu sancto. *10an.1.*

¶ Dicimur autem in morte ipsius baptizari, tum quia ba-
ptismus à Christi morte virtutē habet, & ipsius morte ani-
marum nostrarum purificationem operatur. Tum quia ad *morte b̄*
similitudinem mortis Christi in baptismo peccato mori-
mur, vt dictū est. Nam sicut ille semel mortuus est carne *baptizari d̄*
& semper viuit, ita & nos semel mortui, siue per baptis-
mum, siue per p̄nitentiā (quæ veluti quoddā baptisma
est, vtrobique enim is qui dilexit nos, lauit nos à peccatis
nostris in sanguine suo) semel, inquā, mortui malo, sem-
per exinde viuamus bono. Sequitur:

conseptuli enim sumus cum illo per baptismum in mortem.

¶ Quasi dicat: Hinc vtiique in baptisme configuramur
mortienti Christo, quia etiam conseptuli sumus cum illo,
id est, ad similitudinem eius. Nos, inquam, ducti per ba-
ptismum in mortem, hoc est in peccatorum abolitionē.
Quocirca notandum, quod sicut Christus resurrectus à
morte, prius sepultus fuit, ita & nos spiritualiter resurre-
cturi ad vitę sanctę nouitatem, primū peccato mori, &
Christo cōsepeliri necesse est. Rursus, sicut ipse passionis *christi*
agonē pro nobis in cruce decertato, in sepulchro requie- *passio* &
uit, nō vlt̄à passione laboratus, ita & nos in baptismo *resurre-*
peccatis morimur, vt non amplius peccatorū morbis la- *ctio quid*
boremus. *docent.*

¶ Proinde

DOMINICA SEXTA

- Ioan. 19.* ¶ Proinde ad similitudinem sepulturæ Christi, & nos mysticè sepeliri debemus. Sepultus autē fuit Christus cū aromatibus, cum linteaminibus, in sepulchro nouo, lapide superposito, & custodibus adhibitis, qui sepultū seruarentur. Ad cuius imitationē & nos postquam spiritualiter crucifixi, & peccato mortui sumus per pœnitentiā, oportet in sepulchro pacis ab omni opere malo requiescere cū aromatibus bonę opinionis, quorum odore bono domus ecclesiarum repleatur, Quę nimis aromata animi virtutes sunt, fides scilicet, spes, charitas, téperantia, prudentia, iustitia, fortitudo, humilitas, mansuetudo, misericordia, & similia, quæ tanquam aromata preciosa in domo dei (quę est ecclesia) viuificum de se spargūt odorem. Nec sit tibi cura, si Iudas quispiam hoc offendatur odore, si obloquatur, si murmuraret, si bonum in mala conuertens contendat in electis ponere maculam. Tu file tātūm, & dominus respōdebit pro te, qui & eō magis opus tuum cōmendabit, quo id inuidiū liuor carperit amplius.
- Eccle. 11.* ¶ Secundū, spiritualiter sepeliri debemus cū linteaminibus, seu sindone munda. Sic enim veris Iudeis, non litera sed spiritu, mos est sepeliri, id est, cum munditia cordis & innocentia vita. Siquidē honor & pax omni operanti bonum. Et quomodo linteamen labore multo & arte cōficietur, sic & tu (ut perfrui sancta pace, quasi molli linteamine vndeque possis inuolui atque mulceri) id enitere, quatenus operibus piis, & per sanctam pacem hinc proueniētem, tam tibi ipsi quam deo, & proximo concilieris.
- Sepulchro nouo* ¶ Tertiū, in sepulchro nouo, id est, corde, non solum mundo dato per pœnitentiam, sed etiam proposito melioris vita renouato, te sepeliri necesse est. Is enim qui interior homo noster est, renouatur de die in diē, sicut ait Prophetas: Renouabitur ut aquila iuuentus tua. Nec mirum est, si is qui ad morem aquilæ visu pollet interior de die in diem renouetur. Nam quoniam illud bonum facit, quod intelligebat, venit ad bonum quod prius non intelligebat. Etenim intellectus bonus omnibus facientibus eum, & seruus qui super modico fidelis inuenitur, constituitur super multa.
- Mat. 25.* ¶ Quod autem Christi sepulchrum lapideum fuit, constantiam nostram & fortitudinem significat. Lapis enim non
- cum lin-
teamini-
bus.*
- Ioan. 19.*
- Roma. 2.*
- Sepul-
chro nouo*
- 2. Cor. 4.*
- mēs qua-
literreno
uatur.*

non facilè cedit. Sic & tu, vt̄i decet Christi militem fortē, loco ne cedas, sicut per Salomonem dicitur: Si spiritus po testateccl. 10.
te habentis super te ascenderit, tu locum tuum ne dimiseris. Cuius causam alio loco aſſignans dicit: Sicut Prov. 27.
auis transmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locū ſuum.

¶ Quartō, lapis ſuperpoſitus erat ſepulchro claudens il- Lapide ſu-
lud, egreſſum prohibēs pariter & ingressum. Lapis hic qui perpoſito. magnus erat & magni ponderis, nō incōgruē dei timorē designat, qui humano cordi ſuperpoſitus, custodit illud & claudit, prohibens ingressum concupiſcentiarū & ſuggeſtioneſ malignarum, comprimens nihilominus humanę Hic lapis
præumptionis audaciam, ne per iactantiam vel arrogan- mentem
tiam egrediamur, eavidelicet temerariē ad vanam gloriā premat.
ostentādo, quæ in authorē omnium bonorū referēda ac- Prov. 16.
cepimus. Scriptum quippe eſt: Per timorem domini, decli- Eccle. 1.
nat omnis à malo. Vnde & qui ſine timore eſt, nō poterit iuſtificari. Hoc lapide preſſus feruabatur, qui ait: Semper 1ob. 31.
enim quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui deum, & pō-
dus eius ferre nō potui. Hoc ait vir ſimplex, & rectus, ac
timens deum, & recedēs à malo, cui ſimilis in terra alter 1ob. 9.
non erat. Qui & ipſe rurſus alio loco ait: Verebar omnia Circuſpe-
opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti. Circuſpe-

¶ Quintō debet adhiberi ſpiritualiter ſepulco custodia Elio ani-
ſollicitę circuſpectionis, ne circuueniatur à Satana, & Ie- mæ custos
sum, id eſt, ſalutem amittat. Ipſe etiam hostis noſter, non 2. cor. 11.
modò patenter nos impugnat, ſed & ex iſidiis atque la- Ephes. 3.
tenter transfigurāſ ſe in angelū lucis, ſub ſpecie boni pe-
ri culoſius tentans. Quamobrem circuſpectos vndique
nos eſſe neceſſe eſt, ne quis tollat à nobis Iesum, qui per
fidē habitat in cordibus noſtriſ, né ve ſeducamur ab adu-
lantibus, vel ne malē ſuadētibus acquiescamus. Vnde per
Salomonem dicitur: Fili mi, ſi te laetauerint peccatores, Prov. 1.
ne acquiescas aīs. Si dixerint, veni nobiscum, iſidiemur cauendū
ſanguini, abſcondamus tendiculas contra iſontem fru- à ſeducto-
ſtra. Et poſt pauca: Omnem, inquiunt, precioſam iſiſtan- ribus.
tiā reperiemus, implebimus domos noſtriſ ſpoliis, ſor-
tem mitte nobiscum, marsupium vnum ſit omniū noſtriū.
Fili mi, ne ambules cum eis. Pedes enim illorum in ma-

DOMINICA SEXTA

& electionem faciamus. Hoc etenim reflorere est, & post spiritualem resurrectionem in nouitate vita ambulare.

HOMILIA ALTERA.

Roma. 6.

Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.

¶ Postquam docuit Apostolus, quod post acceptam remissionem peccatorum, nemo debet ad pristina peccata redire, sed potius qui per baptismum Christo commortui & consepulti sunt (ut dictum est) debent cum resurgente a mortuis, & ipsi a peccatis resurgere, & exinde in sancta vita nouitate ambulare. Hic consequenter, quod illic docuit veneranda similitudine confirmat, ostendens quod ad imitationem & similitudinem Christi crucifixi, & morientis, debent & ipsi fideles peccato mori, & a peccatis celare, dicens: Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius. Si, pro quia ponitur, quasi dicat: Quia cōplantati sumus similitudini mortis eius. Ostendit Christi mortem quandam mysticę plantā esse, cui nos nunc vult esse complantatos, & ex succo radicis eius viuere, quæ radix succrescens producat ramos iustitiae, & afferat fructus vitæ. Quod si vis de scripturis agnoscere quæ sit ista planta cui cōplantati esse debemus, & cuius generis arbor, audi quid de Christo sub nomine sapientiae scribitur: Lignum virtutis est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam, beatus. Christus ergo dei virtus & dei sapientia, ipse est arbor vita, cui cōplātari debemus, & nouo quodā atq; amabilidoно, mors illius nobis arbor vita efficitur. Omnis planta hyemis tempore moritur, refloritionem verò, quasi resurrectionem tempore veris futuram expectat. Si ergo & nos in Christi morte complantati sumus in hyeme seculi huius, id est, præsentis vita tempore, etiam ad futurum ver inueniemur fructus iustitiae ex ipsius radice proferentes.

Prou. 3.
I. cor. 1.

Simile.

christi
caro resur-
rectione
florens
fructum
attulit.

¶ Quum ergo dicit, si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, palam est cum loqui de fidelibus ad similitudinem arboris euulsi de terra mala, & in terram bonam traspōsitæ, ac si dicat: Per Christi mortem sumus euulsi de peccato, tanquam de terra mala, & plātati in gratia tanquam in terra bona, ut fructum

Etum qui permaneat afferamus. Nam & domini corpus quum esset in terra sepulturæ mandatum fructum protulit, quum per resurrectionem ad vitam immortalem rursus germinauit. Fructū proinde protulit multitudinis credentium, de quo ipse ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solū manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Sed hoc ad rem attinere dignoscitur, q̄ ille in terra sepultus, nos in aqua baptismi illi sumus conseptuli. Ille corpore mortuus, nos mortui peccato. Propterea nō dixit, quod complantati facti sumus morti eius, sed similitudini mortis eius, ideoq; & resurrectionis participes erimus, & vita illius sempiter næ hæredes, & hoc si bonis operibus à peccati vetustate nos prius resurrexisse probemus: vt sicut ipse deposita vetustate, à morte nouis resurrexit, ita & nos in nouitate virtutis ambulemus. Tūc enim similitudini resurrectionis suæ configuramur, si mortis suæ similitudini prius fuerimus complantati, vt in salutari lauacro omnia peccata depontentes, postmodum non peccemus. Nam hęc similitudo mortis, præstabit similitudinē resurrectionis, vt in nouitate vitæ ambulemus.

Todis. 12.

Considerandum proinde est, quod pulchra congruitate mors illa qua peccatis per Christi gratiā mortui sumus, & vita qua nunc in iustitia, & post æternaliter cum Christo victuri sumus in Christi morte, & resurrectione figurata sunt. Mors etenim Christi & resurrectio, non tantum res, sed etiam sacramēta sunt. Quicquid enim gestum est in Christi cruce, in sepultura, in resurrectione eius, in confessu etiam ad dexteram patris: ita gestum est, vt his rebus non tantum dictis, sed etiam gestis, mysticè configuraretur vita Christiana. Attende ergo, singula quæ facta sunt in his predictis, & qualiter ex eis fidelium vita informentur. Christus qui vixerat homo vetus, hoc est in vetustate à primo homine contracta, nō secundum culpā, sed tantum secundum pœnam, famem, scilicet & sitim & humiliſmodi, hoc modo vetustatem ipsam finiuit & deposituit, vt crucis dolores sustinēs, sic haberet membra in cruce distenta, & cōfixa, ne ad priores actus moueretur, à quibus etiā sepultus quietuit, humanis subtrahitus aspectibus. Per

Christi
hæ myste
ria quid
nos docet.

gg iij hoc

DOMINICA SEXTA

hoc nimis in insinuans, & exigens à nobis, quatenus peccatorum nostrorum vetustate deposita, membra nostra continentia atque iustitiae clavis adeò confixa habeamus, ut nequaquam vltra ad priora mala redeamus. A quibus ita quiescendum nobis est, ut nec eorum visio, nec memoria habeatur, & sic ad bona resurgentis in nouitate vita ambulemus de virtute in virtutem ascendentes, quoisque in terra viuentium Deum, sicuti est, videamus. In cruce ergo dolor est tolerantium, in sepulchro requies absolorum. In resurrectione vita iustorum, in ascensione profectus perfectorum, in confessu ad dexteram gloria beatorum.

Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut vltra non seruiamus peccato.

Vetus ho
mo noster
quid sit.

Hic afferit nos simul cum Christo spiritualiter crucifixos esse, ut destruatur corpus peccati, ut vltra non seruiamus peccato. Vbi vetus homo noster intelligendus est vita prior, quam duximus in peccatis, cuius finem & interitum facimus, vbi in Christi crucifixi fide à peccatis nostris resipiscimus. Nam per veram compunctionem in eadem fide ita destruitur corpus peccati, ut membra nostra quae seruiebant peccato, vltra ei non seruant sed deo. Per hoc ergo quod ait, qui vetus homo noster simul crucifixus est per lauacrum salutare cum Christo, te crucifixum intellige, qui per gratiam membrum de corpore eius factus es. Et ille quidem innoxium corpus appendit, ut noxiū solendas à vitiis.

Vt destru
atur cor
pus pecca
ti.

Ioan. 8.
Iere. 16.

Potes autē & sic accipere, vt vetus homo noster hoc ipsum nostrum mortale corpus sit, quod ad malum proelue est. Ut destruatur corpus peccati, id est, ut corpus nostrum à seruitute peccati vindicetur, & fiat mancipatum iustitiae, quod solebat esse peccati. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati: ut vltra nō seruiamus peccato, quae seruitus est omnium vilissima, miserrima, prorsus inutilis & summè danosa. Seruietis, inquit Propheta, diis alienis in terra nō vestra qui nō dabunt vobis requiem die & nocte. Qui vero sunt Christi, hac seruitute cōtempta, & ipsi carnem suam cruciferunt cum vitiis & concupiscentiis.

Gala. I.

Quod autem per huiuscmodi veteris hominis crucifixionē, & offensa diuina placari, & gratia cœlestis pluvia sterili-

sterilitatem mentis nostræ (vt ad salutem fructificet) irrigatura, possit obtineri, figuraliter ostéditur in Regum historia. Vbi scriptum est, quod quum fames esset in diebus ^{2.Re.21.} Dauid annis trib^o ingiter, & ipse desuper cōsuluisse ora-
colum domini, responsum accepit, accidisse hoc propter ^{terre pro} peccatum Saul, qui cōtra fas & iusurandum occiderat, ^{Ga pter pec-}
Gabaonitas. Gabaonitæ, aduenæ erat de gente Chananaorū ^{cath. Saul} quos olim Iosue sub iureiurando acceperat fœderatos. Hi ^{Iosue.9.} ad ritum Israélitica gentis transierant, deputati verò erat ^{Viri.7.de} in ministerium, vt ligna cädere in usum perpetui ignis in ^{stirpe Sa.} altari domini. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid fa-^{ul crucifi-}
ciam vobis, & quod erit vestri piaculum? At illi petierunt ^{xi.} sibi dari septem viros de stirpe Saul, vt crucifigeret eos in
mōte corā domino. Quod quum factum esset, mox cœlū
dedit pluviā, & terra dedit fructum suū, & fames cessauit.
¶ Siccas hæc atque sterilitas, cœlestis gratiæ defectus est. ^{sterilitas}
Quod autem hæc calamitas triennalis esse memoratur, ^{moraliter}
defectum fidei, spei, charitatisq; portèdit. Hæc enim sicut
à dei gratia in nos profiscuntur, & conseruantur: ita etiā
deficiente gratia, paulatim & ipsa deficiunt. Sed vt hæc a-
riditas irriguo gratiæ cœlestis fœcundetur, carnem cum
vitiis & concupiscentiis crucifigere necesse est.

¶ Quoniam verò vitia capitalia quæ spiritualiter crucifi- ^{Septē vi-}
gēda sunt, septenario numero distingūtūr, rectè septem ^{tia capita}
viri de stirpe Saul, crucibus singulis affiguntur. Saul autem ^{lia desi-}
qui per inobedientiā diuina præcepta prævaricatus, domi- ^{gnata.}
num dereliquerat, non incongruè hominem quilibet im-
piū, diuinæque legis cōtemptorem, oppressorēmque pau-
perum designat. Gabaonitæ autē humiles & subiecti erat ^{Gabaoni-}
iuxta nominis significationē. Interpretatur quippe, vallis ^{tae.}
tristitia, id est, humiles atque lugentes, quales nos vult cf
se qui ait: Discite à me, quia misericordia sum & humili corde. ^{Mat. II.}
Et iterū: Beati qui lugentis, quia cōsolabimini. Proinde om- ^{Luc. 6.}
nis valis, id est, mens humili implebitur. Siquidem humili- ^{Luc. 3.}
bus dat gratiam. Hinc enim valles abundabunt frumen- ^{1.Pet. 5.}
to. Gabaonitorum erat ligna cädere ad nutrimentum ignis ^{Psal.}
in altari Dei (vt dictum est) qui ignis iugis atque perpe- ^{Ignis in}
tuus erat, dicēte domino: Ignis in altari meo semper arde ^{altari}
bit. Quo nimis illud significatum est, quod indeliciens ^{quid.}
^{Leui. 6.}

DOMINICA SEXTA

Luc. 12. charitas in cordibus fidelium perpetuò flagrare debet, iti
dem dicente domino. Ignem veni mittere in terram, &
quid volo nisi ut ardeat? Hunc autem ignem quid magis
conseruat quam cinis humilitatis? quid efficacius nutrit
quam luctus pi^o & tristitia sancta, & abdicatio huius seculi
ligaudiorum?

Superbia crucifigi- ¶ Ceterum ut cuique .7. capitalium vitiorum sua crux tri-
buatur, aduertam⁹. Primum, quod superbia crux humilitas
est. Tribus autem clavis superbia crucifigitur, & in vera metis
humilitate mortificatur. Clavi isti considerationes atten-
tiae metis sunt Quarum prima est, consideratio propriæ vilitatis.
Altera est, consideratio alienæ probitatis & sanctitatis.
Reliqua est, consideratio diuinæ seueritatis. His considera-
tionibus improbitas superbia confusa mortificatur.

Avaritia sic crucifi- gitur. ¶ Avaritiæ crux largitas est. Crucifigitur autem avaritiæ
per tria. Primum est, malè acquisitorū restitutio. Secundū,
propriarū facultatum propter deum in pauperes erogatio.
Tertium est, bonorum in cœlo promissorum appetitio.

Luxuria sic crucifi- gitur. ¶ Luxuriæ crux est castitas. Hæc crucifigitur per tria. Vna
est, carnis castigatio. Alterum est, periculose societatis & op-
portunitatis ruinosæ viratio. Reliquum est, sollicita cordis
custoditio.

Inuidia crucifigi- tur. ¶ Inuidiæ crux est charitas. Crucifigitur autem triplici con-
sideratione. Quarum prima est, qui sui ipsius est grauiter affli-
tiua. Secunda, quod est sui conatus perditua. Non enim
nocet ei in quæ tedit, sed sibi ipsi. Tertia, quod est diabolo
assimilatiua. Cuius inuidia mors intravit in orbem terrarum.

Sapien. 2. Gula cru- cifixitur. ¶ Gula crux frugalitas est. Crucifigitur autem & ipsa tri-
plici consideratione. Prima, quia corpus corruptit & de-
bilitat. Secunda, quia substantiam temporalem dilapidat.
Tertia, quod hominem vilem reddit & dehonesta.

Ira sic crucifigi- tur. ¶ Ira crux māsuetudo est, & ipsa similiter triplici considera-
tione crucifixia destruitur. Prima est, quod deum grauiter
offendit. Id enim quod deus sibi reseruat inuadit, vindicta
videlicet quā iniquè sibi usurpat reclamante domino & di-
cete: Mea est uultio, & ego retribuam. Deum proinde ē suo
habitaculo, id est, humana mete pellit, cuius nō in ira cū
dię furore, sed in pace sancta, locus est. Secunda considera-
tio est, quia suū possessorē acerbo cruciatu ledit, sicut per

Leuit. 32. psal. ¶ Sapientem

Sapientem dicitur. Zelus & iracudia minuit dies. Rursus humanæ mētis statū subvertendo consilium impedit. Denique in malum propriū pertinacius impingit, cum grādi malo suo cōtra stimulum calcitrando. Tertia est, quia dimissa proficit multū & expedit. Scimus enim q̄ si iram remittēdo dimiserimus proximis, quę in nos cōmiserūt peccata, dimittet & nobis pater cœlestis peccata nostra, Poterimus quippe dominū secūdū cautionis suę vinculū cōnire, q̄ nobis peccata dimittat. Ait enim: *Dimitte, & di-* *mittemini.* Et qua mēsura mēsi fueritis, remetietur vobis. *Luc. 6.* *Mat. 7.* *Acedię crux est sancta diligentia,* & ipsa triplici cōfide- *Acedia* ratione crucifixia mortificatur. Quis enim hanc à se non *crucifigri-* prorsus excutiat, Primò, si cōsideret temporis breuitatem. *tur.* Secūdò, euasæ per instatiā sanctæ operationis & honorū laborum poenæ futuræ acerbitatē. Tertiò remunerationis *2. Cor. 11.* magnitudinem & æternitatem? Ecce septem virtus capita- *Ioan. 3.* lia, singula suis propriis crucibus, & suis clavis, crucifixæ. *Dent. 28.* Si enim nosmetipsos: hoc est, vt itia nostra dijudicaremus, non vtique iudicaremur, Quod quia non facimus prohibentur nobis de cœlo stillę pluviarum, & terra quam calcamus ferrea, & cœlum desuper æneum nobis est.

¶ Denique, si hoc quod dictum est modo, *vetus homo no-* *ster crucifixus esset, vtique destrueretur corpus peccati, id* *est, congeries ipsa omnium nostrorū peccatorū, quę pec-* *Esa. 59.* *cata, quasi lapides quidam, parietem inter deum & nos cō* *Esa. 38.* *stituunt, qui abscondit faciem eius à nobis. Ad quem parie* tem oculos nostræ mentis conuertentes (quomodo Eze- *Ezec. 8.* chias fecit) fletere debemus. Quem nihilominus parietem *peccatorū* in Ezechiele fodere iubemur, vt peccatorum abominationes cernentes, has iustis fletibus, & humili confessione cordam deo diluamus, & in futurum nosmetipsos illis nullatenus accommodantes, exhibeamus nos mortuos peccatis. Vnde subdit Apostolus, dicens:

Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.

¶ Per similitudinem loquitur. Quasi dicat: Qui corporaliter mortuus est, iustificatus est. Non enim vltra qui iam mortuus est, peccare vñquam poterit. Siquidem nec membra sua, nec sensus peccato deinceps potest accommodare, sic & vos, inquit, qui peccato mortui, & Christo domino commortui

DOMINICA SEXTA

cōmortui spiritualiter, & cōsepulti estis, in omne futurum
tēpus à peccato iustificati, & immunes remanere debetis,
nequaquam s̄esus aut membra vestra ad peccādū vlt̄r̄ ac-
commodātes. Quū aut̄, aut̄ auaritiae, aut̄ luxuriæ, aut̄ cuius-
uis vitij sensu, mētes vestras pulsauerit, cōtinuò mortuos

*Mors spiri-
ritualis
magni pe-
re cupienda*
vos peccato reminiscētes negetis omnino cōsensum. Sic
enim opitulāte deo fieri, vt sensu peccati, (quū illud à vo-
bis prot̄ alienū arbitrati fueritis) corda vestra nō cōtami-
nentur. Verè fœlix atque beat⁹, qui sic est peccato demor-
tu⁹, sicut in Apocalypsi scriptū est: Beati mortui qui ī domi-
no moriuntur. Nam pretiosa est in cōspectu domini mors
sanctorum eius. Siquidē (vt iam dictum est) hæc mors ni-
hil est aliud quām mortuum esse peccato, & vsqueadē
carnis concupiscentias & secularia desideria perdomuisse
vt ea non magis quām si mortuus essem, sentias. Hæc mor-
tem sibi vir sanctus exoptans de iis qui illam fœliciter cō-
sequuti sunt dicit: Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi
quieuerūt fessi robore, & quondam victi pariter sine mo-
lestia. Non audierunt vocem exactoris, id est, tētatoris. Et
utique qui hoc modo mortui sunt propter Christum, victu-
ri cum illo sunt, prout subdit consequenter dicens:

*Si autē mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam vi-
uemus cum illo.*

Q.d. Si commortui Christo facrimus, id est, assimilati
morti eius, quomodo dictū est, præter prædicta & hoc ha-
bebimus cōmodi, quia viuemus cum eo in æterna vita. Ea
mus ergo & moriamur cū eo. Qualiter autē ad hæc morte
procedatur, habes in expositione epistolæ dominicæ secū-
dæ post Pascha. Dicit igitur: Si mortui sumus cū Christo,
credimus, (nec vana fides) quiasimul etiā viuemus cū illo;
viuemus inquā, & tali vita, quali viuit ipse. Vnde sequitur.

*Scientes quid Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur
mors illi vlt̄r̄ non dominabitur. Quid enim mortuus est peccato,
mortuus est semel: quid autem viuit, viuit deo. Ita & vos, existima-
tē vos mortuos quidem esse peccato, viuētes autem deo, in Christo Ie-
sus domino nostro.*

*Videretur fortasse hoc loco Apostolus longiori oratio-
ne prouectus, quod tamen non ita se habet: Superius nan-
que differuit, oportere nos semper peccato esse demor-
tuos*

tuos, nunc vero ut in nobisipsis vita spiritualis habenda sit resurrectione. Nam si Christo per baptismum commortui sumus, credimus nos & vita ipsius nouitate resurrectionem spiritualem, & tandem etiam corporalem asequi posse, nobis perpetuo futuram. Nam Christus, inquit, resurgens ex mortuis, iam non moritur per dissolutionem animae & corporis. Quod enim mortuus est peccato, id est, propter mundi peccatum tollendum, mortuus est semel, tametsi peccato non esset obnoxius. Quod autem vivit, vivit deo, id est diuinæ potentiae: vel vivit deo. i. ad similitudinem dei patris, quia sicut nec pater vita, ita nec vita Christi, ullam omnino recipit diminutionem. In dei namque & patris virtute, vitam agit perpetuam. Et quoniam non iterat moriturus est Christus, nec ipsi quidem per baptismum peccato mori iterat poterimus, quia Christus non potest pro nobis denuo crucifigi, sicut dicit ad Hebreos: Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c. quibus non penitentiam negat sed iterationem baptismi difficitur. Quod autem subiecit Ita & vos, existimate vos mortuos quidem esse peccato, hoc est, Cogitate vos mortuos esse peccato. Res enim de qua sermo est in cogitatione consistit, quia huiusmodi mors non in effectu, sed in cogitatione habenda est.

*Quod autem
tem vivit
vivit deo.*

*Heb. 6.
Iteratio-
ne baptis-
mi pauli
difficitur*

*Existimare
re se mor-
tuum pec-
cato.*

¶ Qui enim cogitat vel existimat apud semetipsum mortuum se esse peccato: Verbi gratia (ut iam supra tacitum est) si concupiscentia mulieris trahat, si argenti, si auri, si praedij cupiditas pulset, & ponat in corde suo quod mortuus sit cum Christo, & de morte cogitet, in ipso extinguitur continuo concupiscentia, & effugatur peccatum. Et quia non sat est pulso habitatore immundo, si domus mentis mundata & ornata, vacans permaneat: ideo quum pramississet, existimate vos mortuos quidem esse peccato, mox adiecit: Viventes autem deo in Christo Iesu domino nostro. Operatio enim vitam probat, quasi dicat: Non velim vos peccato mortuos, in vita nouitate ad otium resurrexisse, sed ut exinde vivatis deo, videlicet in sapientia, in pace, in iustitia, in sanctificatione, quæ omnia Christus est. In his ergo vivite deo: hoc est, in Christo. Nec vlla nobis relinquitur excusatio, quin de cætero sic vivamus, quoniam si peccato demortui permanserimus, resurrectionem eius vita quæ secundum

DOMINICA SEPTIMA

secūdum deum est in Christo Iesu, illius ope adipiscemur.
Qui enim vel mortuos suscitauit, longe magis & viuos in
vita seruabit.

DOMINICA SEPTIMA

post Pentecosten.

Rom. 6.



*V*manum dico propter infirmitatē carnis vestre.

¶ In hac lectione Apostolus Primō tradit rationabilem & sanctā exhortationem. Secundō, ponit huiuscē exhortationis rationem. Primum facit à principio lectionis.

Secundum, ibi: Quum enim serui essetis peccati. Circa pri-
mū dicit: Humanum dico propter infirmitatē carnis vestre. Vbi duo facit. Primō ponit clementia suā tempera-
mentum. Secundō, subiungit ipsum rationale hortamen-
tum, ibi. Sicut enim exhibuistis.

*Apostoli
clementia
in precipi
endo.*

¶ Circa primum dicit: Humanum dico, quia nondum ad plenū potestis audire diuinū, propter infirmitatem car-
nis vestre. Quum enim in præcedentibus docuissest non esse peccandum, hīc consequenter docet quid deinceps sit agendum, scilicet ut seruiatur iustitia, vnde se nemo po-
test excusare, quum sit nemo, qui (si velit) non possit bene operari, saltem voluntate. Et ne religio Christiana aspers-
nimis, aut importabilis cuiquam videatur, & ob id ab ei
fugiatur, humanum quiddam & leue precepit, ut videlicet ea mēsura seruiam' deo, qua pri⁹ peccato famulabamur.
Humanum, inquit, dico. Ac si prudens medicus sciens in-
firmum plusculum teneriorem, in initio curationis leuio-
ribus fomentis vtatur.

*Apo. pau-
lus quasi
prudēs me
dicus.*

¶ Ita Apostolus (vtique prudens medicus animarū) sciens durius imperanti difficultius obaudiri, simul & humanam noscēs fragilitatem humanitate temperat iussionē, quā dicat: Id quod vobis faciendū indico, exiguum aliquid & tenue est, & vestrē cōueniens infirmitati. Nam & si longe magis sit deo quām peccatis inseruendum (quippe quum hic salutis meritum, illuc damnationis & mortis stipendium sit) quum maiora, inquit, iubere deberem, si vos ferre pos-
setis, tamen propter infirmitatem carnis vestre, saltē parē

ei quam delicto exhibuistis, nunc deo prestatte seruitute. ¶ Est autem quadrifaria carnis infirmitas. Prima est, infirmitas nature, quia videlicet infirmus est homo ad subsistendum, de qua scriptum est: Homo infirmus, & exigui temporis. Et iterum: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Hac carnis innatam infirmitatem & fragilitatem repentinus plerunque probat interitus. Vnde Boëtius: Quid (si corpus spectes) imbecillus homine reperire queas, quos sœpe muscularum vel morsus, vel in secreta quæque rephantum, necat introitus? Profectò vitro & fictili vase fragilior & infirmior homo est, hæc enim cura seruari possunt, homo nequaquam. Hanc infirmitatem considerabat qui ait: Ventus est vita mea. Infirmus etiam est homo ad bene agendum, iuxta id quod alio loco ait Apostolus: Velle quidem mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Infirmus etiam est ad sustinendum, sicut vir sanctus ait: Quæ est fortitudo mea ut sustineam, & quis finis meus ut patienter agam? Nec enim fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Hac sua infirmitate considerata Propheta precatur, dicens: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quin potius, miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.

Quadrifaria huminis infirmitas.

*Sapien. 9
Matt. 26
Boetius.*

*Iob. 7.
Roma. 7.*

Iob. 6.

Infirmitas culpa.
*Eze. 34.
Matt. 9.*

Roma. 5.

Eccle. 5.

2. Par. II.

1erem. 4.

¶ Secunda est infirmitas culpæ, de qua dominus per Ezechiel ad pastores loquens dicit: Lac comedebatis, & lanis operiebamini. Sequitur: Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum erat, non alligastis. Huic nostræ curandæ infirmitati, Dei filius de cælo se medicum venisse testatur, medicum sane omnibus malè habentibus opportunum. Cuius dignationem pariter & sanandi modum Apostolus demirans, exclamat: Ut quid enim Christus quum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus est? Hæc est illa infirmitas pessima, quam Salomon vidi sub sole. ¶ Hinc regi Ioram per epistolam denuntiauit Helias, dicens: Tu autem ægrotabis pessimo languore vteri. Vnde postea scribitur: Mortuus est in infirmitate pessima. Mala nempe, immo pessima illa vteri infirmitas est, quæ propheticus sermo deplangit, dicens: Ventrem meum doleo, venter meum doleo. Vermis enim illic assidue rodens nascitur,

DOMINICA SEPTIMA

scitur, propter deuoratos fructus nondū maturos, illicitas scilicet voluptates carnis, & seculi hui^o gaudia vana. Qui vermis, nisi per p̄c̄nitentia salutaris amaritudinem nunc extinguatur, non morietur in eternum, dicente Propheta: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nō extingueatur. Et quia hæc infirmitas ad mortem est, corporis quidē frequenter, animæ verò semper, ideo summo studio semper vitanda est, sicut admonet Sapiens quum dicit: Quasi rumphea bis acuta omnis iniquitas plague illius (id est, damnationis perpetuæ) non est sanitas.

Eccle. 28.

Infirmitas animæ peccatum recte dicitur.

Inuenialis

Ierem. 10.

Ibidem.

Quæta secum infirmitas afflrat inco modis mortaliter.

Thren. 4

Iota. 9.

¶ Et rectè quidem peccatum infirmitas animæ dicitur, quia sicut corporis infirmitas ex inæqualitate & distempore rantia humorum nascitur, ita peccatum ex distemperantia rationis & operum, & inordinatis humanæ mentis cupiditatibus generatur. Vnde & de hoc vitiorum morbo, corruptissimum quendam denotans Satyricus ait:

Ecce iterum Crispinus adeſt mihi ſæpe vocandus
Ad partes, monſtrum nulla virtute redemptum
A vitiis, æger, ſolaque libidine fortis.

¶ Dicat cum Ieremia quisquis hac infirmitate laborat: Ve mihi super contritione mea, pessima plaga mea. At verò quoniam plerique diuina correptione ab huiusmodi morbo sanātur, post pauca idem Propheta deprecādo subiunxit: Corripe me domine, veruntamen in iudicio & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. In iudicio, videlicet misericordia tua dulcedine tēperato, ne forte iustitiae diſtrictio obruat ſigmenti tui fragilitatem.

¶ Notandum proinde est, quod sicut corporis infirmitas efficit dolorem, deſtruit appetitū, immutat colorem, impedit operationem, disponit ad mortem: ita & peccatum affigit & cruciat animam ſibi male conscientiam, appetitum & gustum cœlestis verbi & piorum exercitiorū deſtruit, & immutat, & depellit colorem conuerſationis honestæ, ſicut in Threnis Propheta deplangit, dicens: Quomodo obſcuratū est aurum, mutatus est color optimus? Impedit nihilominus infirmitas hæc operationem meritoria. Si quidem in nocte, id est, in tenebris delictorū, abſente radio ſolis iustitiae, nemo potest operari cibum illū qui non perit, ſed permanet in vitam æternam. Rursus quum quiſquis

quis in peccato est, seruus sit peccati & diaboli, qui præcessit peccatis, seruus autem non potest contra sui domini voluntatem, nulla ratione maligni spiritus captiuis suis permettunt benefaciēdi facultatem, nisi fortè dei gratia opitulatē, sese denuò vendicent in libertatem, & dicant cum Prophetam: Disrumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Deniq; infirmitas hæc disponit ad interitum & perditionem, mortem videlicet pessimā. Stipendia nanque peccati, mors. Itaque nimis insipiens est, quisquis sibi conscius huiuscmodi infirmitatis, negligit pœnitētiæ medicinam. Hinc sapiens: Fili mi, inquit, in tua infirmitate ne despicias temetipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te. Eccle. 38.

Tertia est infirmitas consuetudinis prauæ, de qua intellegi potest, quod in Threnis scriptū est: Infirmata est virtus mea, dedit me dominus in manu de qua nō potero surgere. Nam (ut beatus Gregorius ait) difficile surgit, quæ molestæ prauæ consuetudinis premit.

¶ Et hæc est pedum, id est, affectionum infirmitas. De Asa rege scriptū est: Aegrotavit Asa dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit dominū, sed magis in medicorum arte cōfisus est. Medici isti in quos tota peccatricis animæ substātia sine assequitione salutis erogatur, maligni spiritus sunt, quorum funesta medēdi ars, est astutia, & dolis animas deducere in interitū gehennæ. Porro pharmaca, quæ huiuscmodi infirmis suis subministrant, voluptates sunt carnis.

In hos medicos, tota substantia tunc erogatur, quando peccator homo & corporis sui vires & mentis, itēmq; facultates rei temporalis, & gratuita dei dona vniuersa, carnis suæ voluptatibus, secundum diabolicæ fraudis suadēlam, insumit & impēdit. Nec tamē in infirmitate sua hac peccator dominum querit. Nam quo prauæ cōsuetudinis inorbus inualescit amplius, eo magis seducta mens ab auro salutis alienatur. Quām sit autē difficile ab hac infirmitate ad spiritualē sanitatē denuò redire, Ieremias ostēdit quum dicit: Si potest Aethiops mutare pellem suā, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, quū diceritis malū. Quis enim id quod ei quasi cōnaturale fāctum

peccati
seruus nō
potest cō-
tra domi-
ni sui vo-
lūtatem,

Eccle. 38.

Thren. 1.
Infirmi-
tas cōsu-
tudinis
malæ.

2. Par. 16
Asa pedi-
morbo la-
borans.
Medici
frandule-
ti.

Substātia
male ero-
gata.

Ierem. 13.

DOMINICA SEPTIMA

ctum est relinquat? Omnibus autem in ore est, consuetum
dinem, alteram esse naturam.

infirmitas tēpōrālīs pænæ. ¶ Quarta est infirmitas temporalis pœnæ, de qua illud est: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei.

Plerique etenim qui in corporis sanitate & prosperitate huius seculi deū non agnoscunt, infirmatum doloribus subacti, & suam vilitatem, & diuinæ maiestatis potentiam

18.11. 11. agnoscētes, glorificant dominum. Quod planè exemplo

2. Mac. 9. Antiochi regis ostenditur. Hūc enim quum post innumera

Pœna docte hominē. flagitia, & blasphemias in deum dirus viscerum dolor

Jeſe cognitio. apprehendisset, etiam deo vindice dum properaret curru

scit. delapsus, grauiter allitus est. Tū is qui sibi videbatur etiā

fluctibus maris imperare, & montium altitudines in sta-
tera appēdere, supra humanū modum superbia repletus,

manifestam dei virtutem in semetipso contestans cœpit

ex graui superbia deductus, ad agnitionem sui venire, di-
uina admonitus plaga, ita ut tādem diceret: Iustū est sub-

corpora- lis infirmitas pœnæ. ditum esse deo, & mortalem non paria deo sentire. Quia

ergo huiuscmodi infirmitas, hominē in dei & sui cogni-

mitas pœnæ. mitationem deducit, meritò confitemur, quia infirmitas hæc

līs. nō est ad mortem, dicente Apostolo, & de his quæ in se-

2. Cor. 12. metipso fuerat expertus cōtestante: Quum infirmor, tūc

potens sum. Per hanc enim infirmitatem, caro quæ est ho-

Eccle. 31. stis animæ debilitatur. Per hanc denique à peccandi libi-

dine cōhibetur, sicut per Sapiētem dicitur: Infirmitas gra-

Dolores quisdam. uis, sobriam facit animam.

quosdam. ¶ Sed inter hæc considerandum est, quod licet plerique

emendat, per huiusmodi corporis infirmitates ad melioris vitæ fru-

quosdam. gem reducantur, nō nulli tamen per eas frustra cōmoniti,

non. à deo magis elongātur, sicut de Ochozia rege Israel scri-

4. Reg. 1. ptum legimus. Is enim quum cecidisset per cancellos eæ

Ochozias. naculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotaret, misit

per pœnæ nuntios dicens ad eos: Ite consulite Beelzebub deum Ac-

peior. caron, vtrū viuere queam de infirmitate mea hac. Qui-

In infirmitate. bus diuino iussu occurrens Helias, ait: Nunquid non est

deus in Israel ut etatis ad consulendum Beelzebub Deum sua demo-

Accaron? Quamobrem hæc dicit dominus: De lec̄tulo suē cōsulu per quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

it. 1ste

Iste nō ad exorāndā dominū, sed ad cōsilendum dāmonib⁹ in infirmitate sua conuersus est, & periit.

¶ Sed non sic ille fecit qui infirmitatum angustiis pressus ait: Verba mea dō ore sunt plena, quia sagittæ domini in me sunt, quarū indignatio ebibit spiritū meū, & terrores domini militant contra me. Sagittæ domini infirmitatum dolores, vel alia quælibet temporales pœnæ sunt, quæ in electis dei spiritū elationis ebibūt. Terrores autem eius, cōmigationes malorum sunt perpetuorum, qui tunc contra mortalium cupiditates militat, quando eos à peccatis futurorum malorum cōtemplatione cōpescunt. Propter has, inquā, multipharias mortalium infirmitates bene ait Aposto. Humanū dico propter infirmitatē carnis vestræ. ¶ Circa secundum, quod est rationabile Apostoli hortamentum, sequitur:

Sicut enim exhibuisti membra rebra seruire immunditiae, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiae in sanctificationem.

¶ Humanum incutit pudorem, dum id solūm exposcit, ut hoc saltē dependeāt iustitia, quod prius iniquitati & immunditiae detulerant. Quid tam humanum, tam leue, & quod nulla carnis infirmitas possit excusare? Multo enim amplius & multo propensius honorāda iustitia est, quam peccatis inseruiendū. Si ergo, inquit, humanè & clementer agō, eadē postulo, similia requiro. Dudum requirebāt pedes vestri ebrietates, & lupanaria, nūc currant ad ecclesiā. Protendebātur prius manus ut aliena raperent, nūc vt largiātur propria, extendātur ad inopes. Oculi iam circunspcionant pauperes, debiles, egenos, ad miserandū. Aures deletabātur auditu vano, vel bonorum derogationibus, nūc conuertantur ad audiendum verbum dei, & explanationem legis, & ad capiendam sapientiæ disciplinā. Lingua quæ conuitiis & maledictis & turpiloquiis adsueta est, conuertatur nūc ad benēdicendum deum in omni tempore, veritatem loquatur cum proximo suo. Sed quid opus est hęc per singula prosequi, quum etiam vniuersitatis membrī ministeriū quod exhibuit homovitiis, aptare virtutibus debeat, & actum quem exhibuit immunditiae, nūc ad sanctitatem & castitatem conuertere?

*Membra
queritiss
seruebāt
nūc iusti
tie deser
viant.*

hh ¶ Rursus

DOMINICA SEPTIMA

¶ Rursus quum vos totos, inquit, ei iure debeatis qui vos creavit & redemit, tamē propter infirmitatem carnis vestre humaniter dico, quia (sicut præmittitur) hoc humanū est, ut sicut exhibuistis, id est, voluntate libera duce, præparatis membra vestra (quæ vtique si vultis vestri juris sunt) seruire immunditiae carnis, id est, luxuriæ quæ corpus inquinat, & iniuriant mentis, quæ tametsi non maculet corpus, animā tamen coinquinat, vel iniuriant, id est, avaritiæ & iniustitiæ, ad iniuriantem scilicet augendam, iuxta illud: Qui in sordibus est, sordescat adhuc, (quando- quidē nequitas non coercita, in peius semper excrescit, & finis alterius sceleris, gradus sit futuri) ita & nunc, quum à peccato liberati estis, exhibete membra vestra seruire iustitiae in vestri sanctificationem. Ac si dicat: Sicut vos tunc nullus timor coegerit ad peccandum, sed libido vos voluptasque peccati duxit: sic & modò ad iustè viuendum, non vos supplicij metus urget, sed delectatio & amor iustitiae ducat: quum tamē plus debeat amari iustitia, quam tunc cōcupita fuit iniurias, ut scilicet pro iustitia toleret homo dolores, & cōtemnat omnia, etiā mortem. Suauior enim & delectabilior est iustitia quam iniurias, & ideo magis amanda. Attamen nō dicit Apostolus plus, sed sicut. Si ergo non plus seruitur iustitiae, saltem tantum ei seruiatur, quantum tunc iniuriant seruibatur.

Immūditiæ & iniurias. ¶ Porro non ociosè dixit, immūditiae & iniuriant, ut vniuersa carnis vitia sub immunditiae nomine cōprehendant, quæ ppter obscenitatē sui, propriis nominibus singulatim proferri non debent, sub iniuriantis verò vocabulo, concludat quicquid contra deum vel proximum à nobis iniquè geritur. Igitur hęc duo vel pręcipua vitia, videlicet cupiditas atque voluptas hoc loco suggillatur, de quibus quod per Salomonem dicitur intelligi potest: Sanguisugae duæ sunt filiae, dicētes: Affer, affer. Vbi diaboli crudelitas quę damnatarum animarum suppliciis satiari non potest, sanguisugae nomine exprimitur, cuius hęc duo vitia quād duæ filiae inexplicabiles sunt.

Luxuria ¶ Harum altera, scilicet voluptas, semper cupit epulari, lu-
quid relit xuriari, otiani, iocari, nec satiatur. Nam vt per Sapientē di-
Eccle. 23 Etum est, homini fornicario omnis panis dulcis, nec sati-
gabitur

gabitur transgrediens usque in finem. Et unde rursus per prophetam dicitur: Comedent & non saturabuntur: fornicati sunt & non cessauerunt. *Osee. 4.*

¶ Altera verò dicta sanguisugæ filia, scilicet cupiditas, semper sitit, non iustitiam, sed aurum, argentum, & possessiones terrenas, quibus tamen nec ipsa saturari potest. Avarus enim non implebitur pecunia. Has suas filias dia-bolus offert & prostituit vniuersis, ut per eas multam sibi affinitatem & stirpem acquirat numerosam. Cum prima nempe detestabili connubio copulantur quicunque voluptatum amatores sunt magis quam dei, cum reliqua, avari. Nonnulli verò ducunt vtranque, qui quicquid rapaci avaritia turpiter congesserint, id omne per luxuriam tur-pius dispergunt, bigami profecto miserrimi, duabus his diaboli filiabus insatiabiliter ardentibus, facere satis ne-quaque valentes. Quorum figuram Lamech gessisse videtur, qui bigamiam primus introduxit, sed non impunè, quum (ut authores tradūt) assidue grauter à duabus suis vxoribus afflisteretur.

¶ Onerosa proinde est lex huius infelicitis connubij, quia difficillimum est, voluptati pariter & cupiditati parere, pugnantia quippe iubent.

Voluptas enim otiori, Cupiditas imperat negotiari. Ista præcipit acquirere & retinere, illa effundere. Ista ventrem medio castigat iniquo.

Illavult distendi epulis, couiuis, & ebrietatibus saginari. ¶ Quod si nemo potest duobus dominis seruire, profecto nec peccator is suis quas sibi spōte elegit detestabilibus duabus dominibus, de qua vtiq; molestissima atq; importuna vitiorū istorū exactione, egregiè quidā sapiens ait:

Mane piger stertis, surge inquit avaritia, eia *Persius.*

Surge, negas, instat, surge, inquit, non queo, surge.

En quid agam? rogitas? en saperdam aduehe ponto, *Avaritia*
Castoreum, sluppas, hebenum, thus, lubrica coa. *præcipit.*

Tolle recens primus piper, è sítiente camelō,

Verte aliquid, iura, sed luppiter audiet, heu heu

Vare registatum digito terebrare salinum,

Contentus perages, si viuere cum Ioue tendis.

¶ Et hæc quidem avaritiæ sunt hortamenta, acres stimuli,

hh ij missio

DOMINICA SEPTIMA

Quid in- iussio vehemens, exactio importuna. Cōtra verò quid vo
beat luxu- luntas siue luxuria mander attende, clamat enim ad eum
ria. qui auaritiae seruire pergebat,

Persius.

Insane quò ruis? quò?

Tun' mare transilias: tibi torta canabe fulto
 Cena sit in transtro? veientanūmque rubellum
 Exhalet vapidā laxum pice sessilis obba?
 Quid petis ut numimi quos hic quincunce modeste
 Nutrieras, peragant auido sudore deunces?
 Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est
 Quod viuis, cinis & manes & fabula fies.

En quid agis? dupli in diuersum scinderis hamo.

Hancine an hanc, sequeris, subeas alternus oportet

Ancipihi obsequio dominas, altern' oberris. Hęc ille.

¶ Sed si impossibile est harum alteri facere satis, quanto
 impossibilius utriusque quandoquidem (ut dictum est) re-
 pugnantia iubere noscantur.

Exod. 5. Certè quum opprimerentur ab Aegyptiis in seruitute
Præfelli lutis & lateris filij Israel, instabant eis operum præfeti di-
operum centes: Complete opus vestrum quotidie ut facere sole-
pharao. batis, quorum præfectorū typo maligni spiritus designan-
nus. tur, importune & acribus stimulis peccatoribus instates,
 quatenus & si opere peccata consueta iam perficere, etate,
 vel inopia, vel causa quavis alia obstante, non possunt,
 ea saltē consensu & voluntate peragere non omittant.
 Hinc proinde factum est (inquit scriptura) ut dispergeretur
 filii Israel per omnem Aegyptum ad querendum pa-
 leas. Ista dispersio, distractio mentis est, querentium illa,
 quibus cupiditatibus & cōcupiscentiis suis obsecudent.

Huius cō- Rursum & hac ratione onerosa est disti cōnubij cōditio,
nubij gra- quod quisquis ei implicitus fuerit, is suipius non habet
nitas. potestatem. Quanvis enim quid sit agendum videat, cupi-
 ditate tamen aut voluptate reuocante, ad agendū quæ vi-

Luc. 14. derat non conualescit. Dicat sanè: Vxorem duxi, ideo non
 possum venire.

Roma. 8. ¶ Dissolui proinde non potest connubium istud nisi per
 mortem, mortē utique Christi domini nostri preciosam,
 per quā ab hac misera seruitute si volumus liberamur, vel
 certe per illā dissoluitur mortē, qua mortificantes spiritu
 facta

facta carnis vitâ cōsequimur & liberamur , de qua morte per prophetâ dicitur: Propter te mortificamur tota die. Post autem per semetipsum homo huiuscmodi pernitiosissima seruitutis iugum subire, sed non nisi opitulante deo ille effugere. Est enim homo spiritus vadens & nō rediens. *Esa. 28.*
 Vadens, scilicet in peccati ruinam, & hoc quidem à se habet ut vadat & cadat, & capiatur & illaqueatur, sed à se nequaquam habet ut redeat & resurgat. Vnde & per Salomonem de iis, qui se vel illicite voluptati, vel avaritiae cupiditatibus addixerunt, dicitur: Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, neque apprehendent semitas vitae.

¶ Postremò & illud circa dicti matrimonij legem est aduentum, quod dictarū suarū filiarū dotem vniuersam diabolus requirit usque ad nouissimum quadrante, dicente scriptura, Quantū se glorificauit & in deliciis fuit, tātū date ei tormentū & luctum. Voluptas breuis & vilis euanescit, & Voluptacalamitas nō abitura succedit, nec enim quū dormierint tibi dñi mortis somnū, quicquā inuenient viri diuitiarū in manib⁹ tuis quid suis. Fallacibus etiā diuitiis sempiterna succedit egestas succedit. & calamitas perpetua voluptati. Propter quod nos cautos reddens Sapientia ait: Datus insipietis nō erit utilis tibi, oculi enim eius septemplices sunt. Pauca dabit, & multa impetrabit. Insipiens iste, diabolus est, cui per Prophetam dicitur: Perdidisti sapientiam in decore tuo huius datus breuis peccati voluptas est, quae nequaquam tibi utilis erit, quia pauca dabit & multa improperebit. Id enim intendit, ut transitoria carnis voluptas æternis suppliciis compescetur. Itaq; fallaces peccatorum illecebras quasi retia diaboli aut quasi lethale virus fugientes, sicut exhibuistis membra vestra seruire immunitatē & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc exhibete membra vestra seruire iustitiae in sanctificationem. Sicut & in præcedentibus ait: Nō exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo, tanquam ex mortuis viuentes. Et id omni virtute contendite, ut cōtinēter & sancte pro pristina illa immunitatia, quod reliquū vobis est vitae degatis: præsertim quum per illam peruersissimam & miserrimam seruitutē nil sitis aliud assequuti quam inquinationem, ut per istam vestrarū animarum sanctificationem consequi possitis.

DOMINICA SEPTIMA
HOMILIA ALTERA.

Roma. 6

Quum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae.
¶ In præcedéntibus Apostolus tradidit sanctam
& rationabilem exhortationem, hic eiúsdem ex-
hortationis assignat rationem, dicens: Quum enim serui
essetis peccati. Quasi dicat: Ideo debetis exhibere mébri
vestra seruire iustitiae, ut nec iustitiae liberi, nec serui sit
peccati: hoc est, sicut tunc fuistis in nullo proorsus iusti-
seruentes, ita & nunc liberi estote ab omni peccato. Quia
enim liber à deo est, seruus peccati est.

¶ Notandum est & libertatem quandam esse malam, &
quandam commendabilem esse seruitutem, prout hic pi-
tenter Apostolus ostendit. Nam liberum esse iustitiae, en-
imen est, iustitiae vero seruum esse, laudabile est. Liberi à iu-
stitia non sunt nisi arbitrio voluntatis. Liberi autem non
sunt à peccato, nisi gratia saluatoris. Vnde etiam liberos
à iustitia dixit, à peccato autem non liberos, sed liberatos
ne sibi hoc tribuerent. Sed peccati seruitutem altius cō-
deremus. Scriptum est: Omnis qui facit peccatum, seruus
est peccati. Vnde & ante huius lectionis initium dictum
est: An nescitis quia cui exhibetis vos seruos ad obedien-
tiam, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem,
siue obediens ad iustitiam? Fuistis aliquando serui pecca-
ti, Obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in
qua traditi estis, liberati autem à peccato, serui facti estis
iustitiae.

Peccati
Seruitus
Spontanea.
I. Mac. I.

¶ Et hæc quidem peccati seruitus, quanuis miserrima, spu-
tanea tamen est. Nam diabolus neminem iugo seruitutis
astrictum possidet, nisi qui se prius peccatorum ære ven-
diderit. Vnde & de quibusdā scriptum est: Venundati sum
ut facerent malum.

Peccati
Seruitus
Relatis.

¶ Ostendit autem Apost. huiuscmodi peccati seruitutem,
sterile esse, & infructuosam, erubescibile et ignominiosam,
mortiferam & exitiosam. Sterilitatem eius insinuat, quum di-
cit: Quū serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. Ac si di-
cat: Quū in prauitate & nequitia versabamini, vtq; eratis
à iustitia soluti, steriles & liberi seu dimissi & ab ea profi-
alienati. Sed hæc libertas oī humana seruitute abiectione
ab omni fructu iustitiae sterilis est. Solū enim ad peccatum
liber

liber est, quisquis peccati seruus est. Sed hac libertate qua
veluti freneticus nullo disciplinæ vinculo salubriter rete-
tus in propriam festinat homo perditionem, quid seruilius,
quid pñciosi⁹ est? An non præstaret salubriter eſe vinctū? similia.
¶ Sicut enim vincula necessaria sunt, tam frenetico quām Nōnnullos
grauiter vulnerato, illi ut seruetur, iſti ut sanetur, dolio ni- prestat eſ
hilominus vino vel oleo repleto, ne dissoluatur & effun se vinctos
datur quod intus erat, sic necessaria sunt iustitiae vincula, quām fo-
& ad praua inclinato quasi frenetico, & à peccato resipi- latus.
ſcenti, & sanitatis cupido quasi vulnerato, & nihilominus Eccl. 6.
homini iā virtuoso & bono, & dei gratia repleto. Audi fili
mi (inquit Sapiens) & accipe consilium intellectus, & ne
abiicias consilium meum. Inīce pedē tuum in compedes
illius, ſelicit sapientiæ, vel iustitiæ, de cuius fructu subſe-
quuntur adiicit: In nouiſsimis enim inuenies requié in ea,
& conuerterebi in oblationē. Et erunt tibi cōpedes
eius in oblationem fortitudinis & bases virtutis, & tor-
ques illius in stolam gloriæ. Decor enim vitæ eſt in illa, &
vincula illius alligatura salutaris. Nō enim tibi pro liber- simile.
tate reputabitur, aut pro decoro, ſi aperta & putria vulnera
geras, nullo proſsus alligata medicamine. Nec rurſum fer
uile putabitur aut indecorū, torque preciosa ornatū eſſe,
vel cathena eſſe aurea circūdatū, quū hæc poti⁹ ad gloriā
ſint. Sic profecto nec ignominiosū eſt, ſed glorioſum atq;
decorum feruum eſſe iustitiæ, & cœleſtiū p̄ceptořū vin-
culis ligatū. Verū extremo dedecori eſt iustitiæ liberū eſſe
& seruū peccati. Hæc enim seruitus (ut dictū eſt) omnino
sterilis eſt & infructuosa. Vnde ſubdit Apoſtolus, dicens:
Quo ergo fructū habuisti tunc in illis, in quibus nunc erubefiſti?

¶ Quum interrogatiuē hoc dicit, oſtendit peccati seruitu-
tem fuisse penitus infructuosam. Et vtique nullus fructus
eſt in ea re de qua per p̄enitentiam homini erubescen-
dum eſt. Quadriformis autem varietas (ut hic ait Sedu-
lius) in omni iniquitate atque iustitia videtur inesse. Se- moraliter
men, videlicet arbor, fructus, ſinis. Semen eſt bona vel ma ſemen, ar-
la cogitatio, arbor, bona vel mala voluntas, fructus, opera bor, iu-
ſtitia vel iniquitatis, iuſtificatio vel immunditia. Finis eti⁹.
verò eſt mors, ſeu vita æterna. Confundantur ergo ſcili- Nota-
cer ab operibus ſuis pefſimis (ait prophetæ) & reuereātur

DOMINICA SEPTIMA

erubescant salubriter ad pœnitentiā, & conuertantur valde velociter. Qui rursum imprecatur, dicens: Impie facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Sed seruorum peccati sterilitatem consideremus, qui non sunt operati cibum, qui permanet in vitam æternam, utique abores steriles nec dignæ quæ terram occupent, ad quarū radices iam securis posita est, qui serò fatetur errorem, & labores suos inutiles deplangunt, dicentes: Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Non enim serui fuerunt iustitiae, sed iustitiae liberi. Quamobrem etiā mūdum vniuersum laboribus suis lucrificissent, nihil prodeesse potest æternæ salutis iacturam passis. Ut verbi gratia: Si quis piscando & nocte & interdiu nihil aliud quam vilem maris algam retibus conclusisset, aut si venator quispiā laborioso discursu, & multo clamore nihil nisi muscas cœpisset aut cicadas, vtriusque labor vanus censeretur. Non secus & iis cōtingit qui labore sterili iniquitati seruierūt, & mundanæ vaniti.

peccati
seruitus i-
gnominio-
fa.

Eccle. 4

De seipso
peccator
hæc cōfi-
deret.

Gene. 16.
Agar in
in solitu-
dine iuter-
rogatur.

¶ Secundò dicit hanc seruitutem esse erubescendam, in quibus, inquiens, nūc erubescitis. Nunc, videlicet quū ad sanam mentē redistis, de illis erubescitis quæ tūc scelere perpetraastis. Et quidni erubescat homo seruus iniquitatis qui testimonio propriæ conscientiæ non modò destitutus, sed etiam redargutus & conuictus est? Dicit Sapiens: Est confusio adducens gloriam. Hæc confusio est animi perturbatio peccata propria respicientis, & responsione horrendis, & horrore erubescens, & erubescendo se corrigētis. Nec ociosè Apostolus eorum priora mala commemorat, sed vt ipsi illa agnoscentes detestentur.

¶ Debet enim considerare peccator, vnde venerit, vbi sit, & quod vadit. Vnde quum Agar ancilla Sarai fugisset, sedaretq; in solitudine in via Sur (quod interpretatum angustia dicitur) apparens ei angelus domini ait: Agar ancilla Sarai vnde, venis & quod vadis? Quumq; illa respondēs diceret: A facie dominæ meæ ego fugi. Ait ei angelus: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manib^z ei^z. Agar quum serua esset, fuga libertatē quærebat, quā inuenire hoc modo non potuit. Commonita nempe sua conditionis,

ditionis, ad dominam redire, & sub illius imperio se humiliare iubetur.

¶ Hæc animæ peccatricis figuram gessit, quæ à dei voluntate (cui debebat esse subiecta) per inobedientiam discessens, errat in solitudine, Dei gratia destituta, & multis se se periculis, ac spiritualium ferarum dentibus exponens, incassum fuga peccator que rit libertatem, id est, presi vitis animi refrigerium, ac male sibi conscientia mentis quallem cunque consolationem. Sed iubetur reminisci unde venerit & quod vadat. Super quo beatus Bernardus ait: Cōsidera peccator unde venis & erubesce, ubi es, & ingemisce, quod vadis & contremisce. Erubesce de præteritis culpis, ingemisce in præsentibus calamitatibus & periculis, contremisce de imminente tibi iusto iudicio dei, & suppliciis quæ tibi propter peccata debentur. Agnoscat anima peccatrix se esse seruam, redeat per pœnitentiam, & per obedientiam sub dei lege sese humiliet. Non enim per fugam à iustitia, & à dei iustissima voluntate libertas obtinetur: imò qui vult esse liber iustitiae, mox peccati seruus efficitur seruitutem non euadens, sed incurrens. Errat igitur in solitudine, in inaquoso, & viam ciuitatis habitaculi reperire non valet, quia qui seruitutem fugit iustitiae, meritò in seruitute diaconi venit, quæ (vt dictum est) infrustruosa est & erubescenda. Tertiò dicit peccati seruitutem esse mortiferam & extiosam, quum post prædicta subnectit:

Nam finis illorum mors est.

¶ Finem dicit exitum vita & actuū, cui aut mors aut vita succedit. Sed huic fini qui peccati terminat seruitutē, mors succedit. Peccator enim à morte ad mortem transit.

¶ Sed aduertendum est iuxta sententiam Apostoli in hac lectione, duo ex cōmiso peccato homini superesse. Vnum est erubescencia, de qua dictum est: Et hæc unde nascitur, nisi ex detimento proprij honoris? Nam sicut honor & gloria est omni operanti bonum, ita econtrariò, ignominia & erubescencia est omni operanti malum, id est, peccatum. Nec vlla homini maior ignominia, quam peccare. Hinc cōmune est male facientibus de facto suo erubescere. Unde & protoparentes mox ut dei præceptum in paradyso prævaricati sunt, erubuerunt.

per fugā
hanc pessi-
ma seruitu-
tus incur-
ritur.
peccati
seruitutē
esse morti-
feram.

Ex peccato
prouenient
reignom-
niam &
mortem,
Rom. 2.

Gene. 3.

¶ Alterum

DOMINICA OCTAVA

Rom. 5. ¶ Alterum quod è peccato nascitur, est mors. Propter peccatum enim mors intravit in mundum, & ideo peccatum sti mulus mortis appellatur. Frequenter etiam peccatum mortis immaturæ causa est peccanti. Vnde scriptum est: Impi sublati sunt ante temp° suum. Et rursus alio loco: Ne impiè agas multum, & noli esse stult⁹, ne moriaris in tempore non tuo. Finis ergo illorum (nimirū peccatorum) mors est, videlicet corporibus frequenter, animab⁹ semper. Nā anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et licet, inquit, diuinum munere peculiari huiuscemodi mortem euaseritis, nihilominus tamen pudor seu erubescens perutilis in vobis relicta est, quippe quos præteriorum nunc pudeat delictorum. De illis nempe nunc erubescitis. Et quidem hęc duo, scilicet erubescens, & mors ex peccato nascuntur, ex seruitute verò iustitiae duo his contraria proueniunt videlicet sanctificatio in præsenti, & vita æterna in futuro. Vnde subditur.

Vltimus noster fru ¶ Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti deo, habetis finem vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.
etue ¶ Sicut fructus est vltimum quod ex arbore speratur, sic præmium vitæ æternæ, (quod ex gratia dei & rectis operibus expectatur) vltimus fructus noster est, cuius gratia & creati à deo, & ad fidem vocati sum⁹. Elegi vos, inquit, ut eatis & fructū afferatis, & fructus vester maneat i. sit, vobis ad utilitatem. Siquidem ipse bonorum nostrorum non indiget. Bona enim arbor, fructus bonos facit. Ait ergo: Nunc verò liberati à peccato, iuxta ipsius domini sententiam dicentis: Si misericordia in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et post pauca: Si filius, inquit, vos liberauerit, verè liberi eritis, scilicet à peccato. Non enim nisi per Christi gratiā à peccato liberamur. Sequitur:
 ¶ Serui autem facti deo, qui tunc dei & iustitiae liberi fuisti, sed nunc (ut dictum est) à peccato liberati, habetis in præsenti vita fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam in futuro. Vltimus enim fructus qui ex eovobis proueniet, quod serui facti estis deo, & quod exhibuistis membra vestra seruire iustitiae, erit in futuro vita æterna. Sed ne quis putet eodem iustitiae libramine reddi

reddi nobis à deo pro seruitute iustitiae vitâ æternam, quo mors æterna reddenda est iis qui se exhibuerūt seruire im munditiae & iniquitati, (quum nequaquam possint opera nostra æternæ vitæ præmiis adæquari) subdit:

stipendia enim peccati mors, gratia autem dei vita æterna, in christo Iesu domino nostro.

¶ Quasi dicat, Verè finis illorum mors est tanquam stipendiū, & retributio digna quæ peccatis iure debetur. Stipendiū enim est pecunia, quæ à principe militibus pro communitate depeditur. Habet enim diabolus qui rex est super omnes filios superbie milites suos, quorum stipendum mors est, examine iusto illis debita, & suo reddenda tempore. Sed non simili æquitate debetur iustitiae nostræ vita æterna, (vt dictum est) sed ex gratia datur illa non ex debito iustitiae. Ac si dicat Apostolus: Non enim laboribus vestris æternâ vitam cōmerueritis, sed illa sola gratia datur. Et hoc Christo Iesu domino nostro, id est, per Christum Iesum mediatorrem nostrum.

*Nō equa
li merito
hec datur*

¶ Ex his attēde, quod Apostolus de remuneratione peccati loquens, stipendum nominat. De remuneratione vero loquens electorum, dixit gratia dei. Quoniā qui diabolo militant, propriam mercedem accipiunt, quasi stipendiū tenebrarum principi militib[us] debitum, ut intelligas mortem ob peccatum homini non immerit illatā, sed suis meritis debitam. Stipendia enim, ut dictum est, laboribus militum debentur. Itaque stipendum mortis pro opere diabolicæ militie debitum, redditur, non datur. Gratia vero nisi detur gratis, gratia esse non potest.

*Meritaria
straesse
dona dei.*

¶ Vnde intelligendum est etiam ipsa hominis bona merita esse dona dei, quibus dum vita æterna redditur, quid aliud quā gratia pro gratia donatur? Nam & ipsa merita ex gratia sunt. Et hinc est quod non ait: Stipendia iustitiae vita æterna, sed gratia dei vita æterna, id est, per solā dei gratiam datur vita æterna (vt iam dictum est) ut intelligamus deum, ad æternam vitam pro sua nos miseratione perdulcere, non nostris meritis. Quod enim potest esse hominis meritum ante gratiam, quum omne meritum nostrum efficiat ipsa gratia? Itaque quicquid habes meriti, præuentrix gratia donat. Nil Deus in nobis, præter sua dona coronat

DOMINICA OCTAVA

coronat. Vnde vita æterna quæ à deo meritis nostris præcedentibus redditur (quia eadem merita quibus redditur, non à nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam) recte & ipsa gratia nuncupatur, quia gratis datur. Confitemur enim ideo vitam æternam gratiam vocari, quia his meritis redditur quæ gratia contulit homini. Vnde scriptum est: De plenitudine gratiæ Christi nos omnes accepisse, gratiæ pro gratia, id est, pro eis meritis quæ contulit gratia. Ipsa enim opera quib[us] (vt iam s[ecundu]m dictu[m] est) vita æterna redditur, ad dei gratiam pertinere noscuntur, iuxta quod ipse ait: Sine me nihil potestis facere. Accipimus ergo gratiæ pro gratia, i.e. gratiam glorificationis pro gratia iustificationis. Id est, nunc homo mortalis, & alterum è duobus tibi quodlibet prudenter eligito, videlicet aut seruire immunitatiæ & iniquitati, ut pro stipendio morte recipias, aut seruire iustitiæ in tui sanctificationem, ut per dei gratiam accipias vitam æternam.

DOMINICA OCTAVA

post Pentecosten.

Rom. 8.



Ratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus.

¶ In hac lectione Apost. duo facit. Primo, tradit salubre documentum. Secundo, designat inde proveniens spirituale commodum seu emolumentum. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: *Quicunque enim spiritu dei aguntur.*

¶ Circa primum, dicit: Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. Quod vtique ex præcedentibus concludens dixit: *Præmiserat enim: Si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, suscitabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.* Quasi dicat: Ne perturbemini animo, quia corpore mortales estis, habetis enim spiritum eius qui Christum suscitauit à mortuis, scilicet spiritum dei, qui sicut illum suscitauit: ita planè & vos suscitabit, & vita donabit æterna, & hoc propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Non dixit

dixit, qui inhabitauit, sed propter inhabitantem spiritum eius in vobis, vt pote qui vobiscum usq; in finem sit permanens. Nec dubium quin vos deus ad suas nuptias sit admissurus, si suum in vobis spiritum inesse perspexerit. Si vero sui spiritus vos viderit esse emunes, omnino disperdet, etiam si prius per suā gratiam à peccatis ad iustitiam, à mortuis reuocauerit ad vitam. Mortificate igitur corpus hoc vestrum, vt spiritus dei in vobis habitet, vt ob huius gratiam & vitæ donum accipiatis.

Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus, quia non propter carnem & carnalem vitam reformabimur ad vitam beatam, sed propter spiritū Christi inhabitatē in nobis. Quamobrem & eidem spiritui nos esse obnoxios fatemur. Nam propter ipsius gratiam, dei in nos beneficia cōferuntur. Et ne putas Apostolum omnem carnis nostræ curā nobis adimere voluisse, quum dixisset nos debitores carni nō esse, subiecit, vt secundum carnem viuamus. Non enim propterea fecit nos deus ad imaginem suam, vt carnis seruitio essemus obnoxii, sed potius vt creatori suo anima deseruīes, ipsa seruitio ac ministerio carnis vtatur. Nō ergo negat curam carnis habendam in necessariis, sed in concupiscentiis, sicut alio loco dicit: Curam carnis ne feceritis in desideriis. Interdicit enim nobis omne studium quod carni impeditur inducens ad peccatum.

¶ Ille autem secundum carnem viuere dicitur, qui carnis voluptates vitæ præfert æternæ, & eam anima dominam cōstituit. Alioqui carni necessaria ministrare debemus, vt iam dictum est. Caro enim nostra dei creatura est, quam quasi egrotum aliquem nobis cōmendatum gubernare & seruare debemus, cui noxia cupienti deneganda sunt, & vtilia horrenti, vel fastidienti sunt ingerenda, vel inuito. Vnde per Sapientē dicitur: Cibaria, & virga & onus asino, panis & disciplina, & opus seruo. Corpus nostrum asinus est. Sicut autem virga & onus & pabulum asino debentur, vt humanis vtilitatibus deseruiat, ita & corpori nostro vietus, ne deficiat: virga, ne lasciuat: & opus, ne torpeat ocio debetur. Quisquis enim hunc asinum suum oiosum lasciare permittit, sentiet illum contra se calcaneū leu-

*cur non
carni, sed
spiritui
debitores
sumus.*

*Quā car-
nis curā
Apost. no-
bis admetit*

Rom. 13.

*corp' no-
strū qua-
liter gu-
bernare
debemus.*

*Eccle. 33.
corpus
nostrū aſi
no cōpa-
ratur.*

re,

DOMINICA OCTAVA

Prou. 29. re, iuxta quod per Salomonem dicitur : Qui delicate nutrit seruum suum ab adolescentia sua, inueniet illum con*1. cor. 9.* tumacē. Propter quod Apostolus : Castigo, inquit, corpus meum, & in servitatem redigo, ne forte quum aliis prædauerim ipse reprobus efficiar.

¶ Est autem caro ratione multiplici spiritui subiuganda, *cav. sp. i.* Primò, ne aduersus spiritum concupiscentiis malis *ritui sub.* teruiat. Datum nempe est à deo corpus spiritui rationali, *iiciatur.* sicut equus sessori. Equi eorum, inquit Esaias, caro. Turpe *Esa. 31.* autem est equiti, si equum cui sedet coercere & gubernare. *Exod. 15.* re nesciens, in terram abiectus ab eo conculeetur. Eques Pharao vna cum curribus & equitibus suis descendit in profundum quasi lapis. Tunc autem secundum tropologiam rex Aegypti eques in profundum demergitur, quādo spiritus rationalis carnis concupiscentiis addictus, & nunc in profundum vitiorum, & post in gehennam deuoluitur.

N. spiri- ¶ Secundò, ne ipsa caro spiritū seducat si carnem ille se-
tū sedu- quatur, quomodo cæcus canem sequens ducem in lutum
cat. vadit, si ductor suus aut cadaver illic quod appetit aspi-
ciat.

Similia. Proinde si sapiens quispiam cum stulto faciens iter, quum sciat & cognoscat qua in via sibi insidias tendantur, stulto tamen acquiescat, viam illam nempe amoenā, sed hostium insidiis periculosa suadenti incidat in latrones, quis non illi succenseat si se vel spoliatum vel raptum ad supplicia, plorauerit? Quis miserebitur incarnatori percusso à serpente (ait Sapiens) & omnibus qui

Eccle. 12. appropiant bestiis? Sic, inquit, & qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis suis. Agit nimis-
rum bestia quod sibi proprium est, agit similiter & caro.

Serpens Serpens in paradyso suggestus mulieri, ut cœlestis disciplinæ mandatum præteriret, itidem illa viro. Illa serpen-
suggeſit ti consenserat, iste consentit mulieri, uterque diuinum
mulieri. præuaricatus est mandatum, acquiescendo male suadenti. Quimque præuaricationis suæ culpam, vir mulieri, & serpenti mulier imputaret, vana & culpada vtriusque fuit

vt spiri- excusatio.

tui caro ¶ Tertiò, debet spiritui caro esse subiecta, ut spiritui ratio-
subſr- nali subseruat: caro enim velut ancilla in obsequium ani-
niet. mæ

mæ rationalis, quasi dominæ suæ, data est. Et quis nesciat *Simile.*
quàm sit præpoiterum & iniquum, ancillam extolli & im- *Gene. 16.*
perare, dominâ verò subiectam ancillari? Certè quum fu-
gisset Agar à facie dominæ suæ Sarai & erraret in solitudi *Agar er-*
ne, audiuit angelum domini sibi dicentem : Agar ancilla *rabunda.*
Sarai, vnde venis & quò vadis? Reuertere ad dominam
tuam, & humiliate sub manu eius.

¶ Quartò, vt caro non solum animæ subseruiat, sed etiam *vt caro*
vt à se commissa luat, sicut per Esaiam dicitur: Erunt ca- *ad missa*
pientes eos qui se cœperant, & subiicient exæctores suos. *sua luat.*
Quum enim sibi animam caro frequenter subiecerit, *et* *Esa. 14.*
quum est *vt & ipsa animæ subiiciatur.* Et quum illicitis se-
penumero caro vacauerit voluptatibus, iustum est *vt spi-*
ritui subiecta, pro eo quod aduersus spiritum cōcupierit,
pœnas luat.

¶ Quintò, *vt spiritui fructificet.* Est quippe caro nostra *Vt spiri-*
quasi terra, quæ diligenter exulta spiritui fructū ferre de- *tui fru-*
bet, sicut per Prophetā dicitur: Dominus dabit benignita- *cificet.*
tem, & terra nostra dabit fructū suum. Sed diuersum ple-
risq; cōtingit, quibus proprij corporis terra quum impin-
guata & pretiolis culta vestibus fuerit, spinas & tribulos
germinat. Propter quod in sudore vultus nostri hanc per *Gene. 3.*
pœnitentiā expurgare, & bonis operibus quasi semine bo-
no cōserere debemus, quatenus inde metamus suo tépo. *Iean. 6.*
re messem vitæ æternæ. De qua cultura per Sapiētem di-
citur: Qui operatur terram suam saturabitur panibus, qui *Prou. 21.*
autem se cōstatuocium, stultissimus est. Ei nempe nil aliud
terra sua quàm spinas & tribulos, id est, opera & desideria
mala (quibus pungitur conscientia) germinabit.

¶ Sextò, *vt hæc nostra caro per imitationis similitudinem Vt carni*
carni Christi conformis fiat. Membra nempe caput sequi Christi
debēt. Vnde & qui sunt Christi, carnem suam crucifigere cōformis
debent cum virtus & concupiscentis. Ergo debitores su. fiat.
mus, inquit, non carni, *vt secundum carnem viuamus.* Ad *Senecæ.*
maiora natus sum (ait quidam sapiens) quàm *vt sim cor-*
poris mei mancipium.

¶ Hinc & Boëtius: Quis non abiiciat vilissimæ fragilissi-
mæque rei corporis seruitiū? Est profecto caro nostra do-
mus ruinosa, quæ quantumuis resarciantur, conseruari non
potest.

DOMINICA OCTAVA

Carnē ne potest. Proinde sicut peruersè facit & prēpostorē, qui duos
glectō sp̄i infirmātes habens filios, quorum alterum (si curam adhi-
ritus curā beat) seruari posse superstitem nō ignorat, neglectū mo-
tium ini-
quitas.

permittit: alterum verò necessariō peritū superuacua
cura incassum fouet, sic & ille debitū peruerit rerum or-
dinem, qui neglecta salute spiritus perpetim victuri, cor-
ruptibilem, & peritaram carnem intentissimis studiis as-
fiduè colit frustra.

¶ Sed nec minus peruersè agit quām ille, cui cum regis filius minor annis vnā cum mancipio commēdatus sit, re-
gis domini sui filio contempto & inopia pereunte, seruum eius colit. Quid ipse respōdebit patri filium suæ fidei cō-
mendatum requirenti? Huiuscmodi similitudinibus hu-
mana peruersitas suggillata inexcusabilis esse cōnīcitur.
Si esurit caro, si sitit, si alget, si fatigata laboribus fuerit, si infirmatur, mox illi summa cura subuenitur, reficitur, colitur & custoditur. Nec tamē per hęc mors effugitur, tamē si interdum differatur. Animā verò non moritaram, si stu-
dio cōsimili miser homo foueret, immortalitatis prēmia posset adipisci, cuius tamē curam carnalibus suis delitiis & voluptatibus (quę tandem illi in tormenta vertentur) longe posthabere probatur.

¶ Duo proinde subiungit Apostolus in lectione, propter quę secundū carnem viuere nō debemus. Vnum est, euafio mali. Alterum est, cōsequutio boni, ibi: Si autem spiri-
tu facta carnis mortificaueritis.

¶ Circa primum dicit:

Gala. 6.

Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.

Secundū

*carnem vivi-
nentes pe-
nitenti.*

¶ Nihil verius, quām nos si secundum carnem vixerimus, morituros æterni morte supplicij. Adam enim prēvaricās vendidit se peccato, carni deputatus. Itaque nemo fallat inani spe semetipsum, quę enim seminauerit homo hęc & metet. Quoniā qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, sicut in diuite epulone probatum est, qui induiebatur purpura & byssō, & epulabatur quotidie splé-
didē. Is enim quòd secundum carnem vixit in hoc seculo, mortem non moritaram in gehennę flammis & inopiam sempiternam, inuenit.

Luc. 16.

¶ Aduerte, quòd licet Apostolus hoc loco per mortem quām

(quam secundum carnem viuetibus denunciat) gehennæ supplicium intelligat, nihilominus tamē alio loco vitam quę in hoc seculo prauis facinoribus cōtaminata degitur, mortem appellavit, vbi ait: Vidua in delitiis viuens, mortua est. Et iterum alibi: Vos quum essetis mortui delictis, cōuiuificauit vos cum illo, donas vobis omnia delicta. Et ista vocatur mors culpæ, sicut & illa gehennæ. De secundo, propter quod secundū carnem viuere non debemus, quod videliter est consequutio boni, subdit dicens:

Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Hoc est, (vt Sedulius exponit) Si spiritualibus actionib⁹ carnis opera subieceritis, viuetis. Notandum est tamen nō substantiam carnis, sed carnis opera cōdemnari. Mortificat autem quis opera carnis hoc modo. Verbi gratia: Charitas est fructus spiritus, odiū verò actus carni. *¶* Odiū *Spiritu* igitur per charitatē mortificatur & extinguitur. Similiter *facta car* gaudiū, fructus est spiritus: tristitia verò huius seculi quæ *nis mor*- mortē operatur, carnis est actus. Hac ergo extinguitur, si *tificare* sit in nobis gaudium spiritus. Pax, fructus est spiritus: dis- *quid sit.* 2. Cor. 7. sensio & discordia, carnis est. Sed certum est discordiam mortificari per pacem. Et similiter cetera vitia virtutibus contrariis mortificantur.

Nec tamen omnia corporis opera Apostolus iubet esse mortificanda, sed praua tantum. Non enim vult nos destruere visum & auditum, qui naturales sunt corporis actiones, sed horū abusum. De qua mortificatione alibi dicit: *¶* Quasi morientes & ecce viuimus. Vnde & propheta ait: *¶* Propter te mortificamur tota die. Beati sanē huiuscemo-*¶* di mortui qui in domino, id est, ppter domini dei sui amo-rem sic moriūtur, quum ex eorum persona dicat Apostolus: Si mortui sumus cū Christo, credimus quia simul etiā viuemus cum illo. Magnum autem & cunctis desideratum mortalibus proponitur istius mortificationis præmium, quod vtique est ipsa vita, qua nihil est desiderabilius, sicut ecōuerso omnium terribilium terribilissimum est mors. Et sicut duplex est mors, scilicet culpæ & gehennæ (vt supra dictum est) quam incurrint qui viuunt secundum carnem, ita & ecōtrariò qui spiritu facta carnis mortificant, duplice vita donantur, vita scilicet gratiæ in præsenti, & *Duplici* *vita que* *donabū-* *ii vita tur.*

1. Tim. 5.
Coloſ. 2.

2. Cor. 6.
Psal.
Apoc. 14.

Roma. 6.

Duplici
vita que
donabū-

DOMINICA OCTAVA

vita gloriæ in futuro.

¶ Nec ociosè dixit spiritu, quum non nisi spiritu vitia carnis (vt dictum est) superentur. Caro enim non nisi ea quæ sibi sunt delectabilia concupiscit, nec vllatenus ad cœlestia aut spiritualia bona, vel cognoscenda, vel desideran-

Quæ spiri- tu facta carnis mortificat. Quod si quereras quo spiritu, num dei scilicet an nostro facta carnis mortificantur, profectò tam de dei spiritu quām nostro quod dictum est intelligitur. Non tamē spiritu nostro præualemus facta carnis mortificare, tur.

1. Ioan. 5. 1. Ioan. 3. collatus est nobis, cooperante. Nihil enim nisi quod natum est ex deo, vincit mundum. Id enim spiritus est. Sicut & quod natum est ex carne caro est. Igitur ut hic viuamus in sanctitate & iustitia, & in futuro in gloria, hoc interim sit opus nostrum in hac vita, videlicet facta carnis spiritu mortificare, sicque assidue virtutis studio ipsas cōcupiscētias terere & exterminare.

HOMILIA ALTERA.

Roma. 8.

Agit spiri- tu dei. **Q** Vicunque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei. In hac lectionis parte ostēdit Apost. quid cōsequantur vtilitatis qui secundum suam doctrinam spiritu facta carnis mortificant, videlicet filios esse dei. Aguntur nempe spiritu dei. Aliter enim facta carnis non mortificant. Quicunque autem spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei. Aguntur, inquit, non suo spiritu, non legem minante, præcipiente vel promittente, sed spiritu dei. Sunt enim nō serui, sed filii ex dilectione & libere seruientes. *Agit & re- gi diffe- rent.* Nec ait, reguntur, sed aguntur, vt magnum gratiæ denotet effectum. Plus enim est agi quām regi. Agi enim aliquem dicimus, quasi vix aliquid agentem. Regi verò, iam aliquid à se agentem. Ideo tamen regitur, vt rectè agat. Sed qui agitur, vix aliquid agere intelligitur. Ut ergo mul- tum præstitisse gratia saluatoris intelligatur, dixit agun- tur. Non quod nihil agant, sed quia impetu quodam gra- do probas tiax cœlestis aguntur siue impelluntur, intantum vt (sicu- lis. ar. gra- di est) vix agant. Verbi gratia: Quum nauis aliqua ex- tiæ coope pano velo vi ventorum agitur, vix aliquid agere putatur vari. nauclerus. Non tamen nihil agit, ipsum enim velum aure flatibus

statibus expansum tenet. Quod si contraxerit, non agitur natus sicut prius agebatur, quia auro flatum cōtracto iam sinu non recipit. Sic nimirum & homo qui agitur spiritu dei, & si vix quippiam agere putetur, non tamen omnino nihil agit (ut iam dictū est) quia arbitrij libertatem, bona voluntatis & sanctorum desideriorum sinum, cœlesti gratiæ pandit. Quem si eadem sui arbitrij libertate contraxerit, non iam in ipsum spirabit spiritus dei. Itaque filij dei sunt quicunque spiritu dei aguntur. Et tanto efficitur quis filius bonus, quanto datur ei à patre quo agatur spiritus bonus. Porro huiuscmodi filij dei virtute spiritus quo fortis sunt & quo aguntur, carnis auersantur voluptates, concupiscentiis eius repugnāt, delitiisque labentes contemnunt & protervāt. Quos Apostolus quā superius dixisset victuros, nunc eos viuere nō quacunque vita, sed vita filiorum Dei pronuntiat, eo quod spiritu dei aguntur.

Filij dei
quid
agant.

Ne dixit esse filios dei quicunque spiritum receperūt, sed qui spiritu aguntur. Nam licet in sacro baptisini lauacro spiritum acceperis, & per adoptionis gratiam fueris filius dei effectus, spiritū verò nō fueris ducem sequutus, incurristi pculdubio omniū huiuscmodi iacturā donorum. Omnes enim in baptismo spiritū accipimus, duci autem per totam vitam hoc spiritu & agi, supplici prece deponsimus, dicentes domino: Spiritus tuus bonus deducat me in terram rectam. Et iterum: Ne proficias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me: ne forte me spiritus malus seducat, sicut illos seducit qui post carnem in immunditia concupiscentia ambulat, dominatio nemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuentes introducere, blasphemantes.

Psal.
Idem.

2. Petr. 2

Certè quum recessisset à Saul spiritus domini, mox illū spiritus malus occupās exagitabat. Hic enim ubi inuenierit mentem spiritu dei vacuam, mox illuc (quasi in domum vacantem) intrans eam sibi coaptat & adsimilat. Quum autem sit ipse & malus & immundus, confessim hāc immunditia & malitia coquinat, & suo quodammodo tingit colore, suo regit impulsu, ut carnis illecebras irretita sequatur per viam latam quæ dicit ad perditionem. Commendamus, inquiunt, & bibamus, cras enim moriemur. Et

saul cur
arrepti-
tus.

I. Reg. 16
Luc. 11.

Diabolus
mentē si-
bi adsimi-
lat.

DOMINICA OCTAVA

- Matt. 7.** iterū: Quid habet homo amplius de vniuerso labore suo:
Esa. 22. Venite ergo & fruamur bonis quę sunt, & vtamur creatu-
Eccle. 3. ra tanquā in iuuentute celeriter. Vino precioso & vnguē-
Sapien. 2. tis nos impleamus, & nō prætereat nos flos temporis. Co-
Esa. 40. ronemus nos rosis antequā marcescant. Et vtique marce-
Carnales
homines
fœnum te
cñorum. scēt. Nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi
Matt. 6. flos fœni. Hoc fœnum hodie est, & cras in clibanum mit-
pros. 30. titur. Fœnu vtique rectorum, quod quia in alto & in arido
Osee. 4. nascitur, priusquā euellatur, per mortem, iam exaruit per
Gene. 8. culpam & gratię priuationem. De quo non implebit ma-
Diabolus
coruus
quare. num suam qui metet, & sinum suum qui manipulos colli-
 get. Huius fœni diabolus manipulos ad comburendū col-
 ligit, nec tamē manū implet, aut sinū. Infernus enim nun-
 quā dicit sufficit. Quid interim his miseris miserius à qui-
 bus recessit spiritus dei? Vę illis, inquit dominus, quum re-
 cessero ab eis. Ideò verò ab eis spiritus domini recedit,
 quia caro sunt: imd quia cadauer sunt, spiritus autē domi-
 ni quasi columba super cadauer non requiescit.
 Porrò coruus cadaueribꝫ solet infidere. Coruus, inquā,
 niger, obscurus, importunus, rapax, cuius vox cras, cras,
 diabolus est, princeps tenebrarum, suasor omnis impu-
 ritatis & iniustitię, seductor peccantium, semper illis resi-
 piscētię dilationem suggester, crastinum nuntiat. Et quum
 non nisi tempus presens in nostra situm sit potestate, vt il-
 lo vtamur ad salutem, hoc terere docet in vanis, futurū
 fraudulenter promittens, quod nequaquam nostra conce-
 ditur facultati.
Num. 32. Huiuscemodi carnales & vanos homines bene figura-
Rubē & runt tribus Ruben & Gad, & Manasse dimidia, qui (sicut
Gad & in Numeris scriptū est) videntes terrā citra Iordanē, alen-
manasse
quorum
sint typ. dis aptam esse pecoribus, quę ipsi multa habebāt, acce-
 sunt ad Moysen petentes illam sibi dari in possessionem,
 terrae promissionis renūtiantes. Siquidem carnales homi-
 nes quod pecorinis abundēt desideriis, (pecorum etenim
 omnis ad explendam corporis voluptatem festinat inten-
 tio) promisso regno cœlesti renuntiātes, terrena cœlesti-
 bus, & caduca præferunt sempiternis. Hi nequaquam in-
 ter diuinę adoptionis filios censentur, quia licet per ba-
 ptismi gratiā filiorū nomē gerāt, alieni tamen à paternis
 moribus

moribus & degeneres inueniuntur. De aquila dicitur quod aquilari sunt sobolis ignauiam deprehēdit si solis claritatē infirmo sobolem viſū nō valet sustinere, à contrario ipsius experitur inge- probat. nūitatem. Vnde & de senibus impudicis scriptū est, quod Daniel. 3. auerterunt oculos suos ne viderent cœlum, & ne recor- darentur iudiciorum iustorum. Et vnde rursum per Pro- phetam de quibusdam dicitur: Oculos suos statuerūt de- clinare in terram, quo minus scilicet iustitię solem intue- antur. Sanè pater ipse coelestis huiuscmodi degeneres si lios per Prophetam incusat, dicens:

¶ Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt Filii dege & claudicauerunt à semitis suis. Vbi primū exprimitur *n̄eres* & eorum denominatio quum dicitur filij, nomine videlicet *reprobati*. filij, non hæreditatis cōsequutione, de quibus per Esaiam ipse proclamat: Audite cœli, & auribus percipe terra: Fi- Esa. 1. lios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerūt me. Cogno uit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Ifrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā, filiis sceleratis. Horum vni iam apud inferos ardēti expresso adhuc filij nomine dicitur: Recordare fili quia *Luc. 16.* recepisti bona in vita tua.

¶ Secundū, designatur eorundem reprobatio, quum dici- Peccato- tur, Alieni. Alieni quippe facti sunt à deo patre, alieni ab resu alie ecclesia matre, alieni à semetipsis, & aliena concupiscūt n̄i facti & sectantur. Siquidem patris sui qui in cœlis est & mores sunt. (vt dictū est) auersantur & leges. Matris ecclesia doctrinam & monita contemnunt, salutem suam negligunt & obliuiscuntur, ea solum quæ vana & à se aliena sunt se- stantes. Quibus bene per Prophetam dicitur: Filij homi- Esa. 28. num (non iam filij dei) vsquequo graui corde, vt quid dili gitis vanitatem & queritis mendacium? Qui vanitatem pro veritate amplectimini, qui ponitis mendacium spem vestram.

¶ Tertiū, designatur in præmissis Prophetę verbis eorum prævaricatio, quū dicitur: Mentiti sunt mihi. Quum enim fideiussoria sponsione in baptismi sacramēto diabolo renuntiauerint & omnibus pompis eius, huius suæ sponsio- nis, vel immemores, vel cōtemptores effecti, mentiūtur.

DOMINICA OCTAVA

Peccator Mentitur autem peccator deo non solum simulatis verbis omnis mē sed multò magis operibus illis repetitis, quæ à se propri dax. sponsione pœnitens abdicauerat, promittens se illa nos r̄sal. repetitum.

In pecca- Quartò designatur in eorum delictis perseveratio, qui tis inuite dicitur: Filii alieni inueterati sunt, vt eorum cuilibet men rascere. tò dici possit: Inueterate dierum malorum. Homo nempe dantie. 13. vetustate corruptus deficit, nō modò in corporis sensibus visu scilicet, auditu, gustu, olfactu, & tactu, sed & in incēsu pedum, & manuum operatione, quæ latius exposita habes dominica. 19.

Claudica- Ultimò, designatur in præmissis verbis, perseverantium re à semi. in peccatis aeterna damnatio, quum dicitur: Et claudicau tis suis. runt à semitis suis. Quid autem est à semitis suis claudic re, nisi prauis operib⁹ & pessima peccati cōsuetudine, per desideria sancta non vltra resipiscere? Hinc de inueterata quodam in suis vitiis per quendam sapientem dicitur.

versius. At stupet hic vitio, & fibris increuit opimum Pingue, caret culpa, nescit qui perdat, & alto Demersus, summa rursus non bullit in vnda.

Stupere, est rerum sensum non habere.

Similitu- ¶ Quisquis ergo stupet vitio, vt si b̄ videtur, etiam culp caret, floccipédens damnum virtutis. Is imo demersus est non vltra per suorum cognitionem delictorū, & resipisci do pecca- tiam ascensurus. Hoc est, claudicare à semitis suis. Scrip toris obdu rati. delicit gloria cœlestis, nisi prius à domino videndi atque 2. Reg. 3. renouati, roboratique facta carnis mortificantes, transfe in numerum filiorum dei, filiorum, inquam, non seruorum secundum quod consequenter subdit Apostolus:

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, Abba pater.

Exod. 4. ¶ Ne fortè iudæi vendicandam sibi putent hanc filiationem, quod de eorum populo dominus loquens ait: Filius meus primogenitus Israël, ostendit Apostolus quantum inter sit inter nostram & illorum adoptionem, quum receperint illi spiritum seruitutis in timore, (timere enim ser uorum

uorum est) nos autem spiritū filiorum, quorum est amare patrem. Hinc illis in lege s̄a p̄enumero dictum audis: Ego domin⁹, leges meas custodite: ego dominus, si quo minus *Levit. 1.* gladius deuorabit vos. Et vnde rursum Apostolus: Irritam inquit, quis faciens legem Moysi duobus aut tribus testibus moritur. *Heb. 10.*

¶ Similia proinde qualia seruis promissa sunt illis præmia, Verbi gratia: Possessio terræ, securitas ab hostibus, requies à seruitute, saturitas & abundantia, & similia. Licet ergo filij dicerentur, tamen loco seruorum habiti sunt. Nos verò pro ingenuis ducimur & liberis. Quippe quibus & cœlestia præmia proponuntur & cœli regnum. Neque enim tormentis vel lapidibus obruimur, neque huiuscmodi pœnis afficimur à lege euangelica, vel ab Ecclesiæ prælatis. Sat est si pro graui delicto è Christi mensa repellimur, & omnia quæ nobis præcipiuntur, solo perficiuntur amore. Finis enim præcepti, charitas. Et in duobus de charitate dei & proximi mandatis, tota lex pendet & propria. Brevis est ergo differentia legis & Euangelij timor & amor. Iudæi qui charitatis opera voluntate nolebant, timoris vindictæ necessitate coguntur. Nos verò omnia voluntariè operemur, ut probemus nos esse filios. Fatendum tamen est nonnullos sub illa lege & gente fuisse, qui liberorum ad morem ducebantur amore potius, quam timore, & esse similiter in Ecclesia credentium plerosque qui non amore sed timore coērcentur. Sed sicut illi ad tempus gratiæ spectabant, tametsi essent sub lege: ita illi ad tempus legis pertinent, licet esse sub gratia Euangelij videantur.

*1. Tim. 1.
Mat. 22.
Legis &
euangelij
differētia*

¶ Ait ergo: Non enim accistis spiritum seruitutis iterum in timore. Quum audis spiritū seruitutis & spiritum adoptionis, non putes diuersum esse spiritum quum sit unus atque idem spiritus, ipse videlicet spiritus sanctus. Quod insinuat Apostolus, quum dicit iterum: Idem enim est spiritus, sed propter opera diuersa, dissimiliter appellatur *Exod. 14.* idem spiritus, AEgyptiis etenim spiritus iræ dicitur, quibus aqua spiritu rit⁹ timor diuisa nocuit, filiis autem Istaël non iræ, sed amoris spiritus & aatus fuit, quibus per eundem ipsum spiritum aqua diuisa profuit. Similiter quoq; spiritus timoris dicitur Iudæis, &

DOMINICA OCTAVA

idem ipse spiritus adoptionis est credētibus. Eodē quippe spiritu quo lex in tabulis lapideis descripta est, etiam caritas diffundit in cordibus nostris. Tabulis illis lapideis timor vicinus, imò annexus est. Nondum enim illi gratiam intelligebant, de sua infirmitate & peccatis per legem cōuicti. Gratia autē & veritas per Iesum Christum facta est. Et datus est credētibus spiritus libertatis, per quem gratia & regeneratio in vitam aeternam fidelibus donatur, ut per dilectionem operemur non per timorem, non formidādo pœnam, sed amando iustitiam. Vnde est ergo dilectio, nisi vnde est & fides, id est, à spiritu sancto?

Rom. 5.

I. Ioan. 1.

Timor du-
plex.

Ioan. 4.
Solo timo-
re pœnae
bonum
non sit.

Mala. 1.

Duo gene-
ra seruorum

Timor na-
turalis.

¶ Duo autem sunt timores à spiritu sancto qui hīc insinuantur. Vnus, qui est in perfecta charitate, scilicet timor castus siue filialis. Hīc non formidat pœnam, sed ex amore reueretur patrem, timens eius offensam, cuius amat gratiam. Alter, qui non est in charitate & vocatur seruilis. Seruit enim formidine pœnae, & hic timor pœnam habet pro objecto, non gratiam paternam. De illo timore, scilicet filiali scriptum est: Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. De isto autem: Timor non est in charitate, perfecta autem charitas foras mittit timorem. Hoc timor est si bonum fiat, non tamē bene. Nemo enim inuit' bene facit, et si bonum est quod facit. Et quos hic timor coēret à scelere, audiōres plerunque reddit ad scelus. Nec iustitia amicus est, imò hostis, qui sola pœnarum formidinē tenetur iustitiae subiectus. Sed nō satis est ad salutē deum timere ut dominum, sed amare oportet ut patrem. Siquidem duo hæc à nobis requirit, timorem, scilicet & amor, sicut per Malachiam dicit: Si ego domin⁹, vbi timor me⁹ & si ego pater vester, vbi amor meus?

¶ Sed aduerte duo genera esse seruorum. Primū est, eorū qui duntaxat timent pœnam, nec iustitiam amant, nec in talibus seruis complacer deo. Alterum est, eorū qui & pœnam timēt & amat iustitiam. Illorum (ut dictum est) timor seruilis est, istorum verò dicitur timor initialis. Et hunc timorem requirit à nobis dominus, vbi per prophetam (vi præmissum est) loquitur: Si ego dominus vester, vbi timor meus? Denique quia de timoribus nunc sermo est, sciendi est, præter naturalem timorem, qui in omnibus est, alios esse

esse timores, videlicet Mundanum, qui malus est, nec est à Timor mū
deo, quo plerique à studio virtutis & cultu iustitiae retrahuntur, magis seculi huius trāsitoria mala, quām supplicia Timor sér
sempiterna metuētes. Item seruile, qui bonus est, & à deo, uilis.
sed non sufficiens ad salutem, ut dictum est. Et Initiale, Timor ini
qui bonus est, & sufficiens. Et Castum siue filiale, qui bo-tialis.
nus est & perficiēs. Porrò de eo qui seruile est hīc agitur Timor ca
vbi dicitur: Non enim accepistis spiritū seruitutis iterum fūs.
in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.

¶ Quid autem in nobis efficiat ille spiritus adoptionis, o
stendit quum dicit: In quo clamamus, Abba pater. Nos in
quit, liberi ē Iudæis & Gentibus electi, & collecti in vna
fidem, in vnam gratiam, in vnam iustitiam, quē ex fide est,
non ingratia de tanta gratia, intensē clamamus, patrem mi
sericordiarum & deum totius consolationis agnoscentes.
Clamor iste cordis est, non labiorum, intus sonat in auribus dei, quomodo olim Susanna clauso ore, labiis immo
tis clamabat, & flens suspexit in cœlum, erat enim cor e- Clamor
ius fiduciam habens in domino. E Iudæis conuersi clamāt mentis.
Abba, ex Gentibus autem conuersi, pater. Abba enim Dan. 13.
Hebraica vox est, pater, Latina similiter & Græca, & idem Quid haec
omnino significat, sed propter mysterium vtrāque posuit, voce ab,
vt ostendat adoptionis filios, tam de Iudæis quām de Gen pretendat
tibus collectos, uno & eodem spiritu patrem qui in cœli est agnoscere & inuocare. Vnde & Marcus memorat Mar. 14.
dominum in sua passione, propter sacramentum, vtrāque vocem exclamasse. Ipse enim fecit vtraque vnu in semet-
ipso (quasi angulari lapide) duos coniungens populos, vt ephes. 2.
esset vnu grec, & vnu pastor, Itaque non otiosè diuersarum linguarum verba posuit idem significantia, propter Ioh. 10.
vniuersum populum qui de Gentibus & Iudæis in unitatem fidei vocatus est. Nec mirum est quod in hoc spiritu clamamus. Abba pater. Sequitur enim:

Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii dei.

¶ Ecce quid efficiat in nobis spiritus adoptionis. Recogno Spiritus a
scere nempe facit spiritum nostrum, quod consequuntur re adoptionis.
missionem peccatorum & bene agentes sumus filii dei. quid effi
Ynde ad Galatas scribens ait: Quoniam autem estis filii cit. dei Galat. 4.

DOMINICA OCTAVA

dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamātem

I. Ioan. 3. Abba pater. Videte ergo (ait Ioannes) qualem charitatem dedit nobis deus, vt filij dei nominemur & simus. Tantū supereſt, vt huius patris cœlestis imaginem portare ſtude

I. Cor. 15. amus, ſicut portauimus imaginem terreni. Præstat ſpiritus adoptionis amorem & fiduciam talem homini ad deum, vt ad illum clamet ea fiducia qua & paruuli in neceſſitate qualibet recurrentes ad ſuum patrem, vel patri blandientes & arridentes clamant, Abba. Siquidem vt dictum eſt) Abba Hebræa vox eſt, & à paruulis quum patrem appellant ſolet vſurpari.

Paruulo- *rum vox* ¶ Sicut igitur prophetiæ ſpirituſ nouimus in eſſe ei qui ea ad patrē, prædixit futura quæ rerum veritate complentur, ita & adoptionis ſpirituſ ille noſcitur accepisse, qui ipſius inſtitu

etū deum dictitat patrem. Eſt quippe hoc vnum inter cætera ſpirituſ sancti donum, quodd testimonium reddit ſpirituſ noſtro, quodd ſumus filij dei. Non enim Abba illud ſine alterius aſſertione pronuntiamus, ſed ipſe ſpiri^t ſanctus per gratiam nos instruxit, vt ita precando loquamur: Abba pater. Necid tamē adhuc in nos ſatis p̄emij viſum patri, quodd nos in filios adoptauit, niſi etiam & hæredes ſuos conſtituat. Vnde ſubdit:

Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autē per ſpiri^t Chriſti.

tum hære ¶ Quum conſtet nos omnes filios hæredes eſſe, arguit nos des. & filios eſſe & hæredes. Et quoniam non omnes ingētum rerum hæreditatem adipiscuntur, oſtendit nos grandes quoſdam futuros hæredes, quippe qui dei ſumus hæredes. Rutsus etiam etiā dei hæredes fuerint plerique, dubitari poſſe videtur in quibus bonis nos ſuos hæredes conſtituat. Vnde & illud, inquit, ſumus aſſequenti, vt Chriſti ſumus cohæredes effecti. Et quidem hæc magna eſt gratia, vt ibi ſit adoptatus, vbi eſt vnicus. Volo, inquit, ille, vt vbi

Ioan. 12. ego ſum, ibi ſit & minister meus. Ipſe enim eſt pri-
Rom. 8. mogenitus in multis fratribus. Nec confunditur eos vo-
Heb. 2. care fratres, quibus dedit potestatē filios deiſieri. Siqui dem ipſius interuentū adoptamur à patre, qui ad hoc par-
Ioan. 1. ticeps factus eſt noſtræ humanitatis & humilitatis, vt nos ſuꝝ diuinitatis & gloriæ, faciat eſſe conſortes. Hoc

vnum

vnum nobis curæ sit, ne tanti patris offensam incurrentes
illa nos hæreditate constituamus indignos.

DOMINICA NONA post Pentecosten.



Ratres, non simus concupiscentes malorum.

¶ Ne fortè plus æquo fidentiores simus,
propter dei in nos munificentiam, electio-
nem, scilicet, vocationem, benedictionem
adoptionem, redemptionem, sanctificatio-
nem: & cætera huiusmodi dona, quæ largā ^{1. Cor. 10}
erga nos Dei præferunt munificentiam & gratiam, idcir-
co nos Apostolus in hac lectione aliorum exemplo, & cau-
tos reddit & sobrios.

¶ Quocirca considerandum est, quod sicut beneficia in Iu-
daeos à deo collata figura fuerunt eorum bonorum, quæ <sup>Iudæorū
nos suppli-
cia docent</sup>
per Christi gratiam credentium populus accepit, ita & il-
lis ob ingratitudinis culpam inficta mala, ingratis Chri-
stianis reposita supplicia præsignant. Illi erant (ut beati Hi-
eronymi verbis vtamur) quos præ cæteris gentibus deus
ab initio dilexit & fouit. Ipsos de AEgypto in signis & vir-
tutibus mirabiliter liberauit, qui mare rubrum sicco per-
transierunt pede, quum inimicos eorum grauissimi flu-
ctus inuoluerent. Ipsis dominus quasi filiis, cœlestē pabu-
lum annis quadraginta ministravit, quum plueret eis mā-
na in deserto, eos die noctūque in colūna nubis ignisque
præcessit, ut eis in inuio viam ostenderet. Illi soli digni
habiti sunt dei legem accipere, & vocem dei loquentis au-
dire, eiisque cognoscere voluntatem, in qua lege eis pro-
missus erat Christus.

Mira Iu-

¶ Verūm, quo largiora in eos erant dei beneficia, tanto
grauioris se reos criminis constituerunt his omnibus in-
grati. Nam illis pedibus, quibus siccum mare transierunt,
mox ante idola saltauerunt. Et ipso ore quo paulò antè
domino cantauerant, simulachra sibi fieri poposcerunt.
Illis item oculis quibus venerando deum in fumigante
& ignito monte conspexerant, simulachra intuebantur.
Manna quoque illis fastidio fuit, & semper in deserto
contra

DOMINICA NONA

contra dominum murmurabunt, ad AEgyptum unde eos valida manu dominus ciecerat, redire cupientes. Sed dignam ingratitudini suæ vicem receperunt. Prostrati sunt enim in deserto.

Hæc autem, inquit Apostolus, in figura facta sunt nostri. Non dicit dicta vel scripta, sed facta. Non enim propter ipsos tantum hæc facta sunt, sed propter nos, & propter correctionem nostram. Illæ enim pœnæ, ut dictum est, figura erant earum quæ nobis debentur pœnarum, si dei in

*Grauias
malos chri-
stianos
manere
supplicia.* nos gratiæ fuerimus ingratiti. Itaque attenta mente pensemus, quâm graues illæ pœnæ erunt, quarû figura tantum illorum pœnæ fuerant. Sicut enim illos donorum acceptorum magnitudine excedimus, sic & pœnis maioribus afficiemur, si nec illorū exemplo correcti, delinquentes deum offendimus. Proinde sicut in bonis multo melius est id quod per figuram præsignatur quâm ipsa figura, (verbigratia) regnum cœlesti terra promissionis longe præstantius est, ita & in malis lögè peius illud malum est, quod significatur, quâm figura significans. Gehenna enim grauior est omni temporali pœna quâtumlibet atroci. Siquidem omnes reliquæ pœnæ gehenna mitiores sunt. Ideoq; & ipsa sollicitius (si quid sapimus) est vitâda. Ait ergo, Non simus concupiscentes malorū, sicut & illi cōcupierunt. quasi dicat: Nos illorum suppliciis eruditæ, si nolumus incidere in grauiora, non simus cōcupitores malorū sicut illi fuerunt, propter quod & grauibus malis affecti sunt. Quum dicit, cōcupiscentes malorum, omne malignitatis genus expressit. Ab ipsa enim concupiscentia, vitium quodvis emanat. Quid autem illi concupierunt, Apostolus in sequentibus per species patefacit. Concupierunt, ait propheta, concupiscentiam in deserto, Manna fastidentes, carnes flagitabant. In mente habebant cibos AEgypti, porrum & cępas, & ollas carnium. Exauditi sunt autem & dimissi secundū desideria cordis eorum. Petierunt, inquit, & yenit coturnix. Sed quid? Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum. Hoc est, in concupitis carnis suæ delitiis impinguatos (quomodo vituli vel porci pingues mactatur) morte percussit. Et ira dei, inquit, ascendit super eos, videlicet pœna ignis, ut per hoc significaretur

num. 13.

*Carnis de-
litiae sup-
pliciis co-
pensande* mo-

momentaneas carnis delitias, gehennæ incendiis compen-
sandæ. Vnde diues ille qui purpura quondam & byssus indu-
tus, quotidie splendide, epulabatur, iam apud inferos eu-
lans, exclamat: Crucior in hac flamma. Ergo vobis di-
uitibus, qui habetis consolationem vestram. Vobis qui
saturati estis, quia esurietis. Vobis qui ridetis nunc, quia
plorabitis & flebitis. Hinc rursus in Apocalypsi scriptum
est: Quatum se glorificauit & in delitiis fuit, tantum date
ei tormentum & luctum. Ad illorum nihilominus simili-
tudinem, plerique in via penitentiae constituti præterita-
rum carnis sua memores voluptatū, ingum Christi suave
detrectat, importabile cauantes onus quod leue est, car-
nales semper delitias flagitantes. Non tamen concupis-
cie sensus ad culpam imputatur, si non ad sit & consensus.
Quin potius ipse concupiscentiae sensus exercenda virtutis
materiam præbet, secundum illorum delictum, in quo
concupiscentiis suis morem gerentes offenderunt deum,
idolatria fuit. Vnde consequenter dicit:

Luc. 16.

Luc. 7.

Apoc. 18.
Recidivā
tiū ingrā
titudo.

Neque idololatre efficiamini sicut quidam ex ipsis, quem admodum scriptum est: sed sit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

Exod. 32.

¶ Chorœ nanque circa vitulum conflatilem constitutis in propatulo tripudiates ludebant. Deuenerant autem ad hanc insaniam, hac ratione. Quum tardaret Moyses & moram faceret in monte cum domino, dicebat ad Aaron: Fac nobis deos qui nos præcedat. Moysi enim huic qui eduxit nos de terra Aegypti nescimus quid acciderit. Vbi figuræ Christi Moyses expressit, qui populum suum de potestate diaboli quasi Aegyptia seruitute liberavit, & traducit ad regni cœlestis hereditatem. Ipse ascendit in cœlum, ut appareat vultui dei pro nobis. Siquidem peregrè profectus est. Abiit enim in regionem longinquam accipere sibi regnum & reuerti. Quod si ad morem illorum dixerit interim seruus malus in corde suo: Moræ facit Dominus meus venire, & coepit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & ineibriari, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Dicit enim insipiens in corde suo, non est deus. Et iterum: Dixerunt, non videbit

Exod. 32.
Moyses in
monte vt
christi
typū ex-
presit.

Hebr. 9.
Luc. 19.

Luc. 12.

DOMINICA NONA

Tit. 1. bit dominus. Sed & si fateantur se nosse deum, factis vero
Absente negent, quid illis prodest? Vivunt enim & faciunt, quasi
Christo nescirent Christum iudicem esse venturum. Hi sanè argen-
idola con- tum suum & aurum fecerunt sibi idola dicentes intra se:
stituunt. Hi sunt dii tui, qui ab omni inopia liberatū, fœlicem red-
o see. 8. dunt & securum. His idolis animas suas dietim victimas
Exod. 31. offerre non cessant, his ludunt, his gaudent, his fidem ac-
 commodant, in his præcipue spem cōstituunt. Et qui fieri
 posset, ut non etiam hos præcipua charitate suos colant
 deos, quibus nil charius est?

¶ Tertium illius gentis crimen erat fornicatio cum mu-
 lieribus alienigenis, Madianitis scilicet, quæ eos ad festa
 sacrificia sua inuitauerunt, & per noctadem ad nefarios
 pellexere complexus, secundum quod Balaam ipsarum re-
 gi Balaac consuluerat. Vnde consequenter subiecit Apo-
 stolus, dicens:

Num. 25. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceci-
 derunt in una die vigintitria millia.

¶ Post idolatriæ atque prophanae comedationis culpas
prou. 14. fornicationis peccatum (quod ab ipsa ventris ingluvi
In luxu- profici sci solet) mox sequutum est. Præmisserat enim: Sedit
rre pecca- populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Sed
tū vltio. extrema gaudij luctus occupauit. Mox enim prophanum
 eorum gaudium & impudicum atque incestum ludum,
 animaduersione condigna diuinitus vltum fuisse tellatur,
 dicens: & ceciderunt in una die vigintitria millia. De
 hac clade in Numeris legimus, ubi etiam Dominum præ-
 cepisse Moysi constat, quatenus cunctos principes (quo-
 rum intererat populum arcere à crimine) contra solem sus-
 penderet in patibulis, ut auertatur, inquit, furor meus ab
 eis. Præter hoc in principum nece piaculum, usque adeo
 in populum prævaricatorem vltio desævit, ut (sicut iam
 dictum est) in una die caderent vigintitria millia. Nullo
luxuriæ nempe tempore obsecnam luxuriæ voluptatem incul-
 peccatum tam deus reliquit, sed iustis hanc semper coercet suppli-
 nāquam ciis, sicut in diluvio patuit, item in subuersione Sodomoi
 inultum, & istorum interemptione, & huius nostri temporis
Gene. 6. exemplis quotidianis. Morbis enim incurabilibus & le-
Gene. 19 prædeterioribus, peccatum hoc Deus vltor insequitur.

Verum

Verum in futuro quantum in delitiis & delictis illicitis
que offenderint voluptatibus, tantum (ut paulo antea dicum est) dabatur illis tormentorum & luctus. Vbi momē
taneæ quæ trāsierunt voluptates, perpetuis suppliciis cō-
pensabuntur.

¶ Quartum illius populi delictum erat, quod deum tentauerunt. Vnde ait Propheta: Et tentauerunt deum in cordibus suis ut peterent escas animabus suis, & male loquuti sunt de Deo, dicentes & diffidentes: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? In Exodo scriptum legimus filios Israel castrametatos fuisse in Raphidim, vbi non erat aqua, quamobrem iurgati contra Moysen, dicentes: Cur fecisti nos exire de Aegypto, ut occideres nos & liberos nostros ac iumenta sit? Clamauit ergo Moyses ad dominum, dicens: Quid faciam populo huic? Adhuc paullum & lapidabit me. Postea vero quād dederat dominus aquam de petra, vocavit Moyses nomen loci illius Tentatio, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerant Dominum, dicentes: Est ne Deus in nobis, an non? Volebat enim signis palam experiri potentiam Dei, quam iamdudum ex tantis signis & prodigiis in Aegypto, & rubro mari cognouisse debuerant. Itaque propter hanc perfidiam misit in eos Dominus serpentes ignitos, pestem exitialem, lethale virus, quo non parua nefanda pars gentis efflabant animas. Igitur dictam eorum culpam, & subsequutam cladem Apostolus commemorans, consequenter dicit:

Non tentemus christum sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.

¶ Tentantes Deum, tentauerunt & Christum secundum ipsius diuinitatem, secundum quam erat etiam tempore illo, immo & ante secula. Christus enim verus Deus & patri coeterus & consubstantialis est, de quo Apostolus ad Hebreos scribens ait: Christus Iesus heri & hodie, ipse & ante secula. De hac serpentum poena in Numeris scriptum habes.

¶ Est autem tentare deum, deo diffidere, de ipsius operatione per signum aut portentum aliquod de potentia dei velle sumere experimentum, quomodo illi qui Christo

Apostol. 18

Exod. 17

Ibidem.

Num. 21

Hebr. 13

Num. 21

Tentare

deum.

DOMINICA NONA

Mat. 12. Christo domino nostro dixerūt: Magister, volumus à te si.
Luc. 11. gnum videre. Item qui tentātes signum quārebāt. Signa,
Mat. 12. inquietunt, nostra non vidimus, iam non est propheta, &
 nos non cognoscet amplius. Generatio mala & adultera
 est, quæ signum quārit, non ut ex signis resipiscat in me-
 lius aut credat, sed quomodo Herodes sola curiositate spe-
Luc. 23. rabat signum aliquod ab eo videre fieri. Qui enim scriptu-
Luc. 16. ras nō audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit cre-
 dent. Non tamen iam virtutum signa, sed operum merita
 ecclesia requirit, quæ ab initio sui per attestationē signo-
 rum sufficienter radicata consistit.

Sic pereūt **tētatores** *dei.* ¶ A serpentibus autem pereunt filij diffidentiæ, tentato-
 res dei, impij vniuersi. Puluis sunt enim quem proiicit vé-
 tus à facie terræ. Scriptum verò est: Serpenti puluis panis
Esa. 63. eius. Est autem puluis aridus, steriles, incōpactus, nec suis
 cohærens partibus, à vento facile mobilis & dispergen-
 dus, in lutum cito per admixtionem aquæ densabilis, co-
Impy pul piosus & vilis. Quæ omnia de prauis & impiis hominibus
nis sunt. verificantur. Aridi etenim sunt, quod gratiæ carent hu-
 more. Steriles ab opere bono. Incompacti, nec sibi, nec
 cæteris bene cohærentes per dilectionem & pacem. Mo-
 biles & inconstantes per diabolicam suadelam & tenta-
 tionem. In lutum citò condensabiles, defluentes per deli-
 tias in luxuriæ corruptionem. Copiosi propter innume-
Eccle. 1. ram multitudinem. Stultorum enim infinitus est nume-
terem. 2. rus. Viles per turpidinis repetitionē, iuxta illud: Quām
 vilis facta es nimis iterans vias tuas. Huiuscemodi igitur
Eccle. 10. diuinę legis transgressores vniuersi à serpentibus pereūt,
 quia qui dissipat sepem (scilicet diuinę legis) mordebit
 eum coluber.

Murmurauerunt **cōtra do-** ¶ Quintum populi illius peccatum erat murmuratio con-
 tra deum. Est autem murmuratio, querela irrationabilis
minum. de iis quæ ferēda sunt patienter, qualis erat illorum que-
Num. 21 rela contra dominum, tum propter laborem itineris, tum
Exod. 17 propter defectum aquæ, carnium & similiū, tum propter
Nume. 13 prætēsam difficultatem hæreditatem promissam obtinē-
 di, quum territi essent propter illa quæ ab exploratoribus
i. petr. 5. nuntiabantur. Siquidem ex perfidia & diffidentia deo,
 hæc eorum murmuratio processit. Huiuscemodi diffidē-
 tia

tia grauissimè offenditur deus, quum sit illi cura de nobis, & præteriorum tot beneficiorum exhibitio, fiduciam in futurum à nobis iure depositat. Iuravit itaque in ira sua dominus, quod nullus eorum qui numerati fuerant exētes de Aegypto, & murmurauerant contra deum, promisam patribus assequeretur hæreditatē. Itaque eorum supplicio nos ab huiuscemodi perfidia Apostolus absterrēs, consequenter dicit:

Neque murmurauerit is, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.

¶ Nullus ergo fidelium murmuret in tribulationibus pro Christo. Nam illi murmurantes perierunt ab exterminatore, hoc est (secundum Sedulum) ab angelo percutiente eos in extremis castis per ignē. Cui plagæ succurrerit Aaron cum thuribulo offerens pro eis, quando stetit inter mortuos & viuētes. Hinc per Psalmistam dicitur: Misit in eos iram indigationis suę, tribulationem & iram & indignationem, immisiones per angelos malos. Murmurati bus autem mala omnia duplo superueniunt, iuxta quod Boëtius ait: Impatiētia sortem exacerbabis, quam permuttere nō possis. Cōtrāque, beata sors omnis æquanimitate tolerantis. Itaq; ne murmuraueritis, inquit, nihil viriliter ferre valētes, ac diſtitantes: Quando aduenient bona, & mala cessabunt? Sed patientes estote fratres: ait beatus Iacobus, vsque ad aduētum domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ patienter ferēs, donec accipiat temporaneum & serotinum. Patiētes igitur estote & vos, & cōfirmate corda vestra, quoniam aduentus domini appropinquauit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt nō iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipere fratres exit⁹ mali, laboris, & patiētis prophetas, qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem domini vidistis.

¶ Porrò, murmurare contingit & contra deum, per disiplinentiam & superbiā: & contra prælatum, per inobedientiam: & contra proximum, per inuidiam. Grauiter autem offenditur deus, quum ipse ab insipiētibus de administratiōne suę Reipub. reprehēditur & diiudicatur, quum nihil

kk iustius

*Num. 14
Ira dei in diffidētes*

Num. 16

*Murmurantium
mala gravantur.*

Iacobi. 5

DOMINICA NONA

iustius utileusque esse possit eo quod ab ipsis sapientissima atque decentissima dispositione procedit. Siquidem artifex quispiam egregius & periti singularis, indignè fecit opus à se factum ab illo dijudicari & argui, qui suæ artis imperitus & ruditus est. Vnde est illud: Ne futor ultra crepidam. De mundi regimine & dispositione vniuersi, nos sumus ignari. Nouit dominus & quid nobis, & quid sua Republicæ conueniat. Hoc unum sciat homo diuinorum operum temerarius trutinator, quod quicquid ab illo sit, optimè iuxta & iustissimè fit, licet singulorum quæ geruntur ratio, mortales lateat. Nos autem decet sine murmuratione diuinum arbitrium comitari. Malus miles est, qui imperatorem sequitur gemens.

Ab his
grauster
dens offe-
ditur.

Ob hæc
murmura-
tur cō-
tra deū.

Iob. 5.

Sapi. I.

¶ Murmuratur autem ab insipientibus contra deum, varias ob causas. Tum quia cuique secundum suam voluntatem, siue tempestas, siue temperies non datur. Tum quia prosperitas & aduersitas huius seculi iuxta merita (ut videtur ipsis) non distribuuntur. Tum quod se vel plerosque siue carnis infirmitatib⁹, siue quibuslibet talib⁹ molestiis, plus aequo putant fatigari. Tum vel hac maximè ratione quidam superbi pauperes deū accusant, quia terrena bona inter ipsos & diuites inæquali sorte diuisit. Quæ omnia murmura & querelæ indignè & insipienter ex superbia & contemptu procedunt, quia nihil in terra sit sine causa, & omnino indignū est, ut mortal is & peccator homo diuinorum operum sibi vendicare censuram præsumat, aut eorum sibi velit reddi rationem. Custodite ergo vos, inquit Sapiens, à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione parcite lingua, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit, & tumultus murmurationum non abscondetur. Itaque ab hoc scelere Apostolus nos cohibens: Neque murmuraueritis, inquit, sicut quidam eorum murmurauerunt, ne ad eorum exemplum & ipsi male pereatis. Vnde subdit:

Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenierunt.

Illorū nos
erudiri
suppliciis

¶ Quasi dicat: Propter peccata sua hæc illis contigerunt, sed propter correptionem nostram scripta sunt, ut illorū suppli-

suppliciis efficiamur cautores, & ne consimili peccato, damnationem consimilem incidamus. In figura enim cōtigerunt illis, ut illorum temporalibus pœnis, sempiterni gehennæ cruciatus figurarentur, & ut eisdem illorum pœnis iniquitatem nostrâ deo iudice districte, vel hic, vel in futuro plectendam agnosceremus. Rursus ut per illorum supplicia quæ ob culpas nostris culpis similes exoluerūt, cōiicti & correcti, ad pœnitentiam delicti induceremur. Denique ut nos glorię prēmium si fuerimus obtemperātes, aut certè grauiorem quam illi pœnā, si fuerimus dei legibus rebelles, nō dubitemus nos promerem̄. Siquidem eo grauiora nos supplicia manent, quo beneficiis sumus maioribus donati. Quin etiā & finē nobis Apostolus imminere ostendit, quum dicit: In quos fines seculorum deuenerūt, ut non momentanea aut temporalia, sed sempiterna afferat esse tormenta, quæ post mundi cōsummationem nos exceptura sint. Iam enim dei illud iudicium non tardat quandoquidem hæc nostra breuis vita festinet ad mortē, sed & seculo huic iam finis immineat, iuxta quod beatus Ioannes dicit: Charissimi, nouissima hora est, id est, ætas mundi vltima, idēque & tot præcedentiū exemplis seculorum magis corrigi debemus.

I. Ioan. 2.

HOMILIA SECUNDA.

1. Cor. 10

Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.

Postquam nos Apostolus in præcedentibus aliorum exemplo cautos reddidit, hic cōsequenter duo facit. Primo enim docet nos vitare præsumptionē & superbiā. Secundo, docet nos collocare nostrā in deo fiduciam, ibi: Tentatio, vos non apprehendant.

Galat. 6.

Circa primum dicit: Itaque qui se. Vbi vnumquenq; nostrū de seipso præsumere vetat, ne se putet aliquid esse quū nihil sit. Quasi dicat: Iudæi quondā etsi beneficiis dei cumulati fuerint, nihilominus tamen perierunt, quamobrē corū cōsideratione, qui se existimat stare per fidem rectā & opera bona, videat ne cadat, & hoc à se. Adeo enim habet ut stet, quicunq; stat, à se autē habet ut cadat, quicunq; cadit. Existimat se quidā stare, qui ppter scientię donū superbiētes, & præsumētes supra suā mēsurā de seipsis, plurūq; vel in errores, vel in opera mala iusto dei iudicio ca-

Stare spī
ritualiter
& cadere
quomodo
contingit

DOMINICA NONA

dere permittuntur. Qui, quoniam errorem suum obstante
superbia non agnoscant, quum iam prolapsi iaceant, stare
se credunt. Quidam verò ipsa rei veritate stant: quibus di-
z. cor. 11 citur: Fide statim. Statim victores, victi prostrati iacent & con-
1. ioā. v. culcantur. Sed quid in nobis vincit mundum, nisi fides no-
Gala. 5. stra qua & stare nos Apostolus testatur? Hec est fides viua,
quę per charitatem operatur. Nihilominus tamen & huic
cauēdum est à casu. Siquidem hęc nostra in fide stabilitas
3. Re. 20. necdū adeò cōfirmata in nobis est, quin possit ruere. Ad-
Matt. 26 hoc enim ī pręlio decertam⁹: vnde nec gloriari debet ac-
cinctus ut discinctus. Nā eti spiritus prōptus est, caro ta-
mē infirma. Et ideo qui se existimat stare, videat ne cadat.

Cadere ¶ Cōtingit cadere hominem, vel impulsum violenter, vel
contingit fraudulēter irretitum, vel currentem vehemēter, vel ince-
quinque dentem negligenter, vel descendētem præcipitanter. Si
modus. militer cōtingit hominē à salute sua spiritualiter per pec-
catum cadere. Vno modo, per diaboli tentationem, quasi
2. Reg. II. violēter impulsus, sicut in casu Dāuid & Petri & aliorum
Zac. 22. multorū patuit. Impulsus, inquit, euersus sum ut caderē.
Munimen aduersus hunc casum in futurū ostendit, quum
subdit: Fortitudo mea & laus mea dominus. Et iterum: Di-

Vt non ligam te domine fortitudo mea, Dominus firmamentum
cadas. meum & refugium meum & liberator meus. Si te ille ere-

1. cor. I. ctorum euersor impellat ut cadas, apprēhēde petram fir-
Matt. 26 mam, columnā stabilem, quę portat omnia, id est, dei vir-
tutem, & dei sapientiam dominum Iesum Christum, qui &
vniuersos compellans dicit: Vigilate & orate, ne intretis
in tentationē. Itaque oratione & fiducia illū apprēhende,
& dic: Cōserua me domine, quoniam sperauī in te. Porrò,
discipuli quoniam vigilare & orare iussi somno victi, ne-
que vigilabant, neque orabant, impulsi à tentatione, Chri-
stum relinquentes, grauiter ceciderunt.

Auaritia ¶ Secundo cōtingit hominem spiritualiter cadere per il-
pedicaest. laqueationem avaritię irretitum fraudulēter. Vnde scri-
1ob. 18. ptum est: Abscondita est in terra pedica eius, & decipula
illius super semitam. Pedica, laqueus pedum est. Morali-
ter autem pedes animę, cordis affectiones sunt, qui tunc
pedica in terra abscondita illaqueantur, quādo terrenarū
rerum amore, qui volunt diuites fieri, incidūt in tentatio-
nem

nem & in laqueum diaboli, & desideria multa, inutilia & nocua quæ mergunt hominem in interitum & perditio-
nem. Radix enim omniū malorum, cupiditas est, quā qui-
dam appetētes, errauerunt à fide & inferuerunt se dolo-
ribus multis. Cadunt igitur in laqueos diaboli, qui diuites
fieri volūt, haud sēcūs ac ferē, quę pedibus suis per artem
venatoris irretiuntur & capiuntur. Arripere sibi morsu ir-
retitū laqueo pedem lupus dicitur, vt vel pedis damno ef-
fugiat. Vnde si pes tuus (inquit dominus) scādalizat te, ab-
scinde eum & proice abs te. Quamobrem tu quisquis es,
qui nocitura tenes, quāuis sint chara, relinque. In pericu-
lo naufragij negociator etiā preciosæ mercis iactū face-
re pro sua salute non dubitat. Nec id mireris. Quid enim
prodest homini, si vniuersum mundū lucretur, animę ve-
rō suę detrimentum patiatur? Stultus est, qui quascunque
res suas præfert sibi. Solet vbi laqueus absconditur & esca
iactari. Et hęc quidē videtur & appetitur. Laqueus autem
nec attēditur, nec cauetur, tanta mentes hominum habet
cæca cupiditas. Frustra autē iacit rete ante oculos pen-
natorum. Oculos quippe sapientes habent, quibus vident
laqueum: habent & pennas, quibus auolantes, periculum
effugiunt. Oculus siquidem illis cognitio veritatis est:
pennæ, dei amor & cœlestia desideria sunt.

1. Tim. 6.

*Qualiter
cadunt
auari.*

*Matt. 18
Smile.*

Matt. 19

*Laqueus
& esca.*

Prov. I.

Tertiō contingit cadere currentem vehemēter, q̄ pro-
pter sui cursus præcipitē celeritatē minus sibi prospiciat.
Hic casus neophitorum est, & omniū qui pr̄matū ad di-
gnitatum gradus promouentur. Quorum festinatam pro-
motionē cauens Apostolus de episcoporū institutione Ti-
motheū informans, ait: Nō neophitū, subaudi, ad digni-
tatem promouebis. Cuius mox causam adiiciens, subdit:
Ne fortē in superbiā elatus incidat in iudiciū diaboli, nē-
pe dum hinc sibi placet, sicut & diabolus sibi placuit, quā-
do pr̄sumpsit & superbuit, & putet se aliquid esse quum
nihil sit. Multos enim pr̄propera p̄motio à virtutū iam
incipiente profectu deiecit. Dicit Plinius, quod animalia
quæ citō generant, etiā citō senescunt: sed & plantam ar-
boris pomiferæ ante diem fructificantem, videmus citō
deficere. Contrà verō sub metaphora ligni de iusto scri-
ptum est. Et erit tanquam lignum quod plantatū est secus

Simile.

DOMINICA NONA

de cursu aquarū, quod fructum suum dabit in tēpore suo.
¶ Hoc modo nonnulli ex seculo de nouo conuersi, propter insuetę deuotionis gratiam non semper eis pro arbitrio ad futuram, arbitrantur se iam sanctitatis culmen apprehendisse. Vnde etiam, permittente deo, plerunque cadunt, quia non senserunt humiliter, sed ambulauerunt in mirabilibus super se.

Tepiditas disponit ad casum apoca. 3. Gene. 19. Iohann. 18. ¶ Quartō, contingit cadere incedentem negligenter, & hic est casus torpentium atque tepidorum, qui nec calidi nec frigidi sunt, sed tepidi & deficiente à studio virtutis, & à proposito sanctitatis. Hi ad ea quæ propter deum re liquerant, denuò cōuersi cum uxore Loth retrospicientes durescunt in lapides, ut & de ipsis illud verificetur, Abierunt retrosum & ceciderunt in terram. Hi stellæ sunt de cœlo cadentes, quippe qui à cœlesti cōuersatione ad hæ sint terrena dilaphi.

I. retr. 1. ¶ Quintō, contingit cadere per descensum, aut in lubrico incedentem. Et hic casus eorū est qui post carnem in imunditia cōcupiscentia ambulant. Nā sicut is qui ad virtutem contendit, rectè comparatur ad superiora iter faciēti: ita & qui carnaliter viuit & vitiosè, similis est ei qui in lubrico incedit, aut per descensum, qui vtique nā cautè ambulet, ruinæ proximus est, eo quòd aut inter homines carnales conuersatur, aut quia carnali vitio per occasionē quamlibet, siue à loco, siue à tempore, siue à persona, se facit affinem, quasi sponte ruinam queritās. Vnde & per Prophetam dicitur: Lubricauerunt vestigia nostri in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis nostri. Hæ sunt plateæ deliciarū in quibus plurimi obligati per viam sunt & ceciderunt, de quibus rursus scriptū est: Factus est declinē. cursus eorum malus. Et post pauca: Id circovia eorum erit Thren. 4 quasi lubricum in tenebris, impellantur enim & corruunt Terem. 32 in ea. Et rursus alio loco idem propheta hos ipsos deplan sere. 28. ges dicit: Seduxerūt te & præualuerūt aduersum te viri perfici tui, demerserūt te in cœno, & in lubrico pedes tuos.

¶ Circa secundum principale dicit:

Tentatio vos non apprehendat nisi humana.

¶ Hic Apostolus docet in deo collocandam esse nostram fiduciam. Prius tamen quid ipse fidelibus optet ostendit, dicens:

dicens: Tentatio vos non apprehēdat nisi humana. Quia enim superius dixerat, qui se existimat stare, videat ne cādat, & tentatio plerosque ad casum deducat, ideo nunc optando dicit: Tentatio vos non apprehendat nisi humana id est, exigua quādam & mediocris. Humanum enim Paulus vbiq̄e tenuē quippiam & exile appellat. Vel illa tentatio humana dicitur, quā ad culpas duntaxat veniales, (sine quibus hāc vita non viuitur) adducit. Proinde tentatio humana dici potest primus cui libet vitij, siue inuidiæ, Tentatio scilicet, siue iracundiæ, vel luxuriæ motus, qui ad mortuū humanā talem culpam idcirco homini non imputatur, quōd huius quā sit, cemodi animi motibus non tangi seu affici in nostra potestate non est. Optandum autem & fatagēdum nobis est, ut huiuscemodi tentatio rationabilem spiritum in cōsensum non seducat.

¶ Humana nihilominus tentatio est, interdum fortasse alter sapere quām sese res habeat, cū bono animo tamē, et si suam sententiam fortasse nimis amet. Verū usque ad cōdensas sectas & schismata pro suā assertionis defensione Tentatio vel usque ad hæresis sacrilegium prosiliare, planè diabolica præsumptio est. In nullo autem vñquam aliter sapere quām sese res habeat, angelica perfectio est. Rursus humana tentatio est, quū quis irritatur in fratrē studio corrīgendi, plus tamē quām postulat Christiana tranquillitas. Itaque quia natura homines sumus, spe verò angeli, quib⁹ ēquabimur in resurrectione, si modo nō est in nobis angelica perfectio, saltem diabolica præsumptio non sit in nobis. An verò quoniam tentatio est vita hominis super terram, ne infirmitatis nostræ perturbemur angustiis, mox A postolus nos consolatur attestās imbecillitati nostrę diuinam adfore defensionem & prouidentiam, quatenus in illo omnem fiduciā collocātes, in omni necessitate oculos nostros dirigamus ad eum, dicens:

Fidelis autem deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam prouentum, ut possitis sustinere.

¶ Quasi dicat, nostram volens in deum erigere fiduciam. Ego quidem vobis opto ut tentatio vos non apprehendat nisi humana, sed deus est fidelis & verus in promissis, qui

DOMINICA NONA

se semper suorum electorum protectorem fore promisit.
Ipse enim pollicitus est, dicens de unoquoque qui fiduci-
am in ipso collocauit: Quoniam in me sperauit, liberabo
eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tri-
bulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Et rursum in

Matt. 11. Euang. Venite inquit, ad me omnes qui laboratis & onera-

ti estis, & ego reficiam vos. Et iterum ad discipulos graui-

Mat. 14. maris periculo perturbatos. Habete fiduciam: ego sum. Ite

Mat. vlt. rum alibi: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque

ad consummationem seculi. Nullatenus ergo fieri potest
ut ipse patiatur vos pro se tribulatos tetari, supra id quod
potestis ferre, qui se pollicit⁹ est sui nominis causa tribu-
latis ad futurum. Licet enim multæ sint tribulationes justo-
rum, tamen de omnibus his liberat eos dominus. Quia

Diabolus vel hos cadere non sinit, vel lapsos erigit a casu, facies cu-
nihil posse tentatione puentum, id est, virtutis augmentum. Qui e-
nem diabolo dat tentandi facultatem, illam utique limiti-
tente deo. bus certis restringit, sicut in tentatione Iob patuit, de quo

Iob. 1. ad temptationum certamen a satana expedito dominus ipse
ad tentatorem ait: Ecce omnia quæ habet, in manu tua
sunt, tantum in eum ne extendas manum tuam. At ubi
vir iustus & patiens in primo certamine victor euasit, &
rursum ad acriorem luctam peteretur, ad hostem ipsius i-
domino dicitur: Ecce in manu tua est, verutamē animam
illius serua.

**Diabolus bestia fe-
roxi sed ca-
tenata.** Sic enim crudelem omnium bonorum hostem, quasi fe-
rocem bestiam catenis adligatam, potentia diuina co-
cuit, ut ipsius rabiosa nocendi cupiditas, certis limitibus
arctaretur, ne violentius quam sustinere possimus fragili-
tatem nostram impugnet. Nequaquam ergo vos, inquit il-
le qui fidelis est, & nouit figmentum nostrum, patietur ultra
vires tentari: sed inuidetem vos tentatione efficiet aequali
proportione vestris viribus respondere. Quin omnis tenta-
tio nostras exuperat vires, si non tulerit opem deus: immo,
quod maius est, faciet cum tentatione prouentum, ut illa
in nostram vertatur utilitatem & gloriam, quum fuerit
superata: sicut patuit in Abraham, in Iob, in Joseph, in
Thobia, & tandem in martyribus Christi, quos omnes

eo glo

**Tentatio-
nem in bo-
nu sedere
tentatis.**

Gene. 22. Gene. 36.
Tho. 2. in nostram vertatur utilitatem & gloriam, quum fuerit
superata: sicut patuit in Abraham, in Iob, in Joseph, in
Thobia, & tandem in martyribus Christi, quos omnes

eo glorioſiores tentatio effecit, quo fuit ipsa vehemētior
 Per hanc electos ſuos dominus tāquam aurum in fornace
 probauit, & inuenit eos dignos ſe. Disponit autem fortio-
 ribus certamina fortiora, & leuiora infirmis, ſicut B. Sixt⁹
 ad paſſionis agonē vadēs, dixit archileuita ſuo beato Lau-
 rentio: Nos quāli ſenes leuioris pugnē curſum recipimus,
 te autem quāli iuuenem manet glorioſior de tyranno triū-
 phus. Et vnde rurſum Boetius ait:

¶ Deus quū ex alta prouidētia ſuæ ſpecula inſpicit, quid
 vnicuique cōueniat, agnoscit: & quod cōuenire nouit, ac
 com modat. Eſt, inquit, verbi gratia, aliquis animi viribus
 infirm⁹, cui ſi quid eueniat aduersi, fortalſe definet colere
 innocentiam, per quam non potuit retinere fortunam. Eſt
 aliis cunctis virtutibus absoluteſ, ſanctusque, ac deo pro
 ximus, hunc cōuinci quibuslibet aduersis nefas prouidētia
 iudicat, adeo ut ne corporeis quidem morbis agitari ſinat.
 Aliis mixta quādam pro animorum qualitate diſtribuit.
 Quosdam remordet, ne longa fœlicitate luxurient. Alios
 duris agitari ſinit, ut virtutes animi, patientiæ exercitatio
 ne conſirment. Et quidem hęc omnia, ut faciat cum tenta-
 tione prouentum. Qui enim, ut dictum eſt, tribuit tentan-
 ti facultatem, & ipſe dat tentatis ſuam misericordiā, vtnō
 ſuccumbant in luſta, ſed vincant. Vincunt in hoc certami-
 ne præſertim per virtutem humilitatis (quæ Christi paruu-
 los cuſtodiit in omni tribulatione) ut non crepent in forna-
 ce, in quibus non eſt ventus ſuperbiæ. Fiduciam ergo ha-
 beant in domino, quicunque in tētationis certamine ſunt
 conſtituti. Nam ipſe ſubministrat occaſionem pugnæ qui
 largitor eſt patientiæ & corona.

DOMINICA DECIMA

post Pentecosten



Ratres, ſcitis quoniam quum gentes eſſetis ad 1. cor. 12.
 ſimulachra muta prout ducebamini eunteſ.

In hac lectione tria notat A poſt. circa
 gratiam ſpiritus sancti conſiderāda. Pri-
 mum eſt gratiæ neceſſitas. Secundum eſt
 gratiæ multiformitas. Tertium eſt, origi-
 nis gratiæ indiuifa ynitatis. Primum facit
 à principio

Sap. 3.
 ſecundum
 cuiusque
 virtutem
 tētationē
 diſperſari.

DOMINICA DECIMA

à principio lectionis. Secundum, ibi: diuisiones gratiarum sunt. Tertium ibi: hæc autem omnia.

¶ Circa primū aduerte quòd Apostolus de spiritualibus charismatis seu donis quæ à deo sanctæ ecclesiæ conferuntur, in hac lectione loquuturus, quasi dicédorum titulum præmisit, dicens: De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres, id est, de donis spiritu sacerdoti volo vos scire quod veritas habet, ne forsan illa dona ministris ecclesiæ per extorem adscribentes, & spiritui sancto contumeliam faciat, & sublata inter vos pace, schismata suscitentur dum de vestra fidei ministris cōtētiosè vos iactitantes unum alteri præferre contenditis, dicentes: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ego autem Christi. Quinimò spiritum sanctum unicum & singularem omnium spiritualium donorum fontem esse agnoscatis.

¶ Notandum est autem nō parum interesse inter gratiam quæ gratum faciens dicitur, & eam quæ dicitur gratis data.

Gratia gratū faciens. Siquidem gratia gratum faciēs secūdum communem descriptionē, est forma spiritualis, sine nostris meritis à deo nobis data, gratum deo faciens habentem, & opus eius bonum reddens. Et non modò moraliter bonum, quomodo gentium philosophi qui dei gratiam ignorabant, faciebat opera quæ in genere suo moraliter bona erāt, sed non bonū coram deo, & vsq; adeò bonū, quod æterna felicitate remunerandum. Porro gratia gratis data, quodlibet donū

Gratia gratis data. est à deo homini gratis concessum, naturæ facultatem excedēs, quo unus alteri ad salutem cooperatur. Et licet per huiuscmodi donum homo non iustificetur, tamen ad gratiam gratum faciētem disponitur, quale est donum linguarum, gratia sanitati, prophetia, discretio spirituum, & ca-

eratia necessaria propter tria. tera huiusmodi de quibus in sequentibus dicetur per finitiam gratum facientem. Tum quod sine illa seducitur, Tum quod ipsius sequēs instinctum, nemo per peccatum labitur. Tum quod sine illa nemo bene operatur.

pertinet in de seducūtur. ¶ Primum, videlicet quod sine gratia homo seducitur, ostendit quum dicit: Scitis quia quum gentes essetis, ad simularia muta prout ducebamini euntes. Scitis, inquit, ut experti, quia quum essetis sine dei notitia, à dei gratia alieni eratis

eratis cunctes (quo verbo assiduitatem designat) ad simulachra muta, cui impietati ratio repugnat. Relicti enim eratis à magisterio gratiæ, ideoque eratis cunctes prout ducebamini, videlicet à magistris mendacibus, aruspiciis, philosophis, item à dæmonibus, à propria concupiscentia, quæ semper ad malum prona est. Ducebamini, inquit, & seducebamini ad simulachra muta pro diis colèda & adoranda quod absurdum prorsus & nimis indignum est, ut pro deo collat homo opera manum suarum. Sed iusto dei iudicio exigē Rom. 1. tibus vestris peccatis traditi eratis in reprobū sensum, ut I. cor. 4. faceretis ea quæ non conueniunt. In iis enim qui pereunt opertum est Euāgeliū nostrū, in quibus deus huius se. Homo culi excœcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illu gratia de minatio gloriae Euāgeliū Christi. Est enim homo gratia dei statut⁹ ad destitutus, sicut gubernator in tempestate amissio clavō, si similatur cur sedes equo indomito sine freno, & sicut miles amissis armis in bello.

¶ Prout ducebamini, inquit, cūtes, scilicet in vestram perditionem, in omnem & corporis & spiritus coinquinacionem: quo modo si cæcus pro duce canem habens, ducatur ab illo in foueam vel in lutum. Aut si ouis à lupo capta, in syluam lanianda trahatur. Tales, inquit, eratis, quando in vestris erroribus dei gratiam ignorantes seducebamini. Nō autem otiosè spiritualia illis traditurus priorē illorum cōuersationem commemorat, ut qui tūc similes facti essent his quæ colebant, nunc per spiritualia dei dona ad dei imaginem reformatur.

¶ Secundum, scilicet quod instinctū gratiæ sequēdo nemo in peccatum dilabitur, ostēdit Apostolus quum subiungit:

I deo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu.

¶ Quia fortasse impij quidam & peruersi per spiritum dia boli dixerant, anathema Iesu, id est, ipsi domino Iesu: Ac si dixisset, si aliquis dixerit anathema Iesu, non spiritu dei sed diabolico spiritu loquitur. Anathema perditio siue de testatio interpretatur. Quisquis, inquit, gratiæ cœlestis insinuatur gubernatur, ille nec mente, nec lingua, nec opere quicquam peragit quo Christi nomen in honoretur. Quasi dicat: Hinc scitis quod spiritus malus vos reuocatos à bono.

DOMINICA DECIMA

bono duxit ad tam irrationabile malum quod est idolatria. Ideo, inquit, id est, per hoc facile vobis notum facio, quod per spiritum Dei abstinetur a malo, & sit bonum. Quod si contrarium quippiam homo aut faciat aut loquatur, utique in spiritu Dei id ipsum egerit, ut dictum est: A fructibus eorum cognoscetis eos. Pseudodoctorē depræhēdis, si de Iesu male loquatur, sicut per Apostolum Ioan. nem dicitur.

Mat. 7.
Pseudo do-
ctorē de
prehendis
1. Ioan. 4.

Ibidem.

Tit. 1.

¶ Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierūt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus, qui confiteretur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est. Et hic est antichristus, id est, Christo contrapositus. Vbi & de falsis doctoribus subdit: Ipsi de mundo sunt, & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus: Qui nouit deum, audit nos. Qui non est ex deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris. Nemo igitur in spiritu dei loquens, dicit anathema, id est, blasphemiam in Christum, nec verbo sicut Arrius, dicens Christum esse puram creaturam, non deum, nec patri substantialem, sed minorem patrem: nec opere, prout facili: qui fatentur se nosse deum, factis autem negant. Nullatenus tamen compellitur per dei gratiam humani arbitrij libertas, vel bonum facere, vel nihil mali posse facere: potest enim ex proprio defectu in peccatum labi, sed quia gratiæ instinctu facere malum non potest.

¶ Tertium, videlicet quod sine dei gratia nemo bene operatur, consequenter ostendit Apostolus dicens:

Et nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.

Gratia ca-
rensis, nou-
verè dicit
se seruum
Iesu.

¶ Nisi enim verè Iesus sit eius Dominus, non potest quisquam veraciter dicere, Dominus Iesus, interiori videlicet recognitione, verbo & opere se Iesu in seruum consignando, & illum sibi in Dominum eligendo & agnoscendo, nisi in spiritu sancto, id est, in dono spiritus sancti. Nemo ergo potest verè dicere. Dominus meus est Iesus, & ego illius seruus sum, ita ut mentis suæ conceptum sono vocis enuntiet, nisi in spiritu sancto. Nec enim Christi seruus homo, nec Christus huius servi Dominus esse potest

poteſt, ſine ſpiritu ſancto iſum inabitare, & dirigente, & attēſtantē.

¶ Quum autem dæmones Iesum dominum eſſe conſiſtent & nominant, hoc vtique coacti faciunt, nō ſpontanei. *Luc. 4.*
Nequaquam id vltro facturi, niſi forte ut per hoc decipiant. Et quanuis plerique dicant Christo, Domine, domine: qui tamen nō intrabunt in regnum cœlorum, & per conſequens in ſpiritu ſancto id minimè dicant: Vtique ob hoc reprobantur, quod ſolis labiis dominum honorātes, corde longè abſint ab illo. Sed (ut dictū eſt) factio & tota cordis attēſtatione nemo Iesum dominum ſuum eſſe cōfitetur, nec ſe Iesu ſeruum, niſi in ſpiritu ſancto, à quo eſt omne verum.

*Matt. 7.**Eza. 29.*

¶ Circa ſecundum principale dicit:

Diuiſiones verò gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniftrationū ſunt: idem autem dominus. Et diuiſiones operationum ſunt: idem verò deus, qui operatur omnia in omnibus.

¶ Hic tractat Apoſto de gratiæ multiformitate, & generaliter loquitur de gratiis, quæ gratis datae dicuntur, quæ tunc à deo dabantur propter ecclesiæ ædificationē & cōmunem utilitatem, & ut eſſent signa inhabitantis ſpiritus sancti, qui in ſacro baptiſmi lauacro fidelibus dabatur. Itaque p̄aefento fonte gratiarum vbi dixit: Nemo po- test dicere dominus Iesu, niſi in ſpiritu ſancto: cōſequen- ter assignat ipsas gratias diuinas, & hoc quidem primū in genere (ut dictum eſt) p̄oſt in ſpecie, vbi dicit: Alij qui- dem per ſpiritu datur ſermo ſapienția.

¶ Circa primū dicit: Diuiſiones gratiarum ſunt, tametsi *Gratiæ* ab uno ſpiritu quaſi fonte uno procedant. Non ergo mi- *multifor-* nor desperet, neque ſuperbiat qui maior eſſe videtur. Cor *mitas.* ripit enim hoc loco eos, qui inter ſe altercabantur ob gra- tiam munerum ſpiritus ſancti, quaſi dicat: Quid tu doles, quod minori ſiſ munere donatus, qui non tantū accepi- ſti, quantum aliuſ quispiam? Non enim id tibi ex debito ſoluitur, ſed gratia eſt, & donum ſpiritus, quin potius gra- tias egeris, cui cum nequaquam pro meritis fit ille obno- xiſ, aliquid tamen gratiæ eſt impartiſtus. In ſuper agnoscere eundem eſſe dominū, qui in alium cui inuideras id bene- ficij contulerit, & te donis ſuis dignatus eſt. Neque enim tu ab

DOMINICA DECIMA

tu ab angelo aliquo, ille à deo accepit, sed unus & idem inest utrisque spiritus, quanvis aliis & aliis signis in te & in alio spiritus ille se prodat.

Diversi in Ecclesia gradus unde.

Personarum trinitas.

Operarii natus in diuina.

I. Cor. 7.

¶ Posunt autem diuersarum gratiarum appellatione etiam diuersi in Ecclesia Hierarchia gradus & ordines intelligi. Quorum & si distincta sunt officia, trium tamē in una deitate personarum (id est, patris & filij & spiritus sancti) indiscretē unum opus sunt, quarum trinitatem personarum ab Apostolo expressam hic esse intellige. Ait enim: Dimensiones gratiarum sunt, idem autē spiritus, gratiae munera tribuens spiritui sancto. Et divisiones ministracionū sunt idem autē dominus, personam filij domini appellatione designās. Et divisiones operationū sunt, idem verò deus, qui operatur omnia in omnibus, ubi meminit patris. Et quanvis horum sint opera indiuisa, tamen per appropriationem quandam singulis singula tribuuntur.

¶ Per administrationes autem seu ministeria, Ecclesiasticorum ordinum munia intelliguntur, in Episcopis, Presbyteris, Diaconib⁹, Subdiaconib⁹, Accolytis, Lectoribus & similibus quę spiritus sancti instituto Ecclesiam dei cōdecorat. Quoniam verò plerique bonorum operum gloriantur, qui tamen non sunt aliquo gradu ecclesiasticō sublimati, & id nihilominus dei munus est descendē à patre luminum, Ideo dicit: Divisiones operationū sunt, idē verò deus. Videmus enim in ecclesia catholica alios atque alios variis à deo dotatos esse operibus sanctis, ubi unusquisque proprium donum habet à deo, unus quidem sic, aliud verò sic: nec enim omnia possum⁹ omnes, ut nemo superbiat, videt enim se unusquisque non omnia posse, neque proximum contemnat, in quovenerandū agnoscit quod in se minimè accepit. Si enim humilis es, & mas vnitatem, tibi habet quisquis in illa aliquid habet. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo. Linor separata charitas iungit. Sicut enim in humano corpore oculusculus videt, sed non sibi soli, sic & in ecclesia id quod quilibet habet, non sibi soli vendicandum, sed aliis communitandum accepit.

¶ Aduerte etiam Apostolum præpostero ordine personas in diuinis posuisse, ut ostendat xqualitatem & non esse illas

illuc prius aut posterius, maius aut minus, sed personas ilicas coæternas sibi esse & coæquales. Et quia cōdecens est ut quam quisque à deo accepit gratiam, illam in alterum administret ut bonus & fidelis disp̄sator multiformis gratia dei, ne talentum domini sui redarguatur abscondisse, *1. Pet. 4.* quum sibi soli nemo sit natus, idcirco subdit cōsequenter *Mat. 24.* Apostolus, dicens:

*V*nique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. **H**æc manifestatio spiritus gratia gratis data est, & donū quodlibet quo se manifestat spiritus, potius ad vtilitatem & edificationem ecclesiæ, quam illius qui donum hoc accepit, quia etiā & minor qui est in ecclesia, prodest. Vnde cōsiderandum est quod deus quum sit natura incorporeus, & incommutabiliter viua, æterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus, & singulis totus. Hi autem *Dñs p̄* tem in quibus ipse habitat, pro sua hūc quisque habet ea. *sua capa* pacitatis diuersitate, alij ampli⁹, alij minus, quos ipse sibi *citate* templum electum gratia suæ bonitatis edificat. De quibus quisque *accipit.* Apostolus per partes exequitur, dicens:

*A*lij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum.

Hic agit de diuisione gratiarum in specie, dicens: Alij quidem per spiritum, inquit, non per meritū datur sermo sapientiæ. Alij autem sermo sciætia secundū eundem spiritum. Distingue inter sapientiam & scientiam. Sapientia *Sapiætia* enim est in contemplatione æternorum. Et quid est in æter *& sciætia* nis, nisi deus cuius solius incommutabilis est natura? Hac differunt. sapientiam B. Euangelista Ioannes est sortitus, itidem & Apost. ipse Paulus. Hi enim diuinorum & altissimorum rerum cognitionē sunt assequuti, quod & de Moyse beatus asserit Augustinus. Scientia vero est in actione tempora *Iob. 28.* lium, sicut in Iob scriptū est: Ecce pietas ipsa est sapiætia, abstinere autem à malis scientia est. Pietatem pro dei cultu posuit, quæ Græcè Theosebia dicitur. Et quis alias verus dei cultus est, quam amor dei & cognitio eius?

Sciætia vero quā esse dixit abstinenre à malis, est de rebus *Scientia*. & moribus & agibilibus humanis diuinit⁹ esse instructū. Abstinere, inquit, à malis, sciætia est. In rebus etenim temporalibus mala & pericula multa sunt, inter quæ cautè & prudenter

DOMINICA DECIMA

Similia. prudenter conuersari spiritus docet. Proinde cui datur sapientia, is quasi sol est: cui scientia, quasi luna in huius seculi nocte lucis. Hi verò quibus cetera datur, stellæ sunt. Hęc enim in huius seculi nocte nobis usi sunt, sicut scriptum est: Fecit luminaria magna, solem in potestatē diei, lunam & stellas in potestatem noctis. Aduertendum est autem, quod nō simpliciter ait: Alij datur sapientia, alijs scientia: sed ait, sermo sapietiae, & sermo scientiae: quia à deo nō modò sapientia, id est, de diuinis rebus intelligetia, & scientia de humanis datur, sed etiam earum sermo & facultas quædam spiritualis confertur, qua dei arcana ac recedita ac etiam de agibilibus & rebus humanis doctrinam ad dei gloriam & aliorum utilitatē possit homo aliis impartiri. Sequitur:

Alteri fides in eodem spiritu Alij gratia sanitatum in uno spiritu. Alij operatio virtutum.

Luc. 21. ¶ Alteri fides, hoc est, constantia fidei datur, vel sermo de fide. Vnde Apostolis à domino dictum est: Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Et in Actis Apostolorum

Act. 6. Fidei dominum quam scriptum est, quod omnes qui erant in cōcilio, non poterant resistere sapientiae & spiritui, qui in B. Stephano loquebatur. Vnde patet q̄ etiam fides inter dei dona computatur. Non ergo sola fides cum charitate à deo in nobis

Nota. 1. Cor. 13. est, sed etiam fides ipsa sine charitate. Poteſt etiam fidei nomine, gratia signorum intelligi, quae vel montes transferre sufficiat: operatio quippe miraculorum, eò q̄ fidei attribuitur, fidei nomine appellatur. Sequitur:

Gratia sanitatum. ¶ Alij gratia sanitatum, hoc est, ut sanare quanuis argritudo invenire queat: quam gratiam olim non modò Apostoli & martyres, sed & credentium plenique habuerūt, sicut in gestis sanctorum Laurentij, Sebastiani, Ciriaci, & aliorum multorum legimus. De sancto Tyburtio legitur, q̄ orationem Dominicam & symbolum super quendam ex alio lapsum & grauiter collisum legens, ipsum restituit sanitati. Vnde beatus Iacobus: Oratio fidei, inquit, saluabit infirmum. Hinc iam fallacia dæmonum superstitiones criminationes corrupta fide in mulierculis remanserunt.

Iacobi 5. Superstitiones r. vnde. Sequitur:

¶ Alij

¶ Alij operatio virtutum. Cui donum hoc à deo cōcessum est, is potis est peruvicaces & inobedientes tormentis afficeret, sicut Elymam magum Paulus cæcauit, & Ananiam & uxorem eius sustulit Petrus. Et in concilio Niceno sanctus quidam cōfessor expers literarum, loquacem & insuperabilem dialecticum Arrianę factionis hoc dono spiritus fecit obmutescere, quem etiam ab erroribus ad fidem rectam conuertit. Sequitur:

*Operatio
virtutū.
Act. 13.
Act. 5.*

Alij prophetia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio sermonum

¶ Alij, inquit, datur prophetia, ut veraciter futura prospiciat & prædicat, vel rerum longè positarum notitiam habeat, vel cordiū secreta rimetur. Alij discretio spirituum, qui internoscendi vim habeat, quis fidelium sit spirituālis, quis spiritu careat, quis Propheta verax, quisve seductor, quonam spiritu bono an malo quid dicatur, quia & dæmon ipse potest cum intentione fallendi bona dicere. Hoc dono prædictus beatus Petrus Apostolus ait Simoni: Non est tibi pars neque fors in sermone isto, quoniam in felle amaritudinis & in obligatione iniquitatis video te esse. Sequitur:

Prophētia.

*Discretio
spirituū.*

Act. 8.

¶ Alij genera linguarū. Hoc donum in ecclesia primitiuā plerisque cōuersis ad Christum conferebatur. Necessariū quippe tunc erat, vt hoc in gentibus diuersarum linguarum fides propagaretur. Et hæc gratia apud Corinthios magni pensi habebatur, quod primum suisset per spiritū sanctū Apostolis tradita, & propter hoc aliis gratiis putabatur esse præstatiōr, quum tamē esset inferior. Nā excellētior est gratia doctrinæ, & variis loquendi linguis donum, longē antecedit donum id de quo subdit:

*Gratia
linguarū.*

¶ Alij interpretatio sermonū, hoc est cognitio sensus eorum quæ proferēda sunt. Nonnulli enim donum linguarū habebant, qui non habebant interpretandorum gratiam sermonum. Donum hoc diuinitus collatum fuit Ioseph, qui nouerat interpretari. Posseunt etiam per sermonū interpretationes, allegoricæ pronuntiationes intelligi, quæ tam in euangeliis quām in prophetiis reperiūtur, quæ per hoc spiritus sancti donum elucidantur.

*Interpre-
tatio ser-
monum.*

Gen. 40.

¶ Circa tertium principale dicit:

DOMINICA DECIMA

Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

¶ Hic ostenditur originis omnium gratiarum indiuisa unitas. Hec omnia, inquit, & si diuerla sint & multa, operatur unus atque idem spiritus sanctus, qui cum patre & filio sub Deo ope- stitaliter unus deus est, qui ne diuersus (quia diuersa sunt rari om- dona) ac varius aliqua successione temporis, vel sui muta nia in om- tione putaretur, signanter ab Apost. hoc additum est, atque nibus. idem spiritus. Superius dixit tres operari, hic spiritum sanctum agere profitetur. Nam quia unius naturæ atque substantię sunt, quod operatur unus, tres operantur. Cooperator enim patris & filii spiritus sanctus est. Idecirco prouide dixit, unus atque idem spiritus, ne tot putentur quot sunt opera. Inseparabilis enim est operatio trinitatis extra se: ita ut quum operatio patris dicitur, non eam sine filio & spiritu sancto intelligatur operari. Et quum dicitur operatio spiritus sancti, non sine patre fiat & filio.

¶ Tollit hic Apostolus tres errores. Primus erat quorundam gentilium singulis numinibus, siue diis singulas operaciones suas tribuerunt. Ut verbi gratia: Marti successum bellorum, Veneri carnalium voluptatum & amorum, Neptuno vim maris, Mercurio successum negotiorum, Mineruam pietę ac studiorum, Vulcano vim ignis, Cereri frugum, Bacco vinorum, Iunoni gloriam regnorum, Lucinae facilitatem partuum, Apollini praescita futurorum. Singulis præterea rerum speciebus, singulis item è terra nascientibus singula numina deos vel deas praefesse finixerunt: Verbi gratia, Feno, fœnona: pomis deam pomonam, vilissimis etiā rebus & operibus vilissimis numina dederunt, ut cloacis deam cloacinam, quę omnia diabolica atque sacrilega cōmenta cōfutat Apostolus, quum dicit: Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus.

¶ Secundus error erat eorum, qui asserebant deum non habere cognitionem rerum nisi in genere duntaxat, nec singularia nosse: quos redarguit Apostolus, quum dicit: Diuidens singulis. Ipsi enim cura est de nobis non solum in genere, Dani. 14 sed etiā in specie, immo & in singulari. Patuit tum in Helia, Einusd. tum in Daniele, tum in tribus pueris in fornacem ardentem cōiectis, tum in Paulo Heremita, & aliis multis, quo- rum

rum cōstat deū singularem curam habuisse. Nam si deus singula non nosset, in cogitationibus impij non foret interrogatio. Non interrogaret iustum & impium, non redideret vnicuique secundū opera sua, nec esset necesse homines de omni verbo oioso quod loquuti fuerint, in dei iudicio reddere rationem.

*Matt. 15
Matt. 12*

¶ Tertius error est, quorundā attribuētum diuersitatem, nō modō donorum, sed etiam euentuum fato, siue cōstellationi, siue hominis ipsius natuitati. Et hunc errorem submouet Apostolus, quum dicit: Dīvidens singulis prout vult. Vult autem non secundum fatum, quod nihil est, quia nec à constellatione aliqua, nec à natuitatis nostræ hora dīvina voluntas vllatenus arctatur: sed diuidit dona sua prout vult, vt pote deus, qui solus nouit quid singulis conueniat, & gratis dat, non ad meritum. Vnde nec minori dolendum est de alterius maiori dono, nec maiori su perbiēdum aduersus minorem, quum ipse nihil nisi quod à deo gratis accepit, habeat. Quid habes, inquit, quod nō accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepseris?

*Fatum ni
hil homi-
ni cōferre*

1. cor. 3.

DOMINICA VNDECIMA post Pentecosten.



*Otum vobis facio fratres, euāgelium quod pre-
dicauī vobis.* *1. Cor. 15.*

In hac lectione Apost. Prīmō cōmendat doctrinam euangelicam in communī. Secundō, ostendit ea quae nos oportet credere, & sentire de resurrectione Christi. Prīmū facit à principio lectio-
nis. Secundum, ibi: Tradidi enim vobis imprimis.

¶ Circa primum dicit: Notum vobis facio fratres. Ac si dicat: Nihil vobis vel nouum vel peregrinum prædicto, sed id quod vobis est cognitum euāgelium Christi repeto, & ad memorī reduco. Vbi primū fraterna illos appella-
tionē & mitigat simul & cōmonefacit, memores reddens vnde id fraternitatis acceperint nomen. Ostendit autem Euangelicæ doctrinæ excellentiam ex multis,

¶ Prīmō, ex denuntiatione multiplicis cōsolationis: euā-
gelium

il ij

DOMINICA XI

Evangeli- gelium quippe annuntiationē bonam latino sermone si-
cæ doctri- gnificat, & hoc vtq; per excellētiā. Bona enim innumera
na excel- prētendit & memorat, quibus ob filij dei incarnationem,
lentia. passionem, resurrectionē, ascēsionēque in cœlum par-
Esa. 61. partim nunc fruimur, partim nobis promissa & reposita sunt
Luc. 4. in futurum. Vnde in Esaia scriptum, & ipso Christo teste
 in se cōpletum est: Spiritus domini super me, eo quod vñ-
 xerit me, ad annunciatum mansuetis misit me, ut mede-
 rer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgētiā,
 & clausis apertione, & prædicarem annum placabilem do-
 mino, & diem vltionis deo nostro, & cōsolarer omnes lu-
 gentes, ut ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & da-
 rem eis coronā pro cinere, oleū gaudij pro luctu, & pal-
 lium laudis pro spiritu mœroris. Vbi multimoda consola-
 tio per euāgeliū nobis denūtiata describitur. Venit enim
 ad nos de cœlo dei filius Euāgelicae gratiæ mediator. Ve-
 nit, inquā, captiuos detentosque apud inferos dei electos
 liberare. Quod innuit propheta in p̄missis, qui ex Chri-
 sti persona loquens dicit se à deo missum & vñctum spi-
 ritu dei, ut clausis apertione prædicaret. Venit reos ab-
 soluere, vnde dictum est, captiuis, scilicet per peccatum, in-
 indulgentiam, subaudis, veni nuntiare. Venit pauperes bea-
 tificare. Euangelizare, inquit, pauperibus misit me. Sic e-
Luc. 4. nem in Euangeliū Lucæ scriptum habes: Venit infirmos
Luc. 13. sanare, ut mederer, inquit, cōtritis corde. Vnde & in euāg.
Matt. 9. dicit: Ecce perficio sanitates, scilicet corporum, hodie &
 cras, & tertia die cōsummor. Et rursus, quum peccatores
 recipiendo se medicum animi morbis sanandis ostende-
 ret, idque ferrent agrè Pharisæi ait: Non est opus valen-
 tibus medico, sed malè habéti bus. Non enim veni voca-
 re iustos, sed peccatores. Et quia hac sanitate per ipsum
 cōferenda digni nō sunt, nisi qui morbum suum agnoscē-
 tes deplangunt, ait se mederi non quibuslibet, sed contriti
 corde. Venit proinde lugentes consolari, ut consolare,
 inquiens, omnes lugentes, ut darem oleum pro luctu,
 & pallium laudis pro spiritu mœroris. Vnde & in Euan-
 gelio dicit beatos esse qui lugent, quoniam ipsi consola-
 buntur. Et rursum alio loco: Amē amē dico vobis, inquit,
 quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudēbit,
10an. 16. vos

vos verò contrastabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Venit humiles exaltare. Ut darem, inquit, coronam pro cinere. Cinere autem quid humilius, quid sublimius corona? Hinc ait in Euangeliō: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Et rursum ipsa domini mater in cantico suo quo dominum magnificat ait: Deposit potentes de sede, & exaltauit humiles. Erūt quippe nouissimi primi, & primi nouissimi. Venit & initios nostros tam inuisibilis quam visibiles, videlicet homines praus & impios humiliare & coercere. Vnde hic dicit. Ut prædicarem diem ultionis deo nostro. Vnde & in euangelio ait: Deus non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Et si seruus malus cœperit percutere seruos & ancillas, veniet dominus servi illius & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Demum venit nobis patris summi gratiam conciliare, Ut prædicarē, inquit, annum placabilem domino.

*Luc. 18.**Luc. 1.**Mat. 26.**Luc. 18.**Luc. 12.*

¶ Secundò, sancti Euangelij excellentiam atque dignitatem ostendit Apostolus ex eius præparatoribus, qui fuerunt Apostoli Christi, quorum Paulus ipse unus erat. Euangeliū, inquit, quod prædicauī vobis. Fuerunt autem Apostoli viri summi, legatione per mundum pro dei filio fūgentes, ad hoc ipsum à domino ex cunctis mortalibus selecti, spiritu sancto repleti, omnium gentium loquentes linguis, amici dei, duces exercitus Christi, Iudices seculi, quibus dictum est à domino: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Vnde & per Paulum dicitur: An experimētum queritis cius qui in me loquitur Christus?

Mat. 10.

¶ Horum & prædicatio recepta, & testimonio creditum est à mundo plures ob causas, quæ illis summam authoritatem adiecerunt. Videlicet, primò propter miraculorum virtutem & efficaciam, quam illis Christus largitus est dicens: Euntes prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitare leprosos mundate, dæmones eiicite. Et alio loco: Ecce, inquit, dedi vobis potestatē calcādi supra serpētes & scorpiones

Luc. 10.

DOMINICA XI

Mar. vlt. & supra omnē virtutē inimici. De cuius exequutione po-

testatis beatus Marcus ait: Illi autem profecti prædicauerunt vbiique domino cooperāte, & sermonem cōfirmante sequētibus signis. Signis, inquam, omnem creaturā virtutē excedētibus, & possibilibus soli deo, quibus testimoniis quæ credibilia facta sunt nimis, suæ veracis prædicationis mundo fidē faciebāt. Acceperunt nihilominus po-

Iean. 20. testatem etiā super animas, dicēte ad illos dominο: Quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. Ecce quām grandis Apostolorū autho-

Vite apo- ritas, quæ illis tam supra hominū corpora quām animas

stolorū ir- collata est. Secūdū, propter vitæ ipsorum integratatem, pu-

reprehēsi- ritatēmque arq; innocentia, à quibus prorsus aberat au-

bilis inte- ritia, ambitus vani honoris, deliciarū voluptatūmque car-

gritatis. nis cōcupiscentia, & vendicatio mundanæ potestatis. Fa-

ciebāt ip̄i quæ aliis facienda prædicabant, vulneribus suis

& sanguine euangelicam doctrinam, fidēmque in Christum cōfirmantes. Tertiū, propter eorum in persequitio-

ne cōstantiam & patiētiam. Nullatenus enim vanum au-

confitum id videri potuit penes rectè aestimantes, grati-

cuius sine vila cunctatione quæcunque supplicia, & etiā

ipsam mortem prompta voluntate subibant. Vnde ait B.

Hieron. Si cuipiam Apostoli credantur iocando loqui,

credantur & iocando mortui. Sed ioci non sunt, vbi sup-

plicia intercedunt. Tertiū, euangelicam excellentiā ostē-

dit Apostolus ex auditoribus, qui concordi consensu do-

ctrinam Euangelicam per orbem terrarū vnanimiter re-

cepérunt. Vnde subdit in lectione, dicens:

Quod & accepistis.

Euangeli- ¶ Quippe quod non modò verbis, sed magis operibus &

cam veri- miraculis traditum accepissent. Idcirco autem eos acce-

tatem cō- pisse euangelium conimemorat, ut persuadeat non aliter

firmat illud quod accepissent seruare, quām si eorū fidei esset ali-

creden- tū quid ad modum depositi commendatum. Quod & acce-

do. stis, inquit, per fidem videlicet id verum esse credēdo, cu-

deus per tot signa & prodigia adstipulatus est. Nam sicut

olim deus per signa atque portēta Pharaone percusso, po-

pulum suum de Aegypto liberavit, ita & nunc per innu-

mera miracula & virtutes, principe tenebrarum deuicto,

percusso

percusso & alligato, humanū genus ab idololatriæ & ignorantis dei tenebris eripuit.

¶ Quod si euangelicæ veritatis hostis miracula cuncta ne ^{Fide} ratio gauerit, tunc vnum nobis superest miraculorum omnium ^{confirmat} maximum, quod videlicet tam ardua & inaudita, omnem que humanum sensum excedentia, sine ullius attestatione miraculi concordi fide per orbem terrarum recepta sunt, non modò à simplicibus & rudibus, sed etiam à sapientibus & potentibus huius mundi.

¶ Nec his obstat quod spuriissima Mahumeti lex sine vi- ^{Mahume} lis miraculis sit à multitudine recepta, quum tamen sit falsa & vana, & sic etiam potuisse legem Euangelicam reci- ^{sine mira-} pi sine ullius attestatione miraculi, ac per hoc non modò culis receperunt non grāde, sed penitus nullum esset in huiusmodi legis si ^{tā.} ne miraculis susceptione miraculum, quia ille primū vi ar morum rudis populi multitudinem sibi subiugavit, cui & legem dedit sacrilegam & spurcam, quae in præsenti vita hominibus permittit, & in vita futura promittit illa ad quae caro & sanguis maximè prona sunt, delicias scilicet, & carnis voluptates. Ad hæc enim humanum gen' peccato pri mi parentis corruptum sua sponte ruit.

¶ Non sic Christiana fides armorum vi credituris obiecta est. Nec ea promittit ad quæ sensus & cogitatio humani ^{Christia-} cordis prona sunt, sed potius ad illa nos inducit, à quibus ^{nam fidē} humanus sensus vel maximè abhorret, cuiusmodi sunt à deo esse, mundi contemptus, spontanea crux, asperitas vitæ, abdicatione voluptatum, fuga transitorij honoris, voluntaria paupertas, inimicorum dilectio, & similia. Vnde nequaquam à sapientibus & potentibus huius mundi & carnaliam voluntatum amatoribus fuisset recepta, nisi per signa & prodigia, Dei utique testimonia, quæ (ut dictum est) credibilia facta sunt nimis, fuisset confirmata. Non enim potest falsum aliquid diuinę assertioni subesse, sicut quidam sanctus ait: Fidenter dixerim, si in hac nostra fide error est, Domine Rich. de ne à te decepti sumus, quum hæc tantis sint miraculis confirmata, quod ea nisi à te fieri non potuissent. ^{euangel.}

¶ Quartò, commendatur euangelium Christi ex fructibus doctrinae suis, quorum hic duos assignat Apost. Vnus est, quod homi fructus domini eleuat ab imis ad cœlestia. Alter est, post hanc vitā plexus,

gloria & beatitudo sempiterna, ibi: Per quod & saluamini
De primo dicit:

In quo & statis.

S. cor. I. ¶ Iuxta quod alibi dicit: Fide statis. Vbi notandum est, quod Christi fideles stant perseverantia, stant coelesti fiducia, stant Victoria, stant propoli sancti firmitate sive constantia. Statisti, inquit, huiuscemodi constantia, quasi arbores firmiter radicatae, fructum bonum afferentes, quos tempestati ventorumque vis quantumlibet urget, minime prosternit. Nec mirum, quia nec portae inferi (iuxta Christi promissum) aduersus eius ecclesiā præualebunt.

Quatuor modis statere contingit. ¶ Verum sicut per ea quæ dicta sunt, fideles moraliter stare dicuntur, ita & per eorum contraria cadere probantur. Cadunt enim inconstantes, leues, studia permutantes, animoque nutantes, qui voluntatē suam (quasi radicem) neandum in bono firmauerunt. Cadunt ante finem à bono inchoato deficientes, quibus insultatur à dicentibus, Hic homo coepit edificare, & non potuit consummare. Cadunt proinde desperantes & diffidentes de misericordia dei. Miles eis qui quum habeant quod apprehendat & cui tantum rei fixa innitantur, vecordes tamen & ignavi præpitio desperationis sponte se dedunt, illis non dissimiles qui quum hostilem vim possent si vellent propellere, igitur adhuc arma proiciunt, pereuntque. Cadunt denique peccato superati, abstracti videlicet & illecti à suis concupiscentiis, qui si voluissent, potuissent utique victores euisisse. Sicut ipsi Cain à domino dicitur: Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Vnde nec audiendi sunt qui declinantes in verba malitia ad excusandas excusationes in peccatis, dicunt se non posse cauere peccatum, fornicationem videlicet, rixam, contentionem, mendacium maledictum, perjurium, fraudem, & similia.

Gene. 4. ¶ De secundo effectu seu fructu euangelice doctrinae, qui est post hanc vitam beatitudo sempiterna, dicit:
Per quod & saluamini.

Mar. v. 17. ¶ Scriptum quippe est: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Nec datum est aliud nomen sub celo hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Saluat igitur Christi euāgeliū recentes

dentes à malo. Ipse, inquit angelus, saluum faciet populuIoan. 3.
suum à peccatis eorū. Misit enim pater filium suum in muntibidem.
dum, non ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per Ioan. 1.
ipsum. Nam sic deus dilexit mundum, ut filium suum vni. Rom. 6.
genitum daret, ut omnis qui credit in eum nō pereat, sed
habeat vitam aternam. Saluat igitur Christi euangeliū à
malo, omnium vtq; malorū pessimo, id est peccato, & cō-
fert bonum summum scilicet, aternum. Dedit enim po-
testatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius, q
si filij & hæredes. Hæc autē duo, scilicet à malo liberari, &
summo perfaci bono, veram hominis salutem perficiunt.
¶ Ad hoc tamen quod per Christi euangelium saluemur,
duo requiruntur. Vnum est, quod eo modo teneatur eu-
gelium & credatur quo ab apostolis prædicatum est & tra-
ditum, ut videlicet fideles in credendo non innitantur ra-
tionibus humanis propter illas credentes, aliás non credi-
turi, sed diuinæ authoritatis veritati dūtaxat, quæ in mira-
culis effusit, ideo subdit Apostolus:

Qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis.

¶ Quasi dicat: Non humana ratione prædicatio mea pro-
cessit, ut quasi vobis aliquid humanitus inuentum aut cō-
fictum prædicasse, sed id quidem à deo reuelatum ipse
acepsi, & ego tradidi & prædicauī vobis, sicut & alio loco
ait: Placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, ut
reuelaret per me filium suum in gentibus. Gal. 1.

Possunt autē & hæc apostoli verba quibus ait: *Qua rati-*
one prædicauerim vobis si tenetis, ad ea quæ immeidate
præmiserat referri, vbi ait: Per quod, scilicet euāgeliū & sal-
uamini, & hoc si illud tenetis ea ratione qua vobis id præ-
dicauerim, id est, si fidem quā tradidi vobis sanam, & Chri-
sti euangeliū incorruptū, immutatumq; prout à me audi-
stis retinetis. Quod propter pseudoapostolos ait: qui Chri-
sti euangeliū suis adinuentiibus corrumpebant, sicut a-
pud Galat. acciderat. Quibus Apost. scribens ait: Miror q;
sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratia
Christi in aliud euangelium, quod non est aliud, nisi sunt
aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere euange-
lium Christi. Sed licet nos, aut angel⁹ de cœlo euāgelizet
præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Galat. 1.

Quis.

DOMINICA XI

Quisquis itaque fructum fidei, videlicet æternam salutem voluerit adipisci, credat, inquit, necesse est deo in euangelio per nos loquenti. Credat autem sine ulla hæsitatione, sciens deum plura posse, quam nos humana ratione comprehendere, exemplo patris fidei nostræ Abrahæ, qui non est infirmatus in fide, quum id illi promitteret deus quod humana ratione videbatur impossibile.

Rom. 4.

¶ Alterum, quod requiritur ad hoc quodd per euangelium saluemur, est quodd fides nostra quam per Euangelium in Christum habemus, non sit inanis & otiosa ab operibus bonis, sed per charitatē operetur, alioqui mortua reputabitur, vnde subdit:

Nisi frustra credidisti.

Corrupi ¶ Hoc est, Nisi vanè & incassum sitis Christianum nomen prauitate sortiti. Ille enim reputatur frustra credidisse, qui fidé suam fidem. nō satagit bonis operibus exornare. Nam huius fides paulatim obscurabitur & tandem euanescet. Non enim cum reprobris moribus & mala conscientia, poterit diu consistere fides sana & incorrupta: imò sicut alibi dicit, bonam conscientiam quidam à se repellentes, circa fidem naufraguerunt. In vanum & frustra ager excultus & seminatus est, qui suo cultori fructum non affert ullum. Dei autem agriculturam fideles esse idem Apostol perhibet, à quibus ipse fructum operis boni temporibus suis requirit.

1. Cor. 1.

¶ Circa secundum principale dicit:

Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.

Resurrec-
Etio fidei
caput.

¶ Hic ea tradit quæ nos oportet scire & credere de Christo, videlicet mortem ipsius, sepulturam, resurrectionem, apparitionem. Circa quæ est aduertendum, quod resurrectio Christi præterita & ad illius imitationem resurrectio omnium nostrū futura, fidei nostræ præcipuum caput est. Nam si resurrectionis possibilitas tollatur, tollitur vtique & Christum ipsum resurrexisse. Quod si non resurrexit, omnis nostra fides euertitur sublata Christi resurrectionis veritate. Itaque quia de resurrectione dogma cæteris est præstatius, in primis, inquit, hoc ipsum tradidi vobis, nempe quod totius fidei est fundamentū. Accepi, inquit, & ego illud à Christo. Vnde sicut ego illud quod accepi credo, &

teneo,

teneo, ita & vos tenere debetis & credere, & eo imp̄ius christi
 quod omnium primum id acceperitis. Quoniam Christus mysteria
 mortuus est secundum scripturas. Non enim pro sua necel- scripturis
 sitate mortuus est, sed pro peccatis nostris, inquit. Et hoc fuisse un
 dico secundum scripturas veteris testamēti. Vnde & de se itata.
 dominus ipse loquens ait: Necesse est impleri omnia quae
 scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. *Luc. vlt.*
 Scripturæ enim veteri test. futurā Christi mortem prænun
 tiauerūt. Vnde Esaias ait: Sicut ovis ad occisionē ducetur. *Esa. 53.*
 Et iterum: Propter scelus populi mei percussi eum. Et rur
 sum ait: Disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sa
 nati sumus. Et iterum: Vulneratus est, inquit, propter pec
 cata nostra, attritus propter scelera nostra. Et vnde rursū
 ex ipsis Domini persona Psal. ait: Foderunt manus meas *Psal.*
 & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Et dede
 runt, inquit, in escam meam fel, & in siti mea potauerunt
 me acero. Et iterum: Diviserunt sibi vestimenta mea, & su
 per vestē mē miserūt sortem. Quae omnia in ipsis mor
 te adimpta esse Euangelistæ testantur. Sequitur de secū
 do, scilicet sepultura.

Et quia sepultus est.

¶ Ut veritas mortis suæ probaretur. Et quia non potuit se
 peliri nisi corpus verum, patet cum verum corpus habui- christi se.
 Nec adiecit ad hunc articulū, secundum scripturas, si pelitio.
 cut ad præcedentem quum sepulchrum liquidum cunctis
 existat. Sequitur:

Et quia resurrexit tertia die secundum scripturas.

¶ Si dicas: Vbi confirmant scripturæ Christum tertia die
 resurrexisse? Ex Iona certè figura, & ante id tempus ex *Iona. 2.*
 Isaac, qui triduo salutem sit assequitus, nec demum oc- *Gene. 22.*
 cisus, ita ut viuens sit matri redditus. Item ex Psal. dicen
 te: Non derelinques animam mē in inferno. Et in *Osee. 6.*
 scriptum est: Ipse cœpit & sanabit nos, scilicet per vulnera
 & mortem suam. sequitur, Viuificabit nos post duos dies
 in die tertia suscitabit nos. In Christi nēpe resurrectione
 & nos sp̄e resurreximus. sequitur: Et viuemus in conspectu
 eius, sciemos, sequemurque ut cognoscamus Domi
 num. Quo ad apparitionem vero resurgentis subdit,
 dicens:

Et

DOMINICA XI.

Luc. 24:5

*Cur petro
primū ap
paruit.*

Mar. 16.

Mat. 16

Luc. 22.

et quia r̄isus est cephe.

¶ Id est, Petro, ut Lucas testatur. In primis ponit quod carnis dignius est fide, tametsi Euangelium afferat Christum primò Mariæ apparuisse. Sed ex viris Petro primum est vi sus, ut potè qui ceteros discipulos anteiret. Oportuit enim ut qui prior fuerat Christum confessus, prior spectaret & resurgentem. Et quia eum negasset negati prius apparuit, ut ostenderet eum ob id nequaquam fuisse reiectum, suā nobis per hoc clementiam demonstrans, & consolationē nobis, spēmque adiiciens. Sequitur:

Et post hoc vndeclim. Deinde r̄isus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt.

Ioan. 20

¶ Vndeclim discipulis apparuit die octaua post suam resurrectionem Thoma presente, sicut Ioannes scribit. Alia ap partio qua plusquam quingentis fratribus apparuit, facta fuit (ut creditur) in Galilaea. Deinde post scripturæ testimonia, & homines testes adducit, tum Apostolos, tū summæ authoritatis alios & integros viros numero supra quingentos, ex quibus inquit, habeo nonnullos testes superstites, quosdam verò vita iam functos. Quum autē dicit dormierunt, initium resurrectionis proposuit. Sicut enim qui dormit, ita & qui vita excessit surrecturus est. Sequitur:

Deinde r̄isus est Iacobo.

¶ Is frater domini dictus est, & primus fuit Hierosolymorum Episcopus. Hæc apparitio asseritur à nonnullis ipsa die dominicæ resurrectionis facta. Vouerat enim non comesturum se panem donec videret Christum à mortuis resurrexisse. Sequitur:

Deinde Apostolis omnibus. Nonissimè autem omnium tanquam abortiuo, r̄isus est & mihi.

¶ In die suæ ascensionis omnibus Apostolis r̄isus est domin⁹, Marco teste. Quum autem postrem⁹ apparitionem sibi factam describit Apost. miram humilitatem verba sua præ se ferunt. Qua humilitate prudenter hoc loco vitetur, quippe magnum aliquid de se dicturus, id scilicet, magis omnibus laborauí, id cauet maximè, ne velut insolentiā & abundōque fortasse fides abrogetur. Vocat autem se Apost. magna sui humiliatione abortiuum. Abortiuum enim

Mar. vlt.

Apostoli

humilitas

enim dicitur aut quod extra debitū tempus nascitur , aut ~~Abortiuſ~~
 quod cū violentia de viro educitur , aut quod nō produ- ~~quare ſe~~
 citur ad legitimam quātitatem . Quæ tria de ſe humiliter ~~dicit Pan-~~
 ſentit Apoſt . Ceteri enim Apoſtoli antē missionem ſpiri- ~~luiſ.~~
 tuſ ſancti vocati , & quodammodo ſpiritualiter Deo nati
 ſunt , quaſi tempore legitimo , ipſe autem poſt . Alij proin-
 de Apoſtoli ad Christum ſpontanea deuotione conuerſi
 ſant , ipſe autem quaſi violenter in ipſo aetu perfequutio-
 niſ fidei , virtute diuina proſtratus , & excruciatuſ , & ſic ad
 fidem perductuſ eſt . Poſtremō , quia non reputat ſe ad ceterorum
 Apoſtolorum perfectionem perueniſſe , vnde &
 ſubmiſſe de ſeipſo ſentiens dicit :

Ego enim ſum minimuſ Apoſtolorum , qui non ſum dignuſ vocari Apoſtolum , quoniam perfequutuſ ſum Eccleſiam Dei .

¶ Sententiam in ſe tuliſt Apoſt . dicens : Ego ſum minimuſ i. Tim. I .
 Apoſtolorum , id eſt , vltimuſ vocatione , non tamen re- ~~vera~~
~~errata~~
 ſum minimuſ dignitate , imō nec ceteris minor , ne dicam ſua paul.
 ceteris maior , qui plus ceteris omnibus laborauſi . Qui nō ~~quare cō-~~
 ſum dignuſ , inquit , vocari Apoſtol . ſi mea priftina merita ~~memorat.~~
 penſentur , quoniā perfequutuſ ſum Eccleſiam dei . Firmuſ
 & validuſ teſtimoniuſ eſt ab inimico , quale teſtimoniuſ
 Apoſt . Pauli fuit , qui ante conuerſionem fuerat perfequu-
 tor , & blaſphemus , & contumeliosuſ .

¶ Porro de priftiniſ ſuiſ erratiſ mentionem facit , à qui-
 buſ tamen per dei gratiā omnino liberatus fuit , vt oſten-
 dat quantiſ à Deo doniſ ſit praeuentuſ , ſimul vnā diuinæ
 clementiæ gloriā cū ſui vituperio fideliter prædicans , ni-
 hilominuſ autem & nos commoneſacit , vt ad humilitatiſ
 cōſeruationem & diuinæ erga nos munificentiæ dona , &
 p̄tererita iuuentutiſ noſtre delicta & ignorantiaſ , remini-
 ſcamur .

¶ Sed quur errata ſua cōmemorat productuſ ſe teſtem-
 Dominice reſurrectioniſ ? Certè vt fides ei maior adhibea-
 tur . Nō enim alieniſ parceret cōmiffiſ qui explicat pro-
 pria . Rurſus ne videatur ſuam propriā gloriā quareſere ,
 ex eo q̄ de Christi reſurrectione fert teſtimoniuſ . Quur
 autem dicit ſe non eſſe dignuſ vocari Apoſt . quum tamē
 ſeipſuſ Apoſt . Ieſu Christi cōſueuerat nominare ? Ad hoc
 vtique reſpondeſt , dicens :

gratiā

DOMINICA XII.

eratia autem Dei sum id quod sum.

*pauli hu
militas.* ¶ Quia non suis meritis, sed dei gratia non modo æqua-
tus est cæteris Apostolis, sed etiā plus omnibus illis labo-
ravit (vt dictum est) Peccata quidem sibi adscribit, diuinę
verò gratię officia & virtutes, Deo dans gloriam non sibi.
Et rectè quidem gratiam cōmemorat. Primum etenim so-
la gratia, sua dona nobis cōunicat deus, quum non pre-
cedant merita à nobis nisi mala. Sed per gratiam incipiunt
nostra merita bona, libero arbitrio gratię acquiescēte &
cooperante, vnde subdit dicens:

et gratia eius in me vacua non fuit.

¶ Non otiosam in se fuisse dei gratiā testatur, quia & pro-
pter hoc quod perseguitor fuit Ecclesiæ, postmodū plus
omnibus laboravit, non tamen dicit. Pro diuinæ gratię di-
gnitate me gessi, vel in dei gratia iuxta quod condignum
est meipsum exercui, sed dei gratia in me otiosa non fuit,
ait, omnia bona dei gratię tribuens, sibi nihil.

DOMINICA DVODECIMA post Pentecosten.

2. COR. 3.



*Ratres, fiduciam talēm habemus per Christum
ad Deum.*

¶ In hac lectione ostendit Apost. Primo, in quo sit collocanda humana fiducia. Secundo, à quo sit homini ad bene ope-
randum facultas & sufficientia. Tertio, quāta sit ministrorū noui testa. dignitas
& gloria. Primum insinuat quum dicit: Fiduciā talēm ha-
bemus per Christum ad deum. Secundum, ibi: Non quod
sufficiētes simus cogitare aliquid. Tertium, ibi: Qui & id
neos nos fecit.

*Epistolis
cōmēda.
titis non
eget Apo-
stolus.* ¶ Circa primum pro pleniori dicendorū intelligentia ad-
uertentum est, qd Apost. Paulus occasione falsorum Apo-
stolorū dixit in præcedentibus se nō egere aliorum com-
mēdatitiis epistolis pro sui cōmēdatione ad Corinthios,
nec rursus Corinthiorū epistolis ad alios, quas secum ad
sui cōmēdationem quocunque liberē deferret, vt ex his
& nomē sibi & laudem apud exteris compararet, sicut fa-
ciebant fictitiij Apostoli. Quoniam, inquit, epistola nostra

vos estis scripta in cordib^s nostris, quę scitur & legitur ab omnibus hominibus. Q.d. Quod epistolæ in meā cōmendationem egissent & laudem, idipsum per vos agitis. Nā quum ab aliis vel spectamur, vel audimur, vel quoconque proficiscimur, vos circumferimus, quippe quos cordi habemus inscriptos, & vestras virtutes omnibus propalamus. Quum, inquam, epistolæ loco vos habeam, qui me vestris virtutibus apud alios cōmendatis, & laudibus summis effertis, nullas alias à vobis exegerim literas, ut me nesciētibus innotescam. Sed neque aliorum ad vos cōmēdatione indigeo, quan sim vobis cognitus, & vos mihi sic animo sitis inscripti, vt excidere nullo pacto possitis. Ad manifestādum igitur ceteris sui Apostolatus dignitatem, hęc satis virium habere videbuntur, magistro nempe discipuli virtus decori est.

¶ Ne autem Corinthiorum cōuerisionem videretur Apostolus ascripsisse sibi (quum illā operata sit virtus Christi) post prēmissa subiungit, dicens: Manifestati quoniā epistola estis Christi. Nimirum quia Christi mādata & leges apud vosipsoſ tanquā apud aliqua literarum monimenta & manent & conseruantur. Et quia illorū conuersioni co-operando Apostolus prēdicationis suę ministerium exhibuerat, subdit dicēs: Ministrata à nobis & scripta, nō atramento, sed spiritu dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Q.d. Et si vestre fiduci deus principalis sit author, nos tamē ministri. Quemadmodum enim Moses olim minister erat legis, sic & nos ad fidem vulgādam & prēdicandā ministerio fungimur. Et vt ille tabulas, ita & nos corda vestra inscribimus. Et quum lex atramento fuerit inscripta, in vobis euāgelium spiritu est exaratum. Quantū igitur differt ab atramēto spiritus, & cor ipsum à lapide, tantū distat nouum testamentum à veteri. Ex mox post hęc sequitur lectionis initium: Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum.

¶ Ne iactantiā aliquam fortasse präferre videretur, quod dixerat eos esse suā epistolam à se ministerialiter descripPauli si-
ducia
vnde. tam in tabulis cordis carnalibus, nec se egere eorum cōmendatitiis epistolis ad alios, ait: Fiduciā hoc dicendi nō conferimus ad nos, sed ad deū, in quo per Christum habemus

DOMINICA XII

nus fiduciam, & in quo omnis nostra sita est gloria Quod
 vtique dicit, vt ostendat veteris testamenti ministros non
 hanc habuisse fiduciam ad deum, quia minor fuit eorum
 administratio. Nos autem, inquit, noui testamenti mini-
 stris, fiduciam talem habemus (vt dictum est) nihil nostra
 virtuti adscribentes, nec nos meti ipsos, sed Christum com-
 mendantes. Non enim propriis meritis fidere debemus, id
 enim est osculari manum suā, quod est impietas maxima,
 & abnegatio cōtra deum altissimum. Is etenim quod dei
 est (scilicet gloriam eius) sibi vendicare nō veretur, acī
 diceret in corde suo, Non est Deus. Quum tamen non ei
 operibus iustitiae quę fecimus nos, sed secundū suā miseri-
 cordiā saluos nos fecerit. Porrò ī mediatore nostro Chri-
 sto (qui est in dēxtera dei, qui & interpellat pro nobis, qui
 pontifex factus in aeternum, aduocatus noster est apud pa-
 trem) in ipso inquam, & per ipsum, apud patrem nostram
 fiducia & spes salutis collocata cōsistit. Itidē & sancta ma-
 ter ecclesia ostēdit, quę vbique preces suas per Christum
 deo commendat, & concludit.

Fiducia triplex. ¶ Reperitur autem in literis sacrīs fiducia triplex, videli-
 cet diabolica, humana, & diuina. De prima scriptū habet
 in Iob, vbi de diabolo dominus loquitur, dicens: Absorbe
 bit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam quōd in-
 fluuat Iordanis in os eius. Vbi per fluuium antē Christi ad-
 uentum humani generis fluxus designatur. Qui fluuius
 diabolo absorberi dicitur, quōd tunc quotquot ab Adam
 quasi à fonte huius fluminis descenderant, ad inferos de-
 fluebant. Por Iordanem verō cuius aquas ipse mundi re-
 demptor suo sacro cō tactu sacrauit, bene credētum po-
 pulus intelligitur, quos in os suū, id est, in perditionis ba-
 rathrum influere, insatiabilis ille homicida confidit. No-
 tamen propter hoc nobis de salute desperandum est, qui
 bene faciēdo ipsius fiduciam eludimus, irritam illius fide-
 ciam & cassam facientes.

Esa. 30. ¶ De secunda, scilicet fiducia humana scriptum est: Vxili
 j desertores dicit dominus, vt faceretis consilium & non
 ex me. Et post pauca: Qui ambulatis vt descēdatis in A-
 gyprum, & os meum non interrogastis, sperantes auxiliū
 in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra
 Aegypti.

Meritis p-
prīus fidē-
dūm non
esse.

Iob. 31.
Psal.

Tit. 1.

Fiducia
nostra in
Christo.

Fiducia
triplex.

Iob. 40.

Esa. 30.

Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confessionem, & fiducia umbra Aegypti in ignominiam. Aegypti nomine seculum hoc per fortitudinem verò Pharaonis vanam mortalium hominum opitulatio designatur. Sed vae vobis ô filij desertores, qui domino inconsulto atque derelicto, in vanis rebus spem vestram constituistis. Vae, inquit, filij desertores. Si miles desertor ultimo plectedus supplicio legibus venit, quātò magis ipsius imperatoris filij desertores?

*Fiducia
in umbra
Aegypti.*

¶ Quod si queras quinam sunt huiuscmodi desertores inconsulto domino descendentes in Aegyptum, habetes fiduciam in umbra Aegypti? Hi profecti qui delectantur & fiduciam habent in honoribus vanis, & seculi huius dignitatibus, in diuitiis & thesauris, in amicis mortalibus, in potentibus huius mundi, in altutia & dolis, in potestate seculari, in fortitudine virium, in sanitate corporis, in forma & pulchritudine, aut similibus. De quibus scriptum est: *Iob. 8.* Sicut tela araneę fiducia eius. Talis erat fiducia illi^o de quo in Euāgeliō dominus loquitur, dicens: Hominis cuiusdā *Luc. 12.* diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, *Spes fal-* cens: Quid faciam quod non habeo quo congregem fru- *lax.* tatus meos? Et dixit: Hoc faciam. Destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea, & dicā animę meę: Anima, habes multa bona posita in annos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autē illi deus: Stulte, hac nocte animā tuam repetet à te, quae autem parasti cuius erunt? Sic est qui thesaurizat sibi, & non est in deum diues. Huic fuit umbra Aegypti in *Vmbra* ignominiam. Promittebat enim sibi lögauitatem, securi- *Aegypti* tatem, saturitatem, & requiem à labore. Sed deceptus est *in ignomi-* niam.

¶ Sed quia dei legem audire non vult, audiet aliquando vel inuitus de se per Prophetā iudicium dei: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suū, & à domino recedit cor eius. Erit enim quasi mirificē

mm in de-

DOMINICA XII

*Amato-
res huius
seculi mi-
ricæ cur-
cōparan-
tur.*

Eccle. I.

Esa. 10.

*Ierem. 17
Fiducia
habens in
domino
compara-
tur.*

Abdiæ. I.

Ierem. 30

in deserto, & non videbit quum venerit bonū. Vbi sub si-
militudine miricæ amatoris huius mundi qualitas descri-
bitur. Erit, inquit, quasi miricæ in deserto. Quid sit mirica,
palam est. Est autē copiosa, breuis, sterilis, tantū ad scoparum
materiem, & pōst ad nutrimentū ignis accommoda.
Quæ omnia reprobis, & in huius seculivanitate locatibus
fiduciam recte conueniunt. Copiosi sunt enim, quia stu-
torū infinitus est numerus. Steriles, quia bonorum operū
& fructuum iustitiæ feraces non sunt. Breues, ad cœlestia
nullatenus se per desyderia sancta subleuātes, in terrenis
rebus depresso semper. Et quemadmodū ad materiē scoparum
utiles sunt miricæ, sic etiam (vt beatus Augustinus
ait) nemo putet homines malos in hoc mundo esse ocio-
sos, & de illis nihil boni facere deum. Nam omnis malus
ideo viuit, aut ut corrigatur, aut ut per eū bonus exerceat-
ur. Quum autem scopæ vñi pertrita fuerit, pabulum igni
deputatur. Vnde & de impiis dei electos in hac vita exerceantibus
sub nomine Assur per Esaiam dicitur: Vg Assur
virga furoris domini, & baculus ipse est. Filio autē castiga-
to, virgam pater abiicit in ignem.

¶ Tertia est fiducia diuina, de qua per Ieremiam dicitur:
Benedictus homo qui cōfidit in domino, & erit dominus
fiducia eius. Quis autem fructus fiduciam hanc sequatur,
ostendit quum subdit: Et erit quasi lignum quod transplā-
tatur super aquas, quod ad humorē mittit radices suas, &
non timebit quum venerit astus. Et erit folium eius vin-
de, & in tempore siccitatis nō erit sollicitum, nec aliquā-
do desinet facere fructum. Hinc & per Psalmistā dicitur:
In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, Trans-
migra in montem sicut passer? Superbi enim & vani homi-
nes (vt passer leuis) à domino qualibet occasione recedē-
tes ad alta transmigrant, ambulātes in mirabilibus super-
sc. Sed si exaltatus fueris, inquit, vt aquila, & inter syders
posueris nidum tuum, inde detrahā te, dicit dominus. Dil-
cat ergo fidelis quisque in deo confidere. Hæc enim fidu-
cia sola saluare potest, sicut cuidam per Ieremiam à domi-
no dicitur: Erit tibi anima tua in salutē, quia in me habui-
sti fiduciam.

¶ Confidendum autem est in domino, præsertim de tri-
bus.

bus. Primo, de necessiarum ad vitam rerum prouisione, quā ipse dicat: Scit enim pater, quia his omnibus indigetis. Nōnne anima plus est, quā esca, & corp^s, plus quā vestimentū? Et utique qui tibi dedit quod maius est, quod minus est, & ad illius prius dati maioris cōseruationē necessarium, quomodo negabit? Secundo, de peccatorum remissione, sicut beatus Iōānes ait: Scribo vobis filioli, quia remittitur vobis peccata vestra per nōmē eius. Ipse enim dei filius nō modō noster apud patrem aduocatus est, sed & propitiatio p̄ peccatis nostris. Habemus quippe remissionem peccatorum in sanguine ipsius. Tertio, de gloriā cōlestī assequuntione, sicut per Apostolum dicitur: Habemus fiduciam in introitum sanctorum per sanguinem ipsius, quam initiauit nobis viam nouā. Hinc ipse dominus ait: Vado parare vobis locum. Et si abiero & preparauero vobis locum, iterum venio, & assumam vos ad me ipsum, ut vbi sum ego, & vos sitis.

*Hæc 3.
nos à deo
consequen-
turos spe-
ramus.
Matt. 6.*

1. Iohann. 2.

Ephes. 1.

Heb. 10.

Iohann. 14.

¶ Circa secundum principale dicit:

Non quid sufficiens simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.

¶ Hic ostendit à quo sit humana sufficientia ab bene operandum, dicens: Non quid sufficiens simus, quasi dicat: Et si supradictā fiduciam habeamus per Christum ad deū, non tamen quippiam etiā minimum nobis adscribēdum est, quum non simus sufficiens cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis. Cogitare autē minus est, quām dicere vel facere. Si ergo quod minimū est, in actibus humanis sine deo non possumus, profectō nec id quod est maius. A nobis, inquit, quasi ex nobis, ac si dicat: Et si aliquid agā per arbitrij libertatem, non tamen id ex me est, quia liberum arbitrium non sufficit ad boni operis productionem, nisi cooperetur ei deus: Et sic liberū hominis arbitriū afferit, quām dicit à nobis (nisi enim liberum arbitrium aliquid posset, nequaquā à nobis dixisset, sed potius hoc dixisset quid aliud cogitare omnino non possumus) & nihilominus gratiam dei commendat, quām dicit: Quasi ex nobis. Ac si dicat:

*et lib. ar.
& gratia
adperi-
tur.*

¶ Concesserim equidē nos aliquid posse, vel cogitare, vel loqui, vel etiā facere: sed hoc non quasi à nobis, id est, ex

DOMINICA XII

parte nostra, & quasi ex nobis procedat, quum omne nostrum posse ex deo sit, & dei gratia sit, & nihil omnino à nobis habeamus, quum & ipsum hoc nostrum arbitrium etiam dei dono possideamus, quod tamen à se (ut dictum est) in opus bonum minimè progreditur, si non illi Deus cooperetur. Nō ergo est volentis (scilicet suum velle) neque currentis (est ipse cursum) sed dei misericordis, qui operatur in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate. At si dicat: Deus est qui ad bonā voluntatem nos promptiores facit, ut bona velimus, & eiusmodi promptitudinē amimū ad finem deducit. Operatur itaque in nobis deus & voluntatem, hoc est, suggesterit ut quę bona sunt cupiamus, & nostrā hanc optimam augebit cupiditatē, incendētque ut fiat feruētior, operatur etiam perficere bonum quod ipso authore voluerimus. Et hoc ipsum operatur in nobis nō pro nostris meritis, quę à nobis nulla penitus sunt, sed potius pro bona sua voluntate. Est enim nobis ad recte vivendū opem latus, et si nullius alterius rei gratia, ob id saltē, quia sic velit. Nos ergo volumus, sed deus operatur in nobis velle. Nos operamur, sed deus operatur in nobis, etiam ipsum operari. Hoc nobis expedit & credere, & dicere, quia pium est & verum, ut sit humilis confessio, & totum detur deo. Per proprium enim arbitrium nisi à gratia dei iunctur, nec ipsa bona voluntas esse potest in homine.

Afferit igitur Apostolus bonam voluntatem nobis à deo suppeditari, quemadmodū & nostra bona opera dona ipsius sunt. Nō liberum nobis arbitrium demens, sed volēs ut gratiæ deo per nos semper agantur, & omnia in ipsum referantur, à quo sunt profecta. Vnde per Esaiam dicitur: Omnia enim opera nostra operat⁹ es domine. Et ipse dominus: Sine me, inquit, nihil potestis facere.

Proinde per hoc quod hic ait Apostolus, Nō quodd sufficienes simus, duplex submouetur error. Vnus est, illorum qui assertunt liberum arbitriū nihil agere in opere meritorio, sed id esse totū à deo. Quod si verum esset, non faret ex opere bono laus homini à deo, nec ullaten⁹ illi ad meritū gloriarum imputaretur. Alter est error Pelagij dicentis, initium quidem boni operis esse à nobis, consummationem verò à deo. Error iste tollitur per hoc quod hic dicitur:

Roma. 9.

Philip. 2.

*Gratia
& li. ar.
simul ope
rantur.*

*Bonā vo
luntatē à
deo esse.*

Esa. 26.

Ioan. 15.

*Error ge
minus cir
ca li. arb.*

tollitur.

1. Cor. 4.

*Error Pe
lagij.*

citur: Quia nō sumus sufficiētes nec cogitare quidē aliquid, quum & in ipsa cogitatione Deus operetur. Initium igitur operis boni ex parte nostra est, ipsa cogitatio, ad quam tamen deus cōcurrat necesse est, quum ipse sit prima causa, cuius motio seu virtus omnia mouēt ad opera sibi cōuenientia, fortiter, suauiterque disponit omnia, mo uens illa ad suos fines cōsequendos, secundū conditionē naturę ipsorum. Vnde illa qua sunt liberæ voluntatis, ad actus suos liberē mouet, alia autē non liberē sed natura liter, quorum videlicet non est ad hoc vel ad oppositum eius, ad cōsensum vel dissensum, affirmationē vel negationē libera electio, sed poti⁹ ad aliquid certū natura im petus, ita quod non possint ad ipsum non moueri.

Sapiē. 8.

*Quædā li
berē quæ
dā natu
raliter à
deo moue
ri.*

Circa tertium principale dicit:

Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem vivificat.

*Ministro
rū noui te
stamenti
gloria.*

Hic ostendit quanta sit ministrorum noui testamenti dignitas & gloria, per hoc quod Apostolatus sui dignitatē cōmendans, non modō pseudoapostolis (qui carnales legis obseruationes prædicabant) se præferrit, sed etiam ipsi Moysi ministro legis, dicens: Sufficiētia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Idoneos, inquā, id est, perfectos scientia & vita quales illi nō sunt. Noui, inquā, testamenti, non existentis tantum in litera docente, sed in spiritu adiuuante. Nō enim lex vetus spiritum cōferebat ut noua. Nec literę inquit, tantū nobis creditę sunt, ut quondā Moysi, sed & spiritus ipse concessus. Siquidē impositione manuum, Apostoli spiritum sanctum credētibus largiebatur. Ideo autē fecit nos idoneos ministros noui test. non litera, sed spiritu, quia litera sine spiritu occidit. Vbi (secundū beatum Augustinum) nō aliā vult intelligi literā, quām ipsum decalogum in illis duabus tabulis scriptū. Ideo verō hęc litera occidit, quia facit scienter peccare & addit prævaricationem. Nam vbi non est lex, nec prævaricatio, & incitat ad ea quæ vetita sunt. Vnde & peccati virtus, lex dicta est, quandoquidem auger eius noxiā delectationem per severā prohibitionē. Dicitur etiam propter hoc litera legis occidere: nam si quem deprehendat delinquentem, non secus afficit mors.

Act. 8.

*Litera oc
cidit quæ
sit.*

Roma. 4.
1. Cor. 13.

m m iij te, quām

DOMINICA XII.

Num. 15. te, quām sabbatho ligna colligentem affecit.

¶ Spiritus sanctus autem quantiscunque criminibus hominē astrictū exceperit, baptismi lauacro & iustum reddit, & mortuum peccato viuiscat. Proinde, quod littera occidere & spiritus viuiscare dictus est, sc̄e potest intelligi, quod orta euangelij luce, lex vetus ad literā ceremonialiter seruata, blasphemā atque mortifera est, venturū significans Christum, qui venit. Spiritus autem, id est, spiritualis & mysticus legis intellectus à spiritu sancto reuelatus viuiscat, eo quod nobis salutem nostram Christum demonstrat.

¶ Non tamen ex iis quæ dicta sunt consequens est legem esse malā, quæ usque adeò utilis atq; necessaria est faciēt ut nisi quis cā fecerit, vitam habere nō possit: sed quia prohibens peccatum, nō viuiscat hominē, sed concupiscentiā auget, & quia bonū mandatum habet tantū in litera demōstrante, non in spiritu adiuuante. Quod mandatum si fiat lū timore timore pœnæ tantū, non, amore iustitiae, seruiliter fit, nō liberē, ideoque nec sit. Nō enim eis fructus bonus potest, o.al.5. qui de radice charitatis non surgit. Si vero fides adsit, quæ per dilectionē operatur, liberē ac dele stabiliter lex implitur: quod nequaquā literę sed spiritus donū est. Quā enim adest viuiscans spiritus, hoc ipsum intus scriptū facit diligi, quod foris scriptū lex faciebat timeri. Nec tamen propter hoc reprehēditur lex, sicut nec reprehēditur scientia quā dicitur: Scientia inflat, charitas autem ædificat. ita inquā, nec lex ipsa reprehendit (vt dictum est) quā dicitur occidere, scilicet sine charitate quæ cū charitate prodeat. Pleraque enim sunt quibusdam noxia, licet non sint mala, sicut de scientia dictū est, quæ inflat, nō sui vitio, sed sine charitate hanc habentis. Ait enim Apost. Scimus quia omnes scientiam habemus, & tunc adiungit: Scientia inflat. Ut quid ergo habebat ipse quo inflaretur, nisi quia cū charitate non solū non inflat scientia, sed etiā firmat: ita & lex cū gratia, iam non eo modo lex & litera appellatur, sicut per seipsum quum occidit abundante delicto, sed potius in bona gratia: non confirmat. Itaque lex etiā nō viuiscet absque gratia: in a utilitate hoc etiā præter cætera utilis est, quum iubet quod sine gratia impleri nō potest, quod indicat homini quoniam iuramus est, vt agnita infirmitate querat gratiam. Lex ergo du-

2. cor. 8.

*Lex etiā
sine gratia:*

Nota:

Rom. 5.

cit ad illa

cit ad fidem, fides impetrat spiritum, quo diffunditur charitas in cordibus credentium, quæ charitas implet legem. Et licet spiritu absente, voluntas hominis à cupiditatibus supereret: nihilominus tamen liberum arbitrium ad bonum & ad malum faciēdum fatemur nos habere. Sed hoc interest, quod in faciēdo malum, volūtas nostra libera est, ad bonū autē, non: nisi ab illo fuerit liberata qui ait: Si filius Ioh. 8. uos liberauerit, verē liberi eritis. Ceterū (ut ad literam redeamus) quēadmodum maiore habet libertas gloriā, quām cōditio seruitutis, & spiritus viuiscans, quām occidens litera legis: ita & noui testamenti gloria maior est, quām veteris: & per cōsequens, noui testamenti ministris maior cedit gloria, quām illis. Vnde cōsequēter subditur:

Quod si ministratio mortis literis deformata, in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria.

*Patefacta superius noui & veteris testamenti differen- Testamētū
tia (nam alterum spiritu, alterum attramento cōscriptum no & vet.
est: & insculptū lapidibus illud, hoc verō cordibus: itēm differētia
que ex altero mors, vita ex altero comparatur) nunc ostē-
dit longē maiorem esse Euangeli gloriā, quām fuerit le-
gis. Lex quippe vetus sensibilem quandam nacta est glo-
riā, Moysi videlicet faciem fulgetiorem: noua verō eam
gloriā adeptā est, quā mente cōcipitur, quam modō nul-
li licet sensibiliter intueri.*

Arguens itaque à minori ad maius, probat nouę legis & ministrorum eius lōgē maiorem esse gloriā, ut dictū est, quām fuerit gloria Moysi aut legis eius, dicens: Si lex Moysi quæ descripta est in lapidibus & mortis ministrā fuit, quia prauaricantes morte afficiebat, nec suis seruato ribus vitam cōferebat æternam si inquam hæc ipsa lex in tanta fuit gloria, ut non possent filij Istraēl intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius (glorificata enim erat facies Moysi ex cōsortio sermonis dei) quæ tamē gloria euacuatur, hoc est, vacua & inanis effecta est, & finem nacta, quomodo nō magis lex noua quæ est ministra spiritus, qui vitā præbet, longē maiore habebit gloriā, quā lex illa vetus. Ergo nouę legis ministerium, quod cōmissum

*Maiorem
esse Euangeli
gloriā
am quam
legis.*

Exo. 34.

DOMINICA XII

est Apostolis, multo amplius erit in gloria & veneracione
& honore, vnde & confirmando subdit:

Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis aban-
dat ministerium iustitiae in gloria.

*Ratio glo-
rie, no. test.
supra ve-* ¶ Verè, inquit, erit in gloria sempiterna, quia spiritus qui
in illa datur, confert iustitiam. Quod autem assumptus est
minor probat dicens: Nam si ministratio damnationis, id
est, vetus testamentum, est in gloria ipsi Moysi (vt dictum
est) multo magis ministerium iustitiae, id est, nouum testa-
mentum per quod datur spiritus (per quem est iustitia &
consummatio virtutum) abundat in gloria, id est, dat abu-
dantem gloriam ministris & suis obseruatorib⁹? Vel ideo
magis est in gloria & laude quam testamētū vetus, quo-
niam magis elucet dei gloria. Quāuis enim iuste damna-
quod agebatur sub lege, tamē ad laudem suam magis pro-
ficit si indulget ut possit se reus corrigere, (quod utique
per gratiam in novo testamento præstatur) quam si mor-
taliōne severa reum percutiens perdat.

*Gloria
vult⁹ Mo-
ysi quid
portendit.* ¶ Potest autem & per gloriā vultus Moysi spiritualis & mi-
sticus legis intellectus designari. Non enim potuerunt lo-
gari nec possunt intendere in hanc gloriam, quia spi-
ritualē legis intelligentiam non assequuntur. Christum
enim in lege noluerunt agnoscere, quem lex ipsa multi-
riē prænuntiat. De me, ait Christus, ille (scilicet Moses)

*Ioan. 5.
Exod. 34.
2. Cor. 3.* scripsit. Ergo gloria legis Christus est. Sed Moses loquu-
tur ad illos ponebat velamen super faciem suam. Lexe
nim velata Iudæis loquitur. Nam, ut Apostolus ait, vsque

*Moses ve-
latus tu-
dæis lo-
quitur.
Mat. 27.* hodie dum legitur Moses (scilicet Iudæis) velamen effi-
positum super cor eorum. Quum autem conuersi fuerint
ad Christum, auferetur velamen. Nobis verò sine velami-
ne loquitur Moses, obscuritate legis per Christum nobis
reuelata. In cuius rei signum in Christi morte velum tem-
pli, quo secreti⁹ illud aditum à reliqua templi parte sece-
nebatur, discissum est.

Vnde Sedulius:

Illud ouans templum maioris culmina templi
Procubuisse videns, ritu plangentis alumni,
Saucia discisso nudavit pectora velo,
Interiora sui populis arcana futuris

Iam reseranda docens, quia lex velamine Moysi
Tecta dia, Christo nobis veniente patescit.

¶ Itaque veli scissio in domini morte, Mosaicæ legis adū-
brationes per ipsum nobis patefiēdas, iamque patefactas
portendebat. Quod autem gloria vultus Moysi euacuatur *Moyses*
quid sibi vult, nisi quia finem habent figura, reuelata per *stellis*,
Christum veritate. Hinc etiam gloria Moysi *stellis* non ab *christus*
surdè comparatur in vespera lucem dantibus. Gloria ve- *soli compa-*
rō Christi est sicut sol, qui exort⁹ mox lucē stellarū cōdit. ratur.
¶ Nec otiosum est quod Moysi manus leprosa, facies au- *Moysi ma-*
tem fuisse glorioſa describitur, quod manus ignominiam *nus lepro-*
facies gloriam habebat, quam (ut dictum est) filij Israël in *Exod. 4.*
tueri non possunt, sed Moyses illis velatus loquitur, ut per
hoc designetur quod ex operibus legis (que recte per ma-
num intelliguntur) nemo iustificatur apud deum. Facies
autem eius, id est, spiritualis legis intellectus, gloriam ha-
bet, dum (ut dictum est) prænuntiat Christum.

DOMINICA XIII

post Pentecosten.



Ratres, *Abrahæ dicitur sunt promissiones & se- Gal. 3.*
minit eius.

¶ In hac lectione primò ostendit Aposto-
lus saluari hominem non per legem, sed
per fidem. Secundò, questioni latenter sub-
ortæ satisfaciens assignat legis causam &
vilitatem. Primum facit à principio lectionis. Secundum,
ibi: Quid igitur lex?

¶ Priusquam ad primum procedatur. Aduertendum est ex
his quæ ante lectionis huius exordium præmisit, homi-
nem tria consequi per fidem in Christum, videlicet, Iusti-
ficationem, Benedictionem, Hæreditatem. Primum osten-
dit, quum dicit: Scriptum est, Credidit Abraham deo & re-
putatum est illi ad iustitiam, quasi dicat: Non ex operibus *iustifica-*
legis, sed ex fide venturi mediatoris à deo sibi promissi *tio per fi-*
& ex suo semine nascituri, iustificatus fuit. Vnde subdit: dē nō per
Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abra. *legem.*
hæ, hoc est, qui per fidem in Christum, non per opera
legis

DOMINICA XIII

legis se credunt iustificari coram deo, hi sunt imitatores dei Abrahæ, & per eam iustificati.

¶ Secundum ostendit, quum dicit: Proudens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes deus, prænuntiauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes g̃etes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham. Quam bene non per nectionem longo ante legem datam temporis intervallo legem sed deus prænuntiauit. Ergo non propter legem, sed propter per fidem credentis Abrahæ fidem. Eandem hanc Abrahæ fidem qui fuerint imitati, Dei benedictionem per Christum cum illis.

Rom. 10. I o aſſequentur, non hi qui ſe fidunt non per fidem, ſed per legem iustificari. Vnde ſubdit: Quicunque enim ex operibus legis ſunt, afferentes ſe per opera legis iustificari, & in illis ſalutem homini non eſſe, ſub maledicto ſunt: eo quod ſuam iuſtitiam volentes ſtatuere, iuſtitiae Dei non ſunt ſubiecti. Hæc autē Dei iuſtitia utique illa eſt, quæ eſt per fidem in Christum. Proinde quia ſine Dei gratia, quæ per Christum conſertur credentibus, legem illiadiimplere nō poſſunt, ſub maledicto ſunt. Vnde ſubdit: Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui non permanerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea. Quæ tam illi non faciebant.

Deut. 27. *Hæreditas per fidem non per legem.* ¶ Tertiū, videlicet quod per fidem homo aſſequitur aeternæ beatitudinis hæreditatem, ostendit Apostolus, quum post prædicta paucis interpositis ſubiecit: Fratres (secundum hominem dico) tamen hominis conſirmatum testamentum nemo ſpernit aut ſuperordinat: hoc eſt, Testamentum ab homine factum ſirmum eſt, quia nemo illud ſpernit, ut dicat non valere, quum legitime factum ſit auctoritatibus ordinat, ut aliter de rebus illis diſponat: ſed robur obtinet & authoritatem apud omnes, quum fuerit morte testatoris conſirmatum. Quum autem nihil ſit homo, respectu dei: nihilominus tamen hominis testamentum morte conſirmatum, in quo de bonis suis ordinat filiis & amicis, immobile eſt & ſirmum (ut dictum eſt) quanto magis pollicitatio ſive testamentum à deo Abrahæ factum, quo illi benedictionem hæreditatēmque, iure iurando interueniente ſpoſondit, ſtabit ſirmum & implebitur. Nō propter legis obſeruationem, quum tunc nondum lex data eſſet, ſed propter

pter dei promissionem, & credentis fidem, etiam sine le-
ge necesse est impleri, quæ pollicitus est deus Abrahæ.

¶ Qum igitur ab humani facti simulatione probasset A- *Divinas*
postolus diuinæ promissiones nos per legem, sed per si-*promissio-*
dē debere firmari: continuo subiunxit, dices: Abrahæ dicit^t nes stabit
sunt promissiones, scilicet à deo, & semini eius: & hoc uti *les manæ*
que ante datam legem (ut dictum est) quas promissiones *re-*

firms & inconcussas manere & veritate adimpleri nece-
se est, tum superius posita humana ratione, tum maximè
propter interpositionem iuris iurandi, de quo scriptum est:
Per memet ipsum iuraui, dicit dominus, quia fecisti hanc *Gene. 22.*
rem, & nō pepercisti unigenito tuo propter me, benedicā
tibi, multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut
arenæ quæ est in litore maris. Possidebit semē tuum por-
tas inimicorū suorū, & benedicētur in semine tuo omnes
gētes terræ. Tum denique ob dignitatē promittentis dei,
& Abrahæ fidem promissionē suscipiētis omnino incōmu-
tabilis est pollicitatio. Dicit autē factas esse Abrahæ pro-
missiones pluraliter, quod frequenter eidē promissio facta
iterata est. Et semini ei⁹ inquit, id est, Christo. Nō quod ad
ipsum semen promissio facta sit, sed quod ad eum pertine-
bat, ut in ipso impleretur & nō in alio: & ideo ut sequitur:

*Non dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in uno: & se-
mini tuo, qui est Christus.*

¶ Per Christum etenim promittebatur danda benedictio.
Non igitur nomine seminis, prolixi Abrahæ posteritas talis
designatur, quales Iudæi fuere & Israélitæ secundū car-
nem, sed semini singulari numero protulit quod, est Chri-
stus. Vnde & ad Romanos scribens ait: Nō autem omnes *Rom. 9.*
qui ex Israél sunt, hi sunt Israélitæ: neque qui semen sunt
Abrahæ, omnes filij. Et post pauca: Non qui filij carnis, hi
filij dei: sed qui filij sunt *pmmissionis*, estimantur in semine
Quomodo igitur testamentum hoc & has promissiones à
deo factas Abrahæ & semini eius poterit lex irrita facere *Cōfirmat.*
ne in Christo gētes benedicantur, sed potius in legis mā-
tio eorum
datis? Id enim nihil aliud esset, quam inanē & superuacuā quæ dielæ
imō mēdacet facere dei promissionem: quod absurdum *sunt.*
& indignum est. Etenim deus verax, omnis autem homo *Rom. 3.*
mendax. Vnde & per prophetam dicitur: Fidelis dominus
in omni-

DOMINICA XIII.

in omnibus verbis suis. Proinde si (vt iam dictum est) ho-
minis legitimè factum testamentum nemo præsumit cu-
tere, vel adiicere ad illud quipiam, siue demere, quis te-
stamentum à deo factum, præsumet huiuscemodi condi-
tionis adiectione restringere, videlicet vt nō aliter firmu-
rit nisi lex ipsa (qua diuini testamenti pollicitationibus or-
dinationibusque longo temporis interuallo posterior fu-
it) obseruetur? Itaq; quum fides ipsa, lege sit vetustior, &
pter fidei meritum testamenti pollicitatio sit Abrahæ diu-
nitus facta, nullo pacto poterit lex irritum facere ipsum
testamentum. Vnde subditur:

*Hoc autem dico testamentum confirmatum à deo, quæ post qua-
dringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad eas.
cuandam promissionem.*

Rom. 4.

Hoc est, lex quæ post quadrungentos & triginta annos i
promissione Abrahæ facta, data est in monte Sina non e
vacuat promissionem, quod tamen consequens esset si ei
lege esset homini iustitia, benedictio, & æternæ beatitudi-
nis hereditas. Si enim, inquit Apost. qui ex lege heredes
sunt, exinanita est fides, abolita est missio, quasi dicat:
Si ob meritum suscept legis factum esse putas, vt in se-
mine Abrahæ quod est Christus, benediceretur omnes ge-
tes, quum ante datam legem, per quadrungentos & trigu-
ta annos missio præcesserit, nōne mutabilem facit
deum, & immutationē promissi sui? Magna mutabilitas,
grādis est mutatio, illud post tantos annos proponere pro
mercede futuri seruitij, quod prius cum iuramento gratis
promisit, præsertim quum sic promisisse, dedisse fuerit. Et
quis inquam homo fidelis & iustus illud quod dudum amico
suo gratis dedit, postea facere vellet mercedem fu-
turi seruitij? quāto minus ergo deum taliter fecisse decu-
it? Hoc enim esset exinanire fidē, abolere missiōnē, i
post tot annos patribus defunctis ita loqueretur ad filios,
dicens: Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactū
meū, cōplebo missiōnes meas, vt in semine Abrahæ
benedicantur omnes gentes, quod semē, Christus est. Nō
conueniret, non congrueret, imò indecens esset deo ve-
raci, qui sicut alia scriptura testatur, Semel loquitur & se-
cundō idipsum non repetit.

Iob. 33.

Non

¶ Non ergo in promissione dictū est, quòd per legem es. *per legens*
per benedictio-
sed per semē. Nam si per legem est benedi- *nō esse be-*
dictio-
ctio, frustra promisit semen, & id ipsum semen frustra ve- *nem.*
nit. Rursus si per ipsam esset benedictio, Abrahā, Isaac, &
Iacob, & cateri ante datam legē patres electi, Dei bene-
dictione caruissent. Denique si lex sola non fides iustifi-
catur, non est iustificatus Abraham qui diu ante legem fuit,
(vt dictum est) quod quia dicere nō possunt, fateri cogun-
tur non legis operibus hominē iustificari, sed fide. Simili-
ter & nos hinc intelligere cogimur, antiquos omnes qui
iustificati sunt, ex ipsa fide iustificatos esse. Ex quibus om-
nibus patet, quòd lex promissionem non infirmat, quem
legē ipsam præcesserit. Falsa enim esset promissio, si ad ip-
sius impletionem lex requireretur, & deus ipse, qui (nulla
legis habita mentione) promisit, non verax, sed (quod nec
cogitare quidem fas est) falsus inueniretur. Assertionem
hanc suam confirmans Apost. consequenter dicit:

Nam si ex lege, tam non ex promissione. Abrahā autem per re-
promissionem donavit Deus.

¶ Ac si dicat: Verē euacuaretur promissio, si ex operibus *Heredes -*
legis æternæ beatitudinis hæreditas conferretur, quia nō *tatē non*
iam ex promissione. Abrahā autē non per legem sed per *per legē,*
repromotionē donavit deus, & ita promissio excluditur *sed per fi-*
& frustratur Abraham, si lex benedictionem largitur, vi- *dem dari.*
treque & iustitiae facit hæredes. Et sic pollicitatio illa ad
Abraham, vt dictum est, nullius erit momēti. Et ipsum dei
iuramentum irritum erit. Hoc autem cōsequens destruit
quam dicit, Abrahā autem per repromotionē donavit
deus, nulla de lege facta mētione. Et nō est dubium qui
conster dei promissio, quia donavit per repromotionē,
id est, per fidem Christi venturi, sape repromissi.

¶ Verū ut nos reliquiæ gentium, lapides olim sine sen- *Rom. II.*
su & vita, opera Abrahā factitando in ipsius filios suscite-
mur, ex naturali excisi oleastro & inserti in bonam oli-
uam, socij radicis & pinguedinis eius efficiamur, cōsequa-
mürque promissiones quę factae sunt ei & semini eius, id
est, filiis eius, non carnalibus (qui sunt Ismaēl) sed spiri-
tualibus qui significati sunt in Isaac, his videlicet qui mo-
res patris imitantur, quales illi nō erāt quibus dictum est:

Si

DOMINICA XIII

Ioan. 8.

Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, vtique dei pollicitationibus reperiamur non indigni, patrem fidei nostræ Abraham studeamus imitari. Proponitur autem ipse fidelibus vniuersis in multis imitandus.

*Abrahā
imitādus
in exēplo
sue fidei.
philip. 2.*

Primò, in exemplo suæ fidei. Nam suo tēpore cœperunt homines ad idolatriam defluere, creaturā pro creatore sacrilega superstitione colentes, apud hunc autē vnius veri & folius dei fides & cultus permanxit. Qui dum deum verum coluit & colendum prædicauit, in medio nationis prauæ & peruersæ tanquā cœlestē quoddam luminare in hoc mundo refulsit. Et vt cōfessionis quoque corona illi non decesset, in ignem pro cultu & fide dei (vt Hebrei tradunt) à Chaldeis coniectus, deo se protegente exiuit ille.

Gene. 13

Gene. 15.

fus. Proinde fidem sanctæ trinitatis & indiuiduæ in deo vnitatis habuisse probatur, qui trevis vidit, & vnu adorauit. Denique incarnationem Christi futuram manifestum est eum credidisse, quum ad ipsum omniū primum à deo de illa sit facta promissio. Quod vtique inuiolabili testimonio ipsius incarnati dei confirmatur, qui ait: Abrahā pater vester exultauit vt videret diem meū, vidi & gauisus es.

*Fides be-
neditio -
nem me -
retur.*

Postremò, credidit mūdo salutem per Christum cōferendam, quum illi dictum fuit, q̄ in semine suo benedicendæ forent omnes gentes. Huic fidei tam præclaræ respondeat quasi merces ipsa dei benedictio, quæ inter pmissiones prima assignatur. Dictū enim est illi à domino: Ma-

gene. 12.

gnificabo nomē tuum, erisq; benedictus. Benedicā benedicētibus tibi, & maledicētibus tibi maledicam. Ac si illi dixisset: Ad quęcunque manum miseris, eris in cunctis prosperè agens. Dignum quippe fuit, vt qui præ ceteris omnibus deu magnificauit & coluit, & ipse à domino præ ceteris magnificaretur, prout ad Samuelem loquens ait:

I. Reg. 2.

Qui honorificant me, honorificabo eos.

*Abrahæ
fidei imi-
tari volē-
ti triane-
cessaria.*

Jacob. 2.

Thob. 2.

Luc. 8.

Vt autē & ipsi fidem illius imitantes, actipiamus benedictionem à domino, aduertamus fidem nostram in deu tribus ornamenti fulciri debere, quæ sunt: Operatio, Dilectio, Impermūratio. Nā sine operibus, fides mortua est: sine dilectione, facta est: & sine impermutatione, incōstans & deficiens est. Vnde vir sanctus filium instituēs ait: Vitā illam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant

tant ab illo, non autē illis qui ad tempus credunt, & in tē-
pore temptationis recedūt. Quo magis autem in his tribus *Ephes. 5.*
fides nostra profecerit, eo magis erimus & Abrahā con- *Benedi-*
formiores. Fides hæc benedictionem meretur. Siquidem *Elio ditat*
per fidem corda credētūm inhabitat deus. Quis verò do-
mum quā ille inhabitat dubitet ab eo benedici? Benedici-
mur autē, vt fructificemus ad salutem, gratiisq; ac virtuti-
bus ditemur. Vnde & de B. Iob à satana dictum est domi-
no: Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius *Iob. 1.*
creuit in terra. Et patriarcha Iacob cùm esset iam diues ef-
fectus diuinæ benedictionis virtute, etiam propter illum
auunculus ipsius Laban (cui ille seruiebat) locupletat' est.
Vnde ait ad illum Iacob: Priusquam venirem ad te, parum *Gene. 32.*
habuisti, benedixitque tibi deus ad introitum meum.

¶ Secundò, proponitur nobis imitandus Abraham in ex- *Imitand⁹*
emplo suæ spei. Habuit nempe spem firmam & inconcus^{abrahā} *in exēplo*
sam ad deum, nihil omnino de illius promissis (quantum-
uis impossibilia videri possent) hæsitās. Scivit enim fide- *sua spei.*
lem esse qui promisit. Vnde (vt Apostolus ait) cōtra spem *Roma. 4.*
in spem credidit, & non infirmatus est fide, nec confyde-
rauit corpus suum emortuum, quum iam ferè centū esset
annorū, & emortuam vuluam Sarę in repromotione dei
nō hæsitauit diffidentia, sed cōfortatus est fide, dans glo-
riam deo, plenissimè sciens quia quęcunq; promisit deus,
potens est & facere.

¶ Huiuscemodi spei suæ aptè correspondet diuina prote- *Spes me-*
ctio, quæ secundū locum habet in promissione. Nam qui *returpte-*
in solo deo omnē salutis suę spem collocauerat, diuina se *clionem.*
protectione per hoc dignum effecit. Protector enim est
omnium sperantiū in se. Vnde dictum est ad illum à domi-
no: Noli timere Abrahā, ego protector tuus sum, & mer- *Gene. 15.*
ces tua magna nimis. Nos autē vt spei suæ imitatores in-
ueniamur, totā fiduciam cōstituamus in domino, vt cum
illa fidelī & pia possimus veraciter dicere: Domine mi, *Hest. 14.*
qui rex noster solus es, adiuna me solitariam, cuius prēter
te auxiliator est nullus: quia spem in alium nunquam ha-
bui, prēter in te deus Israel. Nec frustra quisquā aliquan-
do sperauit in domino, iuxta quod per Psalmistā de iusto
dominū loquitur, dices: Quoniā in me sperauit, liberabo
cum

DOMINICA XIII

eum, protegam eum quoniam cognouit nōmē meum. Et rursus: Sperent in te, inquit, qui nouerūt te, quoniam non dereliquisti quārentes te domine.

Tria hæc sperem⁹. ¶ Tria sunt autem quæ à deo nobis promissa indecessè spe rare debemus. Primum est, peccatorū remissio. Secundū est, necessariorum ad vitam cōcessio. Tertium est, aternæ *Ezech. 18* vitæ collatio. De primo per Ezechielem dicit: Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, omniū iniquitatū eius non recordabor. Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat.

Deut. 29 ¶ De secundo dicit Propheta: Nō vidi iustum derelictum, nec semen eius quārens panem. Ipse enim dominus dat etiam iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Sed quid iumenta & coruorum pullos memoremus, quum det escam omni carnī? Oculi, inquit, omnia in te sperant domine, & tu das escam illorū in tempore opportuno. Ipse pauit populū suum filios Israel quadraginta annis in sterili deserto. Hoc vñ nobis curz sit, ut seruiamus ei in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Timete dominum (inquit Propheta) omnes sancti eius, quoniā non est inopia timētibus eum.

Tho. 4. Vnde & Thobias ad filium loquens ait: Noli timere fili, Pauperem quidem vitā gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus deū, & recesserimus ab omni peccato,

Matt. 6. & fecerimus bene. Hinc & ipse domin⁹ ait: Primum quārite regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicietur vobis. Nōnne anima plus est quām esca, & corpus plus quām vestimentum. Scit enim pater vester quia his omnibus (alimentis scilicet, & indumentis) indigetis. Qui dedit animam, conferet alimoniam: & qui dedit corpus, dabit & indumentum.

Luc. 12. ¶ De tertio audi dominū ipsum dicentem: Nolite timere pusillus g̃rex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Item alio loco: Ego, inquit, dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Ex quibus omnibus patet, q̃ si cōstanter & syncerè in illum sperauerimus, erit ipse proculdubio protector noster in tēpore tribulationis, & adiutor in opportunitatibus. Nec destituet in se piè sperā tem,

Luc. 22.

tem, quum nobis, vt in se speremus, ipse mādauerit. Itaq;
spera in domino & fac bonitatem, & tunc iacta cogitatū
tuum in domino, & ipse te enutriet.

Gene. 12.

Abrahā
vt imitā-
dus in pe-
regrina-
tione.

Hebr. 11.

Tertiō, imitādus est nobis Abraham in eo exemplo suę
peregrinationis. Præcepit enim illi dominus, dicēs: Egre-
dere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris
tui, & veni in terram quā monstrauero tibi. Qui sine villa
cunctatione confēstim paruit imperanti. Vnde & Apost.
Hebreis scribens ait: Fide, quivocatur Abraham obediuit
in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem, &
exiit nesciens quò iret. Quum autem facta esset fames va-
lida in terra, descendit Abraham in Aegyptum, vt peregrī-
naretur ibi. Propter huiuscmodi quam iubente domino
suscepit peregrinationem, promisit deus se illi daturum
terrā suę peregrinationis in possessionem. Semini tuo, in-
quiens, dabo terram hāc. Et iterum apparens ei dominus
ait illi: Leua oculos tuos in directum à loco in quo nunc
es ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentē,
omnem terram quam cōspicis tibi dabo & semini tuo us-
que in sempiternum. Congrua profectō retributio, & quā
diuinā decet reddere liberalitatem, vt qui terram suę na-
tiuitatis propter deum reliquerat nesciens quò iret, reci-
piat à deo terram longè meliorem.

Gene. 12.

Gene. 13.

Hebr. 11.

Imitatores autem peregrinationis Abrahæ etiam nunc
sunt, qui in hoc mundo nō habentes manentē ciuitatem,
sed inquirentes futurā, fatentur se peregrinos & aduenas
esse super terrā. Vnde & ipsi apostolica exhortatione pre-
moniti, se abstinere studēt à carnalibus desideriis que mi-
litat aduersus animā, & desideriis operibūsque piis, quasi
pedibus nitentes & manibus, ad promissam viuentū re-
gionē indefessè cōtendunt, dicentes cūm Propheta: Quid
enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terrā? Se-
quitur: De⁹ cordis mei, & pars mea deus in aternū. Quòd
si nos (quomodo dictum est) peregrinos & aduenas agno-
uerimus, & in hoc mundo vixerimus vt peregrini, vtique
deducet nos sp̄ritus dei bonus in viam rectā, erit nobis
cum in via, & custodiet nos, dabítq; panem ad vescendū,
& vestē qua operiamur, & reducat nos cūm salute in ter-
ram nostram, id est, nobis Christi morte comparatam &

Psal.

Petr. 2.

Gene. 2 8

n n pro-

DOMINICA XIII

- Dent. 10.* promissam fœlicitatem, vbi iam sanctorum concives adscripti sumus. Amat, inquit Moyses, Dominus peregrinū, & dat ei victum atque vestitum.
- abrahā
imitādus
in obediē-
tia.* ¶ Quartò, imitandus est nobis Abraham in exemplo suæ obedientiæ, quam vtique dominus ad sui fidelis serui gloriam & nostram doctrinam multipliciter tentauit. Primo nempe obedientiam Abrahæ tentauit, dum imperauit ei terram, cognationem, domumque paternā derelinquere.
- Gene. 12.* Secundo, in hoc quod quum iam esset nonagintanové annorum, præcepit ei suæ carnis circuncisionem. Tertio, in filii sui Isaac è libera vnigeniti immolatione. Horum mādatorum primum erat laboriosum & triste: secundū fuit dolorosum simul & periculosum, tertium prouersus odiosum. Quia verò tam anxiè examinatus, fidelis in omnibus & obediens inuentus est: idcirco quod antè dominus ei simplici assertione promiserat, interposito iuramento firmauit, dicens: Per memetipsum iuraui dicit dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, & cætera quæ sequuntur.
- rer. filij
oblationē
meruit se
minimul-
tiplicatio-
nem.* ¶ Itaque ob huius obedientiæ gratiam, præsertim vbi filium immolare paratus erat, pollicitus est ei dominus seminis multiplicationē, vt quivnū deo obtulerat, innumerabiles reciperet propter vnum. Quod & nunc in populi credentis multitudine completum esse manifestū est, qui Abrahæ fidem sectantes reputantur illi in semine. Potens enim deus de lapidibus suscitare filios Abrahæ, quoniam plurimi propter deum opera Abrahæ factitantes, obliuiscuntur populum suum & domum patris, & peregrinotū ad more viuere in hoc mundo sponte elegerunt. De quibus ipse dominus ait: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomē meum, centuplū accipiet, & vitam æternā possidebit. De seminis Abrahæ multiplicatione legimus illi dixisse dominū, Suspice cœlum & numerā stellas si potes, sic erit semē tuum. Denique propter hanc filij sui immolationem de cōgruo meruit filij dei ex se generationem, vt ei qui filium suum vnigenitū propter deum obtulerat, & deus ipse filium suum ad salutē mundi de ipsius nasciturum semine promitteret.
- Mat. 3.*
- Mat. 19.*
- Gene. 15.*
- Gene. 22.*

¶ Nos

¶ Nos autem obediētiam Abrahæ sectaturi, accepimus à Obedienti-
deo mandatum ut vitemus auaritiam, ut refrenemus caritati abra-
nis concupiscentiā, ut deo submittamus & offeramus no-^{hę} sektari
stram propriā voluntatem. Primū significatū est in terra volentes,
derelictione. Secundū in carnis circuncisione. Tertiū in
vnici filij sui immolatione. Quæ tria si Abrahæ sektantes
obedientiam fecerimus, multiplicabit etiam deus semē
iustitiae in nobis, & pro terrenis & carnalibus rebus quas
ipsius amore reliquerimus, cœlestibus nos & spiritualib⁹
bonis & gaudiis locupletabit. Resignationem deniq; pro-
priæ voluntatis hac mercede cōpensabit, quod transfe- *Roma. 8,*
ret nos ab huius vitæ seruitute calamitosa, in libertatem
gloriarum filiorum dei, & implebit desiderium animarū no-
strarū in sempiternum, quum voti compotes effectos om-
nium assequitione bonorū beatos efficerit. Quum ergo
pro tam exiguis tam eximia repēdet quasi ex nostrorum
bonorum operum semine (quæ tam enon à nobis, sed à
gratia dei sunt) salus æterna (quæ Iesu nomine datur intel-
ligi) fœliciter nobis exorietur.

¶ Quintū, se^tquandus est nobis pater Abraham in munerū *Imitand⁹*
recusatione. De ipso quippe scriptū legimus, quod quum ^{Abrahā} à cæde regum opimis cum spoliis victor rediret, occurrit ^{in mune-}
ei rex Sodomorum gratulabundus, quod suos hostes ipse ^{rū} recusa-
fudisset, dicens: Da mihi (nimirum ex omni r̄præda) ani- *tione.* *Gene. 14,*
mas, cetera tolle tibi. Ipse respōdit: Leuo manum meam
ad deum excelsum possessorem cœli & terræ, quod à filo
subtegminis usque ad corrigiam calceamēti, non accipiā
ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditaui Abraham.
Quod equidem illi ad magnam gloriaī reputatur: eò q;
vix quisquam etiā iustus excutit manus suas ab omni niu-
nere. Munera nempe excusat oculos sapientum, & mu-
tant verba iustorum. Qui ea propter deum contemnunt,
ostendunt se expectare potiora, nēpe qui fœlicitatis ceter-
næ munera sint à Domino recepturi. Quod bene insinuat *Esa. 33,*
Esaias Propheta. Qui quum pr̄misisset de iusto loquens:
Qui excutit manus suas ab omni munere, hoc tādem ad-
iecit: Iste in excelsis habitabit.

¶ Vnde & Abrahæ, qui munera oblata recusauerat, æternā
deus promisit remunerationem, in benedictione & hęre-
nnij ditate

DOMINICA XIII

diate promissa figuratā. Qui enim de affluentia fluxarum rerum renuunt consolari, illis præsto est recordatio futu-

Gene. 15. rorū, & delectat promissa spes æternitatis. Vnde & Abra-

Abrahā hæ dictum est à domino: Ego merces tua magna nimis.

munera Nos autem si in hoc exemplo sectatores eius esse cupi-

recusantē mus, renuat necesse est in rebus terrenis consolari anima nostra, & in dei recordatione se studeat oblectare, dicens

qui imitē cum Propheta: Pars mea dominus dixit anima mea, pro-

pterea expectabo eum. Iustitiam nostram (si quæ est, & no-

Thren. 5. stra dici debeat, quum illam in nobis gratia dei operetur)

pro mercede temporali nequaquam vendamus, intētione

corrupta (dum putamur bene agere) in rem vanā & tran-

sitoriam respicientes, quin potius in rebus à nobis bene

gestis soli deo placere cupiamus. Sed & hoc nobis cauen-

dum est, ne per carnis solatia (tametsi in his finem nostrū

non cōstituamus) depositum nostrum minuentes, fortas-

Luc. 16. se tādem audiamus: Recordare quia recepisti bona in vi-

Quidā tē ta tua. Recipiūt enim pleriq; pro iis quæ rectè gerunt, in

poralibus temporalibus bonis retributionem. Vnde & de rege Baby-

bonis re- lonis (qui diuinæ vltionis exequitor aduersus Tyrum

muneran hunc percusserat) ad prophetam dominus loquēs ait: Fili

hominis, Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit

Ezec. 29. exercitū suum seruitute magna aduersus Tyrum. Et post

pauca subdit: dedi ei terrā Aegypti pro eo quod labora-

uit mihi, ait dominus Deus.

HOMILIA SECUNDA.

Galat. 2. *Vid igitur lex?* propter transgressionem posita est, do-

nec veniret semen cui repromiserat.

QHic respondeat Apost. tacitæ quæstioni quæ ex præcedentibus potuit suboriri, simul ostendens legis vtilitatem. Quum enim fidem laudibus extulisset, ostendis- sétque eam vetustatē legem præcedere, nec ex lege esse iustitiam, nec benedictionem, nec consequutionem hæreditatis: sed hæc omnia per fidem obtineri, quæ & ante le- gem fuit in patribus. Posset ex his quæstio suboriri: Ad quid lex Moysi fuerit data, videtur enim frustra fuisse. Et hoc est quod interrogando dicit: *Quid igitur lex?* hoc est, *Ad quid est vtilis?* Et respondeat dicens: Propter transgres- sionem posita est. Vbi duplicem legis ostendit vtilitatem.

Vna

Vna est, peccatorum punitio. Altera est, omnium sub peccato conclusio, ibi: Lex ergo.

¶ Circa primum dicit: Lex propter transgressionem posita est. In lege enim certis criminibus graues & certæ poena causa nœ taxatur, ut vel terrore poenaru cohibetur hi, quibus una. data erat lex usque ad tempus Euagelicæ gratiæ, siue legis nouæ, quæ hominem à peccato reuocat dei amore potius quam terrore suppliciorū. Erat ergo lex illa data & propter transgressionem coercendam seu reprimendā, ut quasi frenum esset Iudeis, à quo criminibus præfertim ab ido transgress. idolatria ad quam semper erant proni, cohiberentur.

¶ Alia proinde legis utilitas erat, quia videlicet erudiebat populu sub timore dei, ut non esset indignus accipere promissionē dei in temporis plenitudine, id est, Christum. Propter huiuscmodi causas lex posita est. Sed quousq; dura- tura? Respōdet: Donec veniret semē cui repromisit deus, id est, Christus, in quo compleندē erāt promissiones dei, quod scilicet in illo benedicerentur omnes Gentes. Non ergo in perpetuū, sed donec veniret Christus, lex tradita est. Ergo cōtra Christum facit qui reducit legē, facto suo prætendēs ne cum per Christum benedictionem Gentibus obuenisse. Consequenter Apostolus priusquam alteram datę legis causam ponat, digressionem faciens, ostēdit quomodo lex data est, dicens:

Ordinata per angelos in manu mediatoris.

¶ Nemo putet legem à deo non fuisse quum audit: Ordinata per angelos. Siquidē à deo data, & ministerio vel in- teruentu angelorū administrata est. Nam & tubas illas & angelos tonitrua & signa reliqua angelii ministrabant. Vnde & in ordinata. Actis Apostolorū de Moyse ministro legis beatus Stephanus dixisse memoratur: Hic est qui fuit in solitudine cum angelo qui loquebatur cum eo in monte Sina. Quia tamē in dei persona angelus cum illo loquebatur, ideo sapientia deus & dominus appellatur.

¶ Nec vacat quod legem ordinatā dicit, non datam. Nam Lex quā aptè & ordinaliter data fuit inter legem naturæ, & legem auctoritatem gratiæ. Cōuictus enim erat homo, qd lex naturæ, eum salutare non potuit, & ante tempus gratiæ similiter cōuincens erat de lege scripta, quod illam implere non valebat.

n n iij Vnde

DOMINICA XIII

Vnde magno dei cōfilio factū est, vt post hominis lapsū
 nec lex illico daretur, nec dei filius mitteretur. Nisi enim
^{Lege con-}
^{nuncitur}
^{hominis}
^{firmitas.} hominis superbia suarū viriū imbecillitatē pri⁹ experire-
 tur, arbitrio suo sufficiētiā arrogaret, & legem diceret su-
 peruacuē datam. Proinde nisi prius eidē lex scripta dare-
 tur, per quā quid vel quantū posset experientia sui cogno-
 sceret, aduentum Christi putaret superuacuum. Nec ergo
 vel murmurādi vel detrahendi occasionem habere reli-
 quit eum deus primū in sui arbitrij libertate tēpore legis
 naturę, vt sic vires suas agnosceret. Vbi quū deficeret, vi-
 dens sibi libertū arbitriū minimē sufficere ad salutē, nec
 sic se humiliauit ad poscendā gratiam, sed superbè legem
 scriptam legi naturae adiunctam sibi putans sufficere cla-
 mabat. Non deest qui impleat, sed qui iubeat.

^{Lege mor} **¶** Ut igitur etiam de legis scriptæ insufficientia conuin-
^{būm inua} ceretur priusquā filium suum deus mitteret legem dedit,
^{luisse.} quæ peccati morbum detexit, nō absumpit. Qua data, in-
 ualuit morbus, aucta est infirmitas, non legis vitio sed na-
 turæ, & instantia eius qui tentat. Et ita tandem vtriusque
 legis insufficientia, & propria cognita infirmitate, mi-
 ser clamauit ad medicum auxilium implorās, iuxta illud:

^{Christus} Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauer.
^{gratia col} runt, scilicet ad medicum. Qui tandem veniens in forma
^{Litor mul} serui, languidi vulnera sanauit. Hic est ille pius Samarita-
^{tipliciter} nus, qui derelictum à Sacerdote & Leuita spoliatum &
^{figurat⁹.} vulneratum ac semiujutum, miseratus, infudit vulneribus
^{Luc. 19.} eius oleum & vinum, & eis alligatis impositum iumento
 tulit, vbi cum commendaret sanandum.

4. Reg. 4. **¶** Sacerdos & leuita, lex & sacrificia, neminem ad salutē
 adduxerunt. Hic est Helisæus verus, qui quum frustra ad
 fuscitandū à morte filium Sunamitidis baculū suum per
^{Ioan. 5.} seruum prēmisisset, tādem ipse venit, & mortuo fese coa-
^{Sapiē. 18.} ptas à morte restituit rediuiuū. Hic est angelus ille in cui⁹
 descēsu mouebatur aqua, & sanabatur vñus. Hic denique
 omnipotēs dei sermo, qui à regalib⁹ sedibus venit forma
 serui induitus, ab æqualitate paternę maiestatis ad patibulū
 crucis, de sede regali ad officinā peccati, de lumine
 cœli ad tenebras mūdi & inferni. Et veniens loquitus est
 pacem, dedit gratiā, pposuit misericordiā, promisit veniā.

¶ Itaque

¶ Itaque alto diuinitatis consilio, cōgruo tempore lex est ^{Lex Moy} ordinata per angelos, & hoc in manu mediatoris, hoc est ^{si sub Chrs} Christi, ut lex ipsa sub Christi sit potestate, & stet quandiu ^{si potesta} velit, & ipsius abroganda habeat potestatem. Legis enim ^{te.} dominus ipse est. Ait enim: Dominus enim est filius homi nis etiam sabbathi. Eadem autem ratione qua sabbathi do minus est Christus, est totius legis. Qui quum sit Deus & homo, idone⁹ inter deum & homines est mediator, vtrius ^{1ob.9.} que naturæ consors & collega, potens vtrunque arguere & manum ponere in ambobus. Mediat autem inter deum & homines, dum eos qui à deo recesserant, per se reconciliat. Recesserant autem per peccatum, per quod à deo separabātur, sed sanguine suo peccata nostra soluit, & se validem pro nobis interponens, nos patri reconciliauit. Vnde subdit Apostolus:

mediator autem unius non est, Deus autem unus est.

¶ Inter duos Christus est mediator: Deū, scilicet, & hominem, ut dictum est. Intercessit enim vtrinque pace cōposita & bello soluto, quod homines per peccatum aduersus deū suscepérant. Ex eo nempe tēpore quo humanā sibi vniuit naturā, pacem cōfecit, inimicitia quę ex carne peccati sub orta est mirum in modum tēperata. Quum ergo mediator ipse sit & diffidentiū conciliator, perspicuum est non legē hunc attulisse, sed gratiā & salutem. Nec unius tantum iudaici populi mediator est, qui populus legem habuit, sed etiam Gentium. Deus autem unus est. Quasi dicat: Media tor non est unius, sed tamen est unus, id est, sufficiens ad reconciliandos omnes deo, quia ipse est deus, & ideo non aliud quasi necessarium ad salutem adiūgatur ei.

¶ Mediator iste arbiter est duorum populorum, illos & inter se & cum deo concilians. Duos enim inter se discordes populos pacificauit, & in se uno lapide angulari ad vnu^{duorū po} nius ecclesię cōstructionem, quasi duos parietes collegit ^{pulorum.} Hinc numerū deorū & elementorum famulatū, inde ritus Mosaicæ legis tollēs, p quę inter se dissidēbat, & sic pace composita unus populus effecti sunt. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum, duos populos cōdens in se, vt reconciliet ambos deo in uno corpore. Mediator ergo unius non est, imò inter aliquos dissidētes necesse est sit medicus

DOMINICA XIII.

Nec esse potest mediator inter deum & deum, quia Deus vnum est: sed inter deum & hominem, inter hominem & hominem, ut dictum est.

*Christus
mediator
est, in qua-
tū homo.*

*Christus
nos dicit
in deum.*

¶ Est autem mediator in quantum homo. Nam in quantum deus, non est mediator, sed aequalis patri, & idem quod pater, id est, cum patre vnum & idem deus. Deo etenim supranos & nos infra illum, & multa interiacet spatia, maximè peccati inter uallū, quod lōgē nos à deo distinguit atque abiicit. Ut ergo à tāta distantia via nobis esset, qua venire possimus ad deū, accedit humanitas deitati, & fit una persona, ut non sit semideus, quasi ex parte dei, deus: & ex hominis parte, homo: sed verus deus & homo verus, Dei & hominum idoneus mediator. Quod si in sua naturali qualitate cum patre permanens, se non exinaniret formā serui accipiens, non esset dei & hominum mediator. Venies ergo primum in seipso humana diuinis sociavit per utriusque naturae unionem in una eadēmque persona. Deinde omnes credentes deo patri recōciliauit, dum saluati sunt ab impietate superbiæ, quicunque humilitatem ipsius credendo dilexerunt, & diligendo sunt imitati.

¶ Circa secundum dicit:

Lex ergo aduersus promissa dei? Absit.

*Datæ le-
gis causa
altera.* ¶ Hic ponit Apost. secundā causā datæ legis, quæ est omnium hominum sub peccato conclusio, dicens: Lex ergo. Ac si interrogans dicat: Quandoquidem lex posita est propter transgressionem vel prohibendam, vel plectendam, est ergo aduersus promissa dei, ut non nisi per legē dei sponsio impleatur, aliter scilicet quam illa facta sit Abrahæ, ubi nulla metio legis interuenit Respōdet: Absit Nequaquam est inimica promissioni ipsa lex, sed magis hāc confirmat dum & sub figurarū velaminib⁹ & vaticiniis apertis, promissionis impletione denūtiat. Absit igitur ut lex euacare putetur promissionem dei, quasi per legē mereri possit pollicitationis impletio, & per eam esset iustificatio, bene dictio & cōsequutio beatæ hereditatis. Si enim lex praestare vitā, & id quod promissio spopōderat exhibere valeret utique per legē promissio putaretur exclusa. Vnde subdit: *si enim data esset lex quæ posset iustificare, vere ex lege esset iustitia.*

¶ Tunc

Tunc enim lex esset fide validior, hominēmque & iustificaret & benedictionem ei impartiretur, si vita & salutis conferendæ potestatem haberet: nunc verò sic se habet, quod morte potius afficit, quām queat quempiam à peccato eximere. Quomodo igitur poterit lex fidem superare, quum fides ipsa per baptismi gratiam vivificandi vim habeat benedicendique & iustitiam atque hæreditatem impertiendi? Imò potius lex ipsa condemnat (vt dictum est) & sub peccato concludit. Vnde subdit:

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

¶ Per scripturam legem intelligit, quę nequivuit hominem à peccato liberare, quin potius vitio naturæ corruptæ ad peccatum cooperabatur, vt homines sub peccato concluderentur, id est, vt eos delinquisse argueret & conuinceret. Notis enim per legem peccatis conclusi & conuicti sunt, vt se de peccato excusare non possent, sed quārunt misericordiam per fidem in Christum, per quam datur repromissa vita, & æternæ felicitatis hæreditas. Iudæis enim, quia peccata minus pernosceret, neque desiderio cōsequendæ repromotionis teneretur, legē dedit, quæ illos & includeret, vrgeretque, & angeret magis redarguedo, & peccatis ostēderet esse obnoxios, impleretque modū aliquem inuestigare, quo fieri posset vt venia assequeretur, quam (sicut dictū est) fides in Christum suppeditat, qua & iustificamur & benedicimur. Et hoc est quod dicit: Conclusit scriptura omnia sub peccato. Clausit eū homines sub peccati domino. Nam victi peccatis, cōcupiscētia & ipsius mādati trāsgressione, rei facti sunt: sicq; fit, vt lex oēs homines sub peccato cōclusos. Nō enim est lex data, vt peccato cōta aufretret, sed vt omnia sub peccato cōclusa esse ostēderet clusisse.

¶ Aduerte his simile illud esse, quod Romanis scribens idem Apostolus ait: Cōclusit deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Et iterum: Cassati sumus, inquit omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum. & cetera quæ sequuntur. Ac tandem adiecit: Ut omne os obstruatur, & subditus fiat

*lex nō pote
tuit iustifi-
ficare.*

*Scripturā
omnes ho-
mines sub
peccato cō-
clusiſſe.*

*Rom. 1.1.
Rom. 3.*

DOMINICA X I I I.

fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo. Per legē enim, cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credūt in eū. Quia ergo per fidem in Christum datur omnibus re promissa iustitia, benedictio & hæreditas: ideo subiecit post præmissa dicens: Ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, & non ex operibus. Ideo autem sic deus disposuit ut homines agnita sua & legis infirmitate, accelerarēt ad gratiam, & credendo promissa consequerētur, Lex ergo data est, ut gratia quereretur: gratia data est, ut lex impleretur. Nec tamen suo vtio (ut dictum est) nō implebatur lex, sed vitio corruptionis humanæ. Quod vitium & per legē demonstrandum, & per gratiam sanandum fuit.

DOMINICA X I I I.

post Pentecosten.

Galat. 5.



Ratres, spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

¶ In hac lectione Apostolus primò dat exhortationem generalem. Secundò, distinguit operationem carnalem. Tertiò, ostendit fructum spiritualem. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Manifesta autem opera carnis. Tertium, ibi: Fructus autem spiritus.

¶ Circa primum tria facit. Primò, ponit ipsam generalem admonitionem. Secundò, assignat eius rationē, ibi: Caro enim concupiscit. Tertiò, ostendit qualiter à iugo legis obtineas emancipationem, ibi: Quid si spiritu ducimini.

Spiritu
quare am
bulādum.
2. Cor. 13.

¶ Circa primū dicit: Dico autem in Christo: Spiritu ambulate. In Christo, inquam, quia Christi præcepta & legatione fungens pro Christo quod ab ipso accepi, vobis loquor. Vnde & alio loco dicit: An experimētum queritis ei⁹ qui in me loquitur Christus? Quid autem dicat aduerte: Spiritu, inquit, ambulate, & desideria carnis non perficietis. Ac si dicat: Vos qui per baptismi sacramentum Christo incorporati, factis estis mēbra ipsius qui semel mortuus est propter

Rom. 4.

pter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram, vos, inquam, qui Christum caput vestrum sequētes peccato mortui esse & iustitiae vivere debetis, spiritu ambulate, hoc est spiritus instinctu & gratia opitulante in omni opere bono fructificātes, perficite. Ad hoc enim vos Christus sibi elegit, qui ait: Elegi vos & posui vos ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Verū tamen spiritu ambulate, inquit, & qui habet aures audiēdi audiat quid spiritus dicat ecclesias. Audiam, inquit propheta, quid loquatur quatur in me dominus deus. Et Esaias ait: Mane erigit missus hi aurem, ego autem non contradico, retrosum non abij. ^{Audiquid} ^{Apoc. 2.} Et puer domini Samuel quum à domino semel atq; iterū ^{Esa. 50.} vocaretur, ait: Loquere domine, quia audit seruus tuus. ^{Au¹. Reg. 3.} dicit quisquis se dei seruum profitetur, quid in se loquatur spiritus, & ipius sequatur instinctum. Non enim per se vallet spiritus hominis venire ad salutem, sed spiritu sancto illustratus & adiutus id potest.

Ambulandum autem est spiritu rationibus multis. Pri. carnis de mō, ne carnis concupiscentiis seruiendo, pecoribus mutis syderia nō ad similem ur, quod vtique rationalis creature dignitati nō est perfis mis ignominiosum est, iuxta quod per prophetam dicitur cienda. Homo quum in honore esset non intellexit, cōparatus est *Psal.* iumentis insipientibus & similis factus est illis. Nolite ergo fieri sicut equus & mulus quibus non intellectus.

Secundò, ne à via salutis aberrantes seducamur. Suader enim carnis cogitatio declinē illā & spatiōsam viā quae Matth. 7. ducit ad perditionē per quā ingrediuntur multi. Quam viā aduersat⁹ propheta clamat ad dominum: Viam iniuitatis *Psal.* amoue à me. Et rursus: Vias tuas domine demōstra mihi & semitas tuas edoce me. Et quia desideriis piis annuit dominus, quasi viā salutis mortalibus ostēdēs, dicit: Intrate per angustā portā. Et post paaca subdit: Quām angustā porta & arcta via est, quae dicit ad vitā! Siquidē hæc via non per descensum declivia petit, sed potius ab imis ad sublimia, à carnalibus ad spiritualia, à terrenis ad cœlestia, ab AEgypto ad promissam viuentium terra ardua virtute cōscendit. De qua via per quendam sapientem cuidam dicitur:

Et tibi quæ Samios diduxit littera ramos
Surgentem dextro monstrauit limite calle.^{persius.}

Porro

DOMINI CA X.III.

¶ Porro de figura literæ per Pythagoram Samium inuentæ alias quidam ait.

Littera *Pythagoræ* *discrimine* *secta* *bicorni*
Humanæ *vitarum* *speciem* *preferre* *videtur*.

¶ Huius enim literæ sinister ramus declive petens, vitam delitiis carnis voluptuosam, dexter verò tèdens in altum, arduum virtutis iter prætendit. Itaque tu (vt quidam ait:) Quisquis amas mudum, tibi prospice quod sit eundum: Nam via qua vadis, via mortis, plenâque cladis.

Parabola ¶ Si sapiens aliquis viator & viarum peritus, stultum comitem per viam in mortis discrimen cùtem preçius periculum sequatur, is quum in latronum gladios inciderit, si hoc stulto imputauerit, contemnendus est, non audiendus, quippe qui & stulti sui ducis quem sponte sequutus est, insipientiam, & futura pericula prius ipse prenouerat. ¶ Tertiò, spiritu ambulandum & carnis desideria conterenda sunt, ne mortem incurramus. Nam vt Apostolus ait: Si secundum carnem vixeritis, morienni. Finis enim vita Galat. 6. carnalis, mors est. Nam qui seminat in carne sua, de carne Desideria & metet corruptionem. Et aduerte quod non ait: Desideria carnis nostra carnis non habueritis (quum illa non habere & senti habere fore, in nostra facultate non sit, vnde nec ad culpam nobis pro vires corum sensus imputatur, qui vitari à nobis omnino non potest, sed consensus) sed non perficietis, inquit, hoc est: Nequaquam his liberè voluntatis consensum indulgebitis, quod utique in arbitrio nostro situm est. Verbi gratia: Aues, ne super domum tuam comportent nidum, prohibere potes, et autem non præteriuolēt, aut insideant interdū ad horā efficerē nō potes. Vnde dominus per Ieremiam: Usquequo, inquit, morabūtur in te cogitationes noxiæ? Non queritur quod adueniāt, sed accusat morā. Quoad secundum dictum scilicet monitionis rationē consequenter dicit Apostolus:

Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hac enim sibi inuisum aduersantur, vt non quecumque vultus, illa faciat.

Caro & spiritus quid. ¶ His Apostoli verbis prauè intellectis munire contèdunt errorem suum Manichæi dicentes ex duabus sibi contrariis substancialiis hominem constare, corpore scilicet & anima, corpùsque à diabolo, anima à deo esse. Quod quidem à veri-

à veritate prorsus abhorret. Neq; enim de hominis substatia hæc Paulus disputat, sed carnales cogitationes carnem appellat, & mētis affectus qui in terrenis rebus versantur ad virtutem profecto desides atque torpentes, nequaquā corpus ipsum nomine carnis intelligēs. Nō enim corporis est velle aut nolle, aut cōcupiscere, sed meditatis animi. Sed ideo dicitur caro cōcupiscere, quia hoc secundū carnē agit anima, sicut auris dicitur audire & oculus videre, quum potius anima & per aures audiat, & videat per oculos. Nō enim nisi per animā potest caro concupiscere. Ideo autem dicitur caro aduersus spiritū concupiscere, quia anima carnali cōcupiscentia, rationis imperio reluctatur. Carnem itaque cōcupiscentem, carnalē delectationem dicit, quam à carne & de carne anima, id est, rationalis spiritus habet. Carnalis itaque cōcupiscentię causa nō est in anima sola, nec etiam in sola carne, sed ex utroque delectatio illa sentitur.

Nemo igitur putet, quod ullatenus sibi cōtraria sint aut aduersentur spiritus & caro, quę tāta sunt affectione conexa, ut animæ corpus opituletur, nec minus inhārēs anima corpus tutatur, & per uniuersa corporis mēbra innexa est ne illud deserat, sed terrestris cōtéplatio spirituali penitus aduersatur & spiritualis terrestri. Prauarū itaque & bonarum cogitationum ostendit discrepātiā, inter quas utiq; grauis est pugna, dum caro aduersus spiritū (eo intellectu quo dictū est) & spiritus aduersus carnem cōcupisicit. Quod maximē in bonis est manifestū, vbi spiritus adiuuat hominis infirmitatē. Vide quale bellum nobis deus decertandum proposuit, qualem rixam. Hoc utique intra teipsum sentis, quod militia est vira hominis super terrā. Quod bellum deo tum spectatore, tum iudice, tum præmiū deferente geritur. In hac palestra athletæ dei tentantur, cuius certaminis exitus, vel vita, vel morte perpetua dignos constituit. Et quoniam istarum partium altera resistit alteri, quo min⁹ id quolibet liberē perficiat: ideo dicit hæc duo sibi inuicem aduersari, ut nō quæcūque volumus, illa faciamus. Neque bona, scilicet carne repugnāte, neque mala, retinente spiritu rationali diuinitus illustrato. In hac pugna concedendum est meliori, id est, spiritui

Carnē cōcupiscere
aduersus
spiritum.

Bellū in-
tra homi-
nē quale.
Roma. 8.

10b. 7.
Bellū hec
spectante
deo geri-
tur.

DOMINICA XLI

ritu, quo volumus bona, & si non omnia perficiamus.
¶ Quo ad tertium, scilicet qua ratione ab onere seu iugo
legis obtineas emancipationem subdit, dicens:

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Libertas

à lege.

1. Timo. 1.

Simile.

*Sub lege
culpabiliter
esse.*

¶ Nam qui natus est spiritum quo prauas restringit cupiditates ab illis euadens liber, nec legis egreditur consilio, nec illis erit subiectus. Qui enim non irascitur fratri, nec legis opus habet quae homicidii illi interdicat. Iusto enim non est lex posita, sed propter transgressores, homicidas, parricidas, adulteros, sceleratos, impios, posita est lex. Erat igitur aliquando lex loco spiritus, & suo tempore in paedagogi morem instruebat. Postquam vero quispiam eruditus evasit aut philosophus, iam paedagogo non egit. Sic & qui spiritu ducuntur, non sunt sub lege. Nam qui spiritu habeducem, non errat.

¶ Sed quid est esse sub lege eo modo quem hic Apostolus dominat, insinuas quosdam culpabiliter esse sub lege? At quod responderetur, quod tribus modis intelligi potest aliquid esse sub lege. Primo modo, legem habere & se intimitates legis non continere, nec ad legem usque ascende re sed subter eam remanere. Secundo modo sub lege esse, est, nesciendo gratia, superba emulatione de se presumere. Tertio modo sub lege est, qui timore supplicij, quod lex minatur, non autem amore iustitiae, ab opere malo coercet, voluntate reus necdum liber, nec alienus a voluntate peccandi, qui vellet non esse quod timet, ut libertatem faceret quod desiderat. Manifestum est autem cum qui de spiritu ducuntur, nullo istorum mordorū esse sub lege, ut pretet hos modos pertractanti.

¶ Circa secundum principale dicit:

Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, beneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, ire, rixa, dissensiones, sectae, inuidia, homicidia, chrietates, comediantes, & his similia.

¶ Hic opera carnis speciatim distinguit, manifesta, inquens, sunt carnis opera. Quasi dicat: Si tete indulseris operibus carnis statim enumerabis, scias profecto te non à spiritu, sed à carne duci. Carnalem enim hominem indicat manifeste, quae sunt:

¶ Primū

¶ Primum, fornicatio, opus scilicet luxurie, & si vterque à *Fornicatio-*
cōiugij vinculo sit solutus. Corpus enim non fornicatio-
*ni debetur, sed domino. An nescitis, inquit, quia corpora *1. cor. 6.**
*vestra templum sunt spiritus sancti? Si quis autem templū *Ibidem.**
*dei violauerit, disperdet illum deus. Fornicatores enim *Heb. 13.**
& adulteros iudicabit deus.

¶ Secundum, immunditia. Quo nomine, notat vitium cō- *immundi-*
*tra naturam. Quanuis & immunditiae nomine, spurcites *tia.**
carnalium desideriorum recte possit intelligi.

¶ Tertiū, impudicitia. Hæc notat exteriorē inhonestatem *impudicitia*
*in aspectu, gressu, tactu, nutibus, osculis, verbis, & ceteris *tia.**
huiusmodi p̄cxitatibus, quæ cordis impudicitia testatur.

¶ Quartam est luxuria. Generali nomine reliquas huius *luxuria.*
vitijs species suis nominibus non expressas comprehēdit,
vt sunt, Adulterium, stuprum, raptus, incestus, sacrilegiū,
& si quæ sunt alia huiusmodi.

¶ Quintum inter opera carnis, est idolorum seruitus. Cæ- *idolorum*
cata nempe à dei notitia per carnis luxuriā mens huma-
*na in idola facile defluit, sicut patuit in Salomone. Vnde *3. Reg. 11.**
nobis documentū præbetur, quod si vsqueadè prœualuit
libido carnis, vt sol hominū, sacrarium sapientiæ dei, deo
amabilis, cultor pacis, stritor templi, religiosissimus ité
dei cultor Salomon ipse adè per amorem fœminarū po
Salomo-
tuit deprauari, vt deo relicto illarum deos falsos cultu & *nu ruina*
*templis ædificatis adoraret: documentum, inquam, nobis *quid do-**
hinc præbetur quāta possit huiusc libidinis insanía, quā-
que sit infirma & fragilis etiā in sapientibus mortalis cō-
ditio carnis. Quis ergo iam se ab hoc periculo tutū arbi-
trabitur, vt nō illum possit libido carnis præcipitare? Cre
de mihi(ait B. August.) Episcopis loquor: Vidi pestem illā
deicere Cedros Libani, de quorū ruina non magis quām
Hieronymi, vel Ambrosij formidabam.

¶ Sextum esse dicit, Veneficia, quæ ratione carnalis libi- *Veneficia*
dinis solent attentati exercerisque. Quo nomine etiā ma-
leficia & sortilegia intelliguntur. Nonnulli enim inter-
dum vsqueadè libidine insaniant, vt nihil putent inter-
esse siue per inferos, siue per superos modò desideriis suis
fiat satis. Quid nequius, ait Sapiens, quām quod cogitauit
caro & sanguis?

Eccle. 17.

¶ Septimum

DOMINICA XHH

- Inimici-
tiae.* ¶ Septimum, inimicitia perseuerantes & latentes in ani-
mo, quæ plerunque occasione libidinum carnalium obo-
2. Reg. 13 riuntur, sicut patuit in Absalon qui contra fratrem suum
Amnon (quod violasset Thamar sororem suam) eosque
odium exarsit ut hūc tandem interficeret. Huiusmodi odia
inter riuales quam maximè geruntur, & acerba quidem,
tā inter fœminas pellices, quam inter viros riuales. Qui
autē enarrare sufficiat quāta mala, quæ clades, ex hoc se-
minario pullularūt, quot vrbes expugnatæ atque delectæ
quot mortalium milia interempti, quot regiones afflictæ
- Contentio-
nes.* ¶ Octauum, contentiones, quæ verbis clamoris, violentis,
& cōsumacibus peraguntur. Vnde & alio loco ait: Quum
1. Cor. 3. sit inter vos zelus & cōtentio, nōnne carnales estis, & se-
*Verba cō-
tētiosa te-
larixæ
prima es-
se.* cundum hominem ambulatis? Siquidem prima & prom-
ptiora tela quibus inter se carnales homines depugnant,
verba sunt. Hæc tuba rixæ, qua ad audendum maiora ani-
mus prouocatur.
- Aemula-
tiones.* ¶ Nonum, æmulationes, quando scilicet plures ad idem
tendūt, carnali, aut mundana cupiditate flagrātes, quales
plerunque reperiūt, & inter luxuriæ carnis deditos, &
inter auaritiæ sectatores, qui alterutrum in adeptione rei
cōcupitæ contendunt animis ardentibus præuenire. Hu-
iuscemodi æmulationes non minus etiam inter superbos
gloriæ cupidos, imò & acerrimè propter honorum & fa-
stuum ambitionem oboriūt. Est tamen & recta quēdam
æmulationis species, quum videlicet bene agentem con-
tendit aliquis imitari.
- iræ quid
sint.* ¶ Decimum, iræ quæ sunt vehemētes & subitæ velut tem-
pestates animorū æstuaantium libidine se vindicādi. Quia
enim carnalia hæc & temporalia bona curta sunt, nec suf-
ficiunt immensis cupiditatibus plurimorum, & necesse sit
alteri deperire quod acquiritur alteri, nimis hinc iræ &
Iacob. 4 furores mortalium mētes incendunt, iuxta quod B. Iaco-
bus ait: Vnde bella & lites in vobis? Nōnne ex cōcupiscē-
tiis vestris quæ militant in membris vestris? Concupisci-
tis & non habetis, occiditis & zelatis, non potestis adipi-
sci, litigatis & belligeratis, & non habetis.
- Rixæ.* ¶ Undecimum, rixæ, quando videlicet homines carnales
ex ira in verbera & mutua vulnera domestica seditione
confur-

consurgunt, quæ rixæ ex supradictis operibus carnis ori-
ri consueuerunt. Rixentur (inquit beatus Augustinus) im-
mites & dimicet pro terrenis & temporalibus rebus, bea-
ti autem mites quoniam ipsi possidebunt terram: non au-
tem rixantes, qui ob eas quas gerunt rixas plerunque ter-
ram amittunt, tam præsentem videlicet, quam futuram
in cœlo hæreditatem.

¶ Duodecimum, dissensiones. Quum iam in partes coale-
scunt, hi qui idem mordicus contendunt tenere & defen-
dere, sicut sæpenumero in illorum cōtumacia patuit, qui
fermè ad furorem usque disputationes opinionum suarū in-
uicti defensores cupiunt apparere, Apostolicā interim par-
cipiendētes institutionem, qua dicit: Obsecro vos fratres
per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis
omnes, & nō sint in vobis schismata, sitis autem perfecti
in eodem sensu & in eadem sententia. Et rursum alio loco:
Si quis, inquit, videtur cōtentiosus esse, nō talem cōsue-
tudinem nō habemus, nec Ecclesia Christi. Et iterum ali-
bi: Eandem charitatem habentes vñanimes, nihil per cō-
tentionem neque per inanem gloriam facientes, sed in hu-
militate superiores inuicem arbitrantes, nō quæ sua sunt
singuli cōsiderantes, sed & ea quæ aliorum. Vñanimes &
humiles (non autem dissentientes neque eos qui faciunt
superbiam) habitare facit spiritus sanctus in domo, quia
non est dissensionis, sed pacis.

*Dissensio-**1. Cor. 1.**1. Cor. 1.1.**Philip. 2**1. Cor. 14*
*Sectæ.**Act. 20.**Inde. 1.**Inuidia.*

¶ Decimumtertium, sectæ. Quum videlicet dissensiones
iam firmatae sunt, tūc enim sectæ, schismata & hæreses se-
quuntur, quum iam quisque partem suā facere ntitur for-
tiorem, trahēs secum quos potest. Quod prænoscēs futu-
rum Apostolus Paulus in Actis dixisse memoratur: Ego
scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi ra-
paces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobisipsis exur-
gent viri loquētes peruersa, ut abducat discipulos post se.
Hos & B. Iudas Apostolus designauit, dicens: Hi sunt qui
segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.

¶ Decimumquartum, inuidia, quæ scilicet in animo sub-
oritur, quum quis de alterius bono tristatnr, & de ipsis
malo gaudet, quæ nimis inuidia mors animæ est & æmu-
la charitatis. Tinea, est cor sibi malè conscient assidue ro-

oo dens,

DOMINICA X IIII

dens, quo tamen nullum malum aliud (ut dicitur) iustius est quod suum excruciet & excarnificer authorem : iuxta quod ait quidam,

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Tormentum maius.

Homicidio. ¶ Decimumquintum, Homicidia, quæ plerūque vel ab inuidia vel à præcedentibus vitiis profiscuntur. Et licet is qui inuidia laborat æmulum fortasse nō occidat corporaliter, nihilominus tamē homicida est, quia per malitiam *Sapiens.* 16 occidit homo animam suam.

Ebrietas. ¶ Decimumsexum, Ebrietates, quæ nimirum excessum & assiduitatem & studiū designant. Non enim singulari numero dixisse sat esse putabat.

Comeſſationes. ¶ Decimumseptimum, Comeſſationes, ſimiliter expontur, niſi quod illuc in potu, hic in cibo peccatur per ſuperfluitatem, frequentiam, ſtudium, lauitiam & ſimilia. Aduentendū est autem, quod plura ex iis quæ numerata ſunt in operibus carnis, nō ad corpus seu carnē pertinent, ſed vicia ſunt mētis corruptæ. Verbi gratia: Aemulatiōes, Ira, Inuidia, Difſenſiones, Inimicitiae. Ex quo patet illos errare qui dicūt omnia humanae mentis vicia ex carne eſſe, & anime accidere. Nam ſi vicia vniuersa carni tribuas, neceſſe eſt ab illis diabolum ipsum (quia carnē non habeat) eſſe emunem. Sed carnis nomine hominem totum Apoſt. significauit, qui quum ſecundum ſe, id eſt, ſecundū hominem non ſecundū ſpiritum viuit, cadit. Non enim habendo carnem, ſed viuedo ſecundum hominem, factus eſt homo diabolo ſimilis, quia & ille ſecundum ſe viuere voluit quando in veritate non ſtetit. Ut autem ab iis carnis operibus vel interminatione pœnae nos abſterreat, ſubdit:

Quæ prædico vobis ſicut & prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non conſequentur.

Ioan. 8. ¶ Prædico, inquit, nūc ante iudicium duni locus eſt pœnitentiæ, ſicut prædixi etiam ante hanc epistolam, quoniam qui talia agunt, à dei regno reprobatur. Ipsi nempe per hæc dei regno ſe fecerunt indignos. Nec ait: Qui hæc omnina fecerit, vel qui hæc vniuersa ſimul habuerit, ſed qui ne parari talia agunt. Singula enim aguntur. Ergo singula eorum tolunt homini regnum dei. Quod si in regno dei nunquam erunt,

*Singulis
peccatis
dāmatio-*

nē parari

erunt, utique in æterno supplicio tenebūtur. Nullus enim locus inter regnum, & gehennam reliquus esse in perpetuum potest.

¶ Circa tertium principale dicit:

Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

*fructus
spiritus
enumerat-*

¶ Hic Apostolus describit fructus spiritus, id est, fructus illos quos affert spiritus noster, spiritus sancti sequens datum, dicens: Fructus autem spiritus, est charitas. Quasi dicat: Ea que iam superius enarraui opera carnis sunt, sed quæ sequuntur fructus sunt spiritus. Et rectè quidem illa carnis opera vocitauit, quia laboriosa, & factu grauia. bona verò idecirco fructus spiritus appellauit, quod non modo nostro indigent studio, sed etiam ope diuina quæ in illis præcipue operatur, ac si nostra iteris subministrare semen, & offerre voluntatem: diuini verò sit arbitrij, ut fructus sequatur. Ob id autem fructus dicit, quod propter sepetenda sunt, ad similitudinē fructus ex arbore nati, qui cum suavitate percipitur. Ista enim & à spiritu sancto procedunt, & mentem delectant. Flos in arbore desideratur, nō quidem sui gratia, sed fructus. Fructus autem propter se: Reficit enim & delectat. Sic & hæc bona quæ hic enumerantur idecirco desideranda sunt, quod in illis humana mens & reficitur (ut iam dictum est) & delectatur. Horū itaque fructuum,

*Virtutes
animi
cur fru-
ctus dicū-
tur.*

¶ Primus Charitas scribitur, sicut & alio loco idem Apostolus ait: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis. Fructus iste ditat suos possessores, quomodo ditat temporaliter aurum. Vnde cuidam à domino in Apocalypsi dicitur: Suadeo tibi à me emere aurum ignitum & probatum, ut locuples fias. Pellit enim peccati inopiam, iuxta quod per Esaiam dicitur: Iste omnis fructus, ut delectatur peccatum eius. Insuper & perfectione legis ditat amaritatem. Nā & finis præcepti, charitas, & sola dilectione lex impletur. Quia ergo omnium virtutum radix & vita charitas est, eam inter fructus spiritus primo loco posuit, deinde cætera quæ ex hac radice generantur.

*Charitas:
Roma. 5.*

*Apoca. 3.
Es4.27.*

*i. Tim. 1.
Roma. 13*

¶ Secundus est Gaudium. Nam qui afficitur charitate, sem-

DOMINICA XLI

- Act. 5.* per lætior est, etiā si dura patietur, sicut de Apostolis scri-
ptum est: Ibant gaudētes à conspectu concilij, quoniā di-
Grego. gni habit i sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ille
enim recte gaudet, qui bonū diligit vnde gaudet. Nec mi-
rum est si ex charitate gaudiū sequatur, quum illa semper
sit fœcūda gaudio & gaudium pariens. Non enim esse po-
1. IOAN. 4. test mater charitas sine gaudio, quod est ples illius. Quis
enim amás nō gaudeat de præsentia amati? Charitati au-
tem præsens semper est de⁹, quē amore casto cōpletitur.
Pax. Qui enim manet in charitate, in deo manet, & de⁹ in eo,
Col. 3. ¶ Tertius est Pax, sine qua verum haberi gaudium non po-
pacē in- test. De qua & alio loco ait: Pax Christi exultet in cordi-
ternā hęc bus vestris, id est, gaudere & exultare vos faciat. Siquidē
perturbāt perfectio gaudiū pax est, tam ea pax quæ requies est ab iis
quæ forintecus illata perturbāt, quām illa quæ est ab in-
quietudine & strepitu carnalium in corde cogitationū &
desideriorum mundanorum. Vbi enim mens perturbatur
ab exterioribus impedimētis, & offendiculis, vel affligi-
tur cōcupitæ rei quam consequi non potest desiderio, illuc
gaudium verum esse non potest. Proinde pacem ex chari-
tate profici sci certum est. Nam quis pacem habet cum ali-
quo veram, nisi illum diligat?
- Patiētia.* ¶ Quartus est. Patientia, quæ sola ad obtinēdam inter tot
aduersa pacem via est. Profectò viam pacis nō cognoue-
runt quicunque se vlciscendo & belligerādo pacem ani-
Luc. 21. mi quærūt. Nō enim nisi in patiētia vestra (ait dominus)
nō autem in vltione seu vindicta, possidebitis animas ve-
stras. Sed nec iste fructus spiritus sine charitate haberi po-
test, imò ab ea procedit. Palam est enim quòd inter mole-
stias & tædia quæ occurrunt, patiens esse nemo potest, si
nō is per charitatem, proximorum portet improbitatem.
- Longani-
mitas.* ¶ Quintus est Longanimitas, vt ex dilatione honorū quæ
sperantur, humana mens nō perturbetur. Nam carere bo-
Prov. 13. no desiderato, rationem mali habet. Spes enim quæ dif-
fertur affligit animam. Vnde & veteris testamenti patres
cōmendantur, quòd fuerunt longanimes in spe. Itaque &
ipſi cum lōganimitate expectemus à deo nobis promissa
bona, vt agricolæ exemplo, qui expectat (vt beatus Iaco-
Jacob. 5. bus ait) preciosum fructum terræ patienter ferens, donec
accipiat

accipiat temporaneum & serotinum. Sed & iste fructus ex charitate est. Nam quis loganimis perseveranter expectādo, nisi feruerat diligendo?

Sextus est bonitas, quae est quædam animi dulcedo faciens hominem bene affici ad proximum in coniunctu, quæ omnibus accepta est & grata, sicut ecōtratiō animi amaritudo, & sibi & aliis onerosa & odiosa est. Vnde Simoni mago ab apostolo Petro dictum est: Non est tibi pars neque fors in sermone isto, quoniam in felle amaritudinis & in obligatione iniquitatis video te esse, palam asserens, qui eiusmodi sunt, nec Christi legem implere, nec ullam cum Christo habere partem. Ideo monet ad Hebraeos scribens fideles cauere debere, ne qua radix amaritudinis sursum germinas impedit, & per illam inquinentur multi. Et iste fructus sicut & cæteri à charitate progreditur. Nullus enim est bonus, nisi amando bonum efficiatur bonus.

Septimus est Benignitas. Dicitur autem ille benignus, quem bonus amoris & benevolētia ignis feruere facit ad beneficia in proximum collocanda. Et hanc etiam à charitate proficisci dubium non est. Quis enim est benignus, nisi illum diligat qui opitulatur?

Octauus est Mansuetudo, quæ iras cohibet, quæ suasionē boni admittit. Mansuetus enim ille dicitur, qui nec implacabilis nec impersuasibilis est, sed est ducibilis, placabilis atque tractabilis. Nam mansuetus, quasi manu assuetus sonat. Sed & hic fructus à charitatis radice est. Nam quis mansuetus esse posset absque charitate?

Nonus fructus spiritus est Fides, id est, fidelitas erga proximum, ut videlicet illi nullatenus inferatur nocumētum occulte, dolo vel fraude, verbo vel opere, & ut p̄ximi dāno (etiam ipso absente & nesciente) fideliter obuietur. Quod si malueris hoc loco accipere fidem pro virtute Theologica, quam diffinit Apostolis esse substātiā sperandatum rerum, argumentum non apparentium, vel quo cunque istorum modorum eam acceperis, certum est hāc inter fructus spiritus computari, & à charitate vel dei vel proximi proficisci. Nemo enim salubriter fidelis, nisi ea si de quæ per dilectionem operatur.

Decimus est Modestia, quam tam in dictis quam in factis

Bonitas.

Act. 8.

Heb. 12.

Benignitas.

Fides.

Heb. 12.

Gal. 5.

Modestia.

DOMINICA XLI.

modus & mediocritas seruatur, prout cuiusque conditio-
ni & statui, item loco, tempori, & officio congruit. Hæc co-
hibet insolentiam, fastum, arrogantiam, prodigalitatem,
pompā, iactātiā, & similia: facitque ut cognoscat homo
(sicut sapientium quidam ait:)

versus.

Quid sumus, & quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quam mollis flexus, & vnde,
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet, patræ charisque propinquus,
Quantum elargiri deceat, quem te deus esse
Iuſſit, & humana qua parte locatus es in re

Et rursum idem alibi ait:

Tecum habita, & noris quam sit tibi curta supellex.
¶ Et hanc modestiam etiā ipsa gignit charitas. Nam quis
vel coram illo vel aduersus illum insoleſcat, quem vera-
citer amat?

continen-

*tia quid
importet.*

¶ Undecimus est Continentia, qua nō modo à superfluis
escis & potibus, & incōcesso. Venereorum vnu, sed etiam
ab omnib⁹ superfluis, in vestitu, victu, pōpa, iocis, verbis,
& multò magis ab omni nequitia & iniuitate prorsus ab-
stinetur. Quia cōtinētia interdum pœnitētia vel qualibet
alia pia causa, semetipsum homo etiā à licitis coērcet. Et
hæc etiā à charitate nascitur. Nō enim se quisquā cōtine-
ret ab eo vnde turpatur, nisi id diligeret vnde honestatur.

castitas.

¶ Duodecimus Castitas est, qua scilicet unusquisque secū-
1. Thes. 4 dum leges statui vel conditioni suę conuenientes vas suū
Lignū vi possidet in sanctificatione & honore. His duodecim fru-
tæ affe- tibus spiritus congruit, quod in Apocalypsi Ioannes ait:
rens fru- Ab vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus
ctus. 12. duodecim. Vbi per flumen baptismi sacramentum, per
Apoc. 22. vtranque eius ripā vtrunque populum, Iudaicum, scilicet
& Gentilem ad sacrum baptismi lumen (aquas vtique
vivificantes) concurrentem, non ab te possumus intellige-
re. Inter quos lignum vitæ Christus, per spiritum sanctum
hos fructus ad fert abundanter. Quoniā autem iis fructibus
homo absolute bon⁹ efficitur, idcirco nulla ei reliqua lex
necessaria est. Vnde subdit:

Aduersus huiusmodi non est lex,

¶ Quæ iustis non est posita, sed iniustis & non subditis
(vt alio

(vt alio loco ait) impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & perjuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur. Iстis & similibus aduersatur lex. Is autem qui præfatis spiritus fructibus potitur, nullius legis eget vel instructione vel admotione. Nam legis scopum is consequutus est, cui vera veritas lex est. Quis, inquit, Boëtius, legē det amātibus? Major lex amor est sibi. Calcaribus equi non egent, qui sponte veloces sunt. Malis ergo dūtaxat & vitiosis posita est lex, bonis autem & piis, crux Christi. Vnde subdit:

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.

¶ Non quod sibi morte corporis inferant, ut per carnem intelligere velis ipsius carnis substatiā, sed cogitationis terrenas, & carnales (vt supra dictum est) quae in eis non vident, sed mortificatae & crucifixae sunt. Crucifigunt ergo qui Christi sunt carnem non solum cum vitiis operum, sed etiam cum concupiscentiis desideriorum. Congruit enim deuotioni nostræ ut qui Christi passionis memores in his speramus, & ipsi nobis faciamus crucem reprimendam carnalium voluptatum. In qua quidem cruce hac vita durante præceptis iustitiae fixi, Christoque confixi penderemus, exemplo eius qui pro nobis in cruce pependit.

Lex quibus ponitur.

charitatē lex posita non est.

carnem crucifigere virtus quid sit.

DOMINICA XV

post Pentecosten.



Ratres, si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus.

Galat.

¶ In hac lectione Apostolus credentium mores instituens, docet Primò, à proximo rum scandalō cauere. Secundò, docet lapsō fratri, charitate fraterna subuenire. Tertiò, proximorum improbitates & infirmitates supportare. Quartò, beneficētia communione in proximū exercere. Quintò, in piis & bonis operibus constanter perseverare. Primum facit ab initio. Secundum, ibi: Fratres, et si præoccu. Tertium, ibi: Alter alterius onera. Quartū, ibi: Cōmunicet autē is. Quintū, ibi: bonū autem.

oo iiiij

Circa

DOMINICA XV

¶ Circa primū aduerte, quod quum numerasset in prae-
dictis fructus spiritus, id est, virtutes animi quas dei spi-
ritus profert in nobis, aduersum quas nō est lex (quum eas
lex nulla prohibeat, sed qui talib⁹ pollēt, supra legē sint)
& adiecisset, qui autem sunt Christi carnem suā crucifix-
erunt: quum, inquā, hoc præmisisset, cōtinuò subiunxit: Si
autē spiritu viuimus, id est, quia spiritu viuimus, spiritu &
ambulemus, hoc est, etiā secūdū instinctus spiritus, & nō
secundū carnis cōcupiscētias operemur. Spiritus est enim
qui viuiscitat, caro non prodest quicquā. Proinde si secun-
dū carnēvixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis
mortificaueritis, viuetis. Spirit⁹ enim ad alta, caro semper
ad ima tendit. Vnde talis est inter spirituales homines &
carnales differētia, qualis est inter aues cœli & pisces ma-
ris. De quibus B. Ambrosius in hymno canit, dicens:

Magn⁹ deus potentia, Qui ex aquis ortum genus
Partim remittis gurgiti, Partim leuas in aéra:
Demersa lymphis imprimēs, Subiecta cœlis irrogans,
Ut stirpe vna prodita, Diuersa rapiant loca

¶ Pisces enim & aues ab initio ex aquis produxit de⁹ quo-
rum tamen etiā eadem est origo, longe tamen diuersa est
habitatio, & ingenium differens. Nam pisces ima petunt,
Aues se tollunt in sublime, nisi forsan illis aliae vel visco
vel quoquis appenso pondere impedianter. Non secus hu-
mana mens, quæ sursum sunt & desiderare posset & quæ-
rere (quod nimis est spiritualiter in alta se leuare) nisi
vel alligato sibi terrenarum retum per auaritiam ponde-
re vel visco luxuriæ capta teneatur. Sed assumptam simili-

Aues in *tudinem* persequentes attendamus nōnullas esse aues in
terra ver- *terra versantes*, quæ pennatum beneficio (quod inualidz-
santes. fuit) nequaquam ad alta præualēt effugere, & hæc quidē
1.Tim.6. feris & aucupi sunt obnoxiae. Quibus non dissimiles sunt
auari, qui (vt ait Apost.) quoniam volunt diuites fieri, inci-
idunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria

Gen.6. multa inutilia, & nocua, quæ mergunt hominem in inte-
1.Cor.2. ritum. Iste non spiritu, sed carnali sensu ducuntur. Non e-
nim permanet spiritus dei in homine, qui nō nisi caro est,
& qui (animalis homo quum sit) non percipit ea quæ sunt
spiritus dei, sed potius stultitia sunt illi.

¶ Porro

¶ Porro aues pro exemplo nobis proponens saluator dicit, eas neque ferere neque metere, neque congregare in horrea, & tamen patrem nostrum cœlestem pascere illas, & mox fiduciam nobis augens, adiecit: Quāto magis vos modicæ fidei, subaudi pascet pater? præsertim si ea quæ natu- Anū mora
Mat. 6.
eccl. 21.

ra auium nobis spiritualiter imitando demonstrat, sectores nobis
 mur. Nouerunt enim auicularia celeri volatu accipitrem fu- imitandis.
 gere, nouerunt & in alta nidum comportare, nouerunt vo-
 latu pastum quærere, nouerunt denique suauiter & dele-
 stabiliter canere. Ad quorum omnium imitationem spiri-
 tualiter viuentium hominum est, rei temporalis per auari-
 tiam lucra non quærere, in horrea cupiditatis non cogre-
 gare, iactare verò cogitatū suum in domino, quod sibi fa-
 mulantes enutriat. Eorum proinde est quasi à facie colu-
 bri peccatum fugere, apud altissimum ab omni pressura re-
 fugium habere, spem in alium quam in deum nescire, in
 cœlis thesaurizare, cœlestib⁹ diuinisq; meditationibus af-
 fiduē mentem reficere, in omnibus gratias agere, Deum-
 que laudare.

¶ Sed longe diuersum ingenium piscium est. Forum est e- Carnales
 nim à psequutore ad ima profugere, in aquis assiduè ver- homines
 sari, spiritum extra aquas nullum trahere, sed aquas lam- quasi pis-
 bendo respirare, insidiari capiendis piscibus aliis, aut alio ces-
 rum insidiis piscium obnoxios esse, hamo tandem vel reti
 bus capi, & captos tandem ad ignem deferri.

¶ Ita nimirum & hominum carnaliter viuentium est, ad Carnalium
 ima & terrena, non autem ad deum in necessitate confundere hominum
 gere, atque in iis spem omnem collocare, in delitiis & vo- mores.
 luptatibus carnis semper se velle oblectare, spiritum à su-
 pernisi per operationem non trahere, nec auram verbi cœ-
 lestis vllatenus percipere, ut plerisque, tametsi non in om-
 nibus piscibus natura est, vanitatum aquis (quæ sitire fa-
 ciunt amplius) lambendo pasci, & sese in his oblectare, i-
 niquitatem aut inferre, aut certè illatam ægrè sustinere.
 Denique amore huius seculi quasi hamo, & peccatis quasi
 retibus à diabolo tandem capi, ac perpetuis gehennæ in-
 cendiis mancipari. Quia ergo hi veram solidamque perdi-
 derunt, inanem querunt gloriam, apparentem videlicet,
 non autem veraciter subsistentem, quod ab iis longe est
 qui

DOMINICA XV

qui vivunt spiritu. Vnde subdit:

Non enim efficiamur inanis gloriæ cupidi.

¶ Qualis est illorum gloria qui gloriantur in simulachris suis, quæ illis prodeste non possunt, iuxta quod per Moy-

Deut. 32.

sen dominus loquitur, dices: Vbi sunt dij eorum in quibus

Osee. 8.

habebant fiduciam, de quorum victimis comedebant adi-

pes, & bibeant vinum libaminū? Surgant & opitulentur

vobis, & in necessitate vos protegant. Quin potius confu-

dantur omnes qui adorant sculptilia, qui autum suum &

argentum fecerunt sibi idola, vel creaturam quamlibet

prætulerunt creatori. Sunt enim quām plurimi, qui non in

deo, sed multitudine diuitiarum suorum gloriantur. Sed

vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores glo-

Osee. 4. riabuntur? Gloriā, inquit, eorum in ignominiam commuta

Qui vanè bo. Nam qui de suis fœdis voluptatibus gloriatur, lepro-

gloriātur sō similiſ est, qui scabiem suam sibi putat esse decori. Qui

quib° sint verò de huius mundi fluxis diuitiis extollitur, similiſ est

similes. vincē catherinis & de iis suis vinculis glorianti. Is autem

qui de vanis seculi honoribus & sublimitate loci securus

& elatus subtus se reliquos despiciens inflatur, conferen-

dus est furi, quem per scalæ gradus præcedēs carnifex du-

cit in altum, quatenus à sublimi deiectum gradu, innexo

laqueo, crudeli miserum præfocet exemplo. Quis autem

(nisi prorsus insaniat) ad suspendium ascendens de sua su-

Iob. 30. blimitate glorietur? Ait propheta: Eleuans allisisti me. Et

beatus Iob: Eleuasti me inquit, & quasi super ventum po-

Rom. 3. nens elisisti me validē. Hinc & per Apostolum inaniter

Iere. 9. glorianti dicitur: Vbi est gloriatio tua? Et rursus per Iere-

in solo de miā Dominus dicit: Nō glorietur sapiens in sapiētia sua,

o effē glo. & non glorietur diues in diuitiis suis, nec fortis in fortitu-

riandum. dine sua: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse

me, quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iu-

dicium & iustitiam in terra. Gloriemur inquit Propheta,

in laude tua. Veruntamen cæcatæ auarorum huius seculi

mentes, vanissimis, si bique dispendiosis rebus inflatæ reli-

quos superbè despiciunt, inuicem prouocant, inuicem in-

uident. Vnde subdit:

Inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

¶ Quum nos monuisset spiritu ambulare, mox subiecit:

Non

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi , inuicem prouocantes, inuicem inuidentes, probè sciētes, sicut de vestimēto *simile.* tineam, & vermē è ligno, ita & de rebus bene gestis nasci *Vnde in a* solere inanem gloriam, qua tumens cāca mortalitas pro- *nis gloria* uocat & inuidet. Nam alterum prouocare consuevit ille, qui se nullius egere, qui cāteros omnes p̄xire, omnēsque se transcendisse iam putat, qui nullum sibi existimat confe rendum, qui viribus propriis fidens aliorū omnium despici imbecillitatem. Huiusmodi fuisse scribitur Philistæus ille statura sublimis, qui lorica, galea, hasta clypeo, gladio *1.Re. 17.* & viribus suis fidens, exprobabat copiis Israēl, prouocans superbē, si quis ex eorum castris auderet intrare cum eo certamen, cuius superbiam deus per puerum pastorem humiliavit, qui ipsum vicit, prostrauit & interermit.

¶ Porro inuidere minoris est. Parvulum enim occidit inui- *rob. 5.* dia. Nemo quippe miseris deiecitisque, sed maioribus p̄x- stantioribusque se inuidet. Porro inuidia mater est mortis *Inuidia* quia mortem ipsa peperit, sicut scriptum est: Inuidia diabo mater li mors intrauit in orbem terrarum. Mater, inquam, est mortis. mortis, infernale virus, charitatem animæ vitam proflus *Sap. 5.* extinguens, quæ tanto acrioribus inardescit incendiis, quā to is cui inuidet successu meliore profecerit. Hinc vultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, *Inuidia* verba detractionis in absentia, in p̄sentiā verba rabi-signa- da & effrenata conuictia, & manus ad inferendam vim parata.

¶ Circa secundum dicit:

Fratres, & si p̄occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerās temetipsum ne & tu teneris.

Hic docet proximo qui lapsus est fraterna charitate sub *P̄occupa-* uenire. Si p̄occupatus, inquiens, fuerit homo. *P̄occupatū esse* patus, inquam, id est, p̄sidentus à passione, à casu, ab igno *in delicto* tantia, ab homine seductore, vel à tentatore diabolo ma- lorum omnium suggestore, p̄occupatus, inquam, non autem malitia aut studiosa voluntate committens scelus. Is enim acrius increpari meretur. Proinde, quia homo est si p̄occupatus, inquit, fuerit homo, non angelus, sed ho- mo fragilis, si inquam, ipse in aliquo delicto p̄occupat^o fuerit,

DOMINICA XV

fuerit, vos qui spiritales estis, et si praefati, fratres tamē vos esse memineritis. Et quāuis spiritales, tamen id dei dono, non ex vobis estis. Hęc dicit, ne forsan inflatione irreprehensibilis vitę, cum qui peccato circumuentus est, spernē dum putent & abiiciēdum. Quasi dicat: Nequaquam hoc faciatis, quin poti⁹ instruite huiusmodi, calamū quassatū non conterentes, & linum fumigans non extinguentes, quod cōtractum aut infirmum est in Christi grege non ab iicientes, sed illud potius alligatione curate. In spiritu lenitatis. Ne finaliter nō patiatur se argui, sed defendere se incipiat ne turpis esse videatur. Ideo autē leniter instruite quia fratres estis, vos superiores.

*Correcltu
rus fratre
hæc consi
deret.*

¶ Considerans temetipsum ne & tu tenteris. Opportunē quidem, ne forsan is qui alios in viam reduxerit, efferatur postmodum & insolecat, hortatur hunc Apostolus, ut se hominem esse ac labilem cōtempletur, & caueat ne & sua fragilitas tētetur, quod sanè humanum est, aut ne deo permittente propter suam elationem in delictum simile, vel graui⁹ cadat. Nihil enim sic inclinat ad misericordiam, ac proprij periculi cogitatio. Et ita Apostolus non voluit eos deesse correptioni, nec tamen studere contētioni. Nec puet se aliquis instruere eum quem peccātem protervè exagitat, irridētque, aut superbē tanquam insanabilem dete statut. Sed in spiritu lenitatis, inquit.

*Correcltu
rus fratre
caueat à
trībus.*

¶ Caueat ergo fratrem correpturus à consimili vel grauiori defectu, à nimio impetu, à fratri contemptu. Nam et si supernę gratiā pr̄sidio delinquenti proximo similis fortasse non es, cogita si forsan aliquando fuisti, & illi miserere, sicut & misereri tibi voluisti. Quod si non, agnosce tamen te hominem labilem & caducum esse, & in eadem vel grauiora peccata posse labi. Pertimesce iudicia dei, & illum quem modō despicias peccatorem, fortasse tādem aliquando tibi pr̄ferendum. A nimio impetu similiter est cauendum, ne non ex charitate, sed odio procedere delinquentis correctio videatur, & non modō in fratri reprehensione nihil proficias, sed exasperatum in odium tui, reddas ex prauo deteriorē. Maximē verò ab huiusmodi impetu, & vehementia in paruorum correctione delictorum est abstineendum, nec aggrauandum in immensum

*A nimio
impetu.*

immensum est fratri peccatum, sed potius excusandum si fieri possit. Stultum enim est ut musca interempturus securim arripias. A fratri etiam contemptu, vel ideo maxime est cauendum, ne contemni se aequanimitate non ferens, etiam ipse te contemnat, & reprehensionem tuam superbia tumentem & delinquentis contemptu acerbam profus abiiciat & contemnat.

*Simile.
A fratri
contemptu.*

¶ Circa tertium dicit:

¶ Alter alterius onera portate, & sic adimplebitur legem Christi. In hoc membro tria docet. Primum, tam morum quam corporis infirmitate laborantem proximum esse supportandum. Secundum, de semetipso submissè & humiliter sentendum. Tertium, in alio nequaquam fore gloriandum. Secundum, ibi: Nā qui se existimat aliquid esse. Tertium, ibi: Opus autem suum.

*Onera p-
ximorum
portanda
Eccl. 7.*

¶ Circa primū dicit: Alter alterius onera portate, quia & tu ab aliis portandus es, nisi forsan tibi persuaseris quod non es sicut ceteri hominum. Sed audi scriptura dicentem: Nō est homo iustus super terram qui faciat bonū & nō peccet. Quū igitur & tu peccato nō careas, & te oporteat ab aliis tolerari, & alios ipse feras oportet. Itaq; subuenite grauatis, inquit, quasi illorū sarcina sit & vestra, in vicem subsidiis & orationibus adiuuate, & sic adimplebitur legem Christi, qui omnium nostrū peccata portauit, qui & præcepit ut in vicem diligētes, alterutrorum improbitates & onera portemus. Nō vt aliorum peccatis cōsentiamus, aut quomodolibet eos foueamus in crimen, sed vt per charitatem proximorum, imperfectiones quas ab illis tollere non possumus, supportemus.

¶ Circa secundum, vbi docet vnum quenque de se humiliiter & submissè sentire, dicit:

Nam qui se existimat aliquid esse quum nihil sit, ipse se seducit. Superborum est enim de semetipsis eximia, de aliis exigua cogitando nō nisi agrē illos tolerare. Quum enim se multa obseruatione dignos credat, quicquid in ipsis cōmittitur graue iudicat, nec omnino tolerandū. In alios se ueri iudices, sibi verò nihil non indulgentes. Qualis fuit ille ceterorū omnium despector & temerarius iudex, suarum verò laudū iactabūdus buccinator pharisaeus. Cōtra quales

*Humili-
ter de se-
ipso sen-
tendum.*

DOMINICA XV

*In alios
seueri sibi
indulget
omnia.*

quales hic dicitur: Qui se existimat aliquid esse quū nihil sit, ipse se seducit. Quasi dicat: Qui se cōparatione peccatis in sua mente putat aliquid magni esse, quum ex se nihil sit, nec quicquam boni possit, vel quum ipse nihil sit comparatus viro spirituali qui totum gratiæ tribuens, inter se & deum recte diuidit. Hunc sanè etiā non seducunt laudatores, tamē ipse se seducit. Arguit Apostolus eū nullius esse momenti, qui alicuius se dixerit. Et quia potius se vult in illis querere quos contemnit, quām in seipso, Ideo consequenter docet Apostolus non esse in alio gloriantum, dicens:

Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum habebit gloriā, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit.

*Opus suū
examinet
unusquis
que.*

¶ Ac si dicat: Quid vel perditè viuentium comparatione, vel vanis adulantium laudibus decepti, vosipso extollitis? Examinet potius & diligenter exquirat unusquisque res à se gestas. Probet, inquit, ne fortè has siue inanis gloria, siue simulationis, sine cuiusvis alterius humanæ occasio-

Boetius.

nis gratia gesserit, & sic fiet, ut in aliorū laudibus non greditur. Falluntur enim qui adulazione deliniuntur, nō modò quia se putat aliquid esse quum nihil sint, sed etiā quoniam aliena laude inaniter gloriātes, cōsciētias proprias virtutū & bene gestarum rerum præmio coram Deo defraudant. Minuit enim se probantis conscientiæ secretū, quoties ostendendo quis factum recipit famę pretium. Et quia istis propriæ conscientiæ testimonium deest, ad aliorū de se testimonia cōfugiunt, dari sibi ab illis oleū postulantes, quibus propriæ lampades huius olei defectu extinguntur. Sed laude aliena nemo iuuari aut defendi potest ante deū, qui cordis inspecto est. Quis enim vel sibi sufficiat, ut sufficiēs testimonium sua sibi reddat cōscientia coram deo? Itaque opus suum probet, hoc est, discutiat & probatum reddat unusquisque, ut sic habeat oleum in lampade sua, id est, de rebus à se bene gestis in sua cōsciētia gaudium. Nec opus illi sit, ut oleum peccatoris impinguet caput suum. Probet etiam opus suum unusquisque apud se illud examinando (ut dictum est) à semetipso diligētē sollicitè, & dicens:

¶ Quod

¶ Quod opus tuū? Quā terra tua? Quō vadis? vel ex quo populo es tu? Quę omnia Iona volenti fugere à facie domini in Tharsis, quum in mari periclitaretur, sub interro gationis discussione proposita fuerūt. Hæc eadē tibi ipse propone. Et siquidē super his interrogata tibi bene respōdet conscientia, gloriare, non in te quum nihil sis, nec in aliena laude, quę vana est, sed in omnium authore bonorū deo, & suam ei redde gloriā, rectē cum illo diuidens, peccata tua tibi, ipsi gloriā boni operis quod per te operatus estribuendo. Quod si feceris, nec in aliena laude quæfieris gloriam, vtique nec in vituperio contristaberis, quum (iuxta B. Augustini sententiam) nec damnare iniuria, nec coronare possit laus falsa. Quod si cōscientia tua interro gata malē tibi responderit, nō proderūt vani laudatores, quia vnuſquisque onus suum portabit, videlicet & ille lau dator suum, & ipse tuum, & hoc in iusto dei iudicio, vbi Noë, Daniel, & Iob liberabunt animas suas, filium autem vel filiam non liberabunt. Vnde sapiēs quidam rectē mo nūt, dicēs: Ne te quæsueris extra, sed tecū habita, & no ſis quām sit tibi curta ſupellex. Quod autem ſuperius di xit Apostolus: Alter alteri^o onera portate, nō ei repugnat ^{Ezecl. 14} quod hic dicitur: Vnuſquisque onus ſuū portabit, quia ibi de ſupportatione fraternē imperfectionis in hoc mundo, hic verō loquitur de retributione qua iustus iudex Deus post exactū huius vitę curſum, reddet vnicuique ſecundū opera ſua. Ne quis etiam putet aliquem alienis inquinari peccatis, vnuſquisque, inquit, onus ſuum, nō alienū, por tabit. Nam culpis alienis nemo inquinatur, niſi vēl cōſen tiendo, vēl imitando, vēl laudando, vēl alio quouis modo alienas culpas fecerit ſuas.

HOMILIA ALTERA.

Communicet autem is qui cathechizatur verbo, ei qui ſe ca thechizat in omnibus bonis. Galat. 6:

¶ In hac parte lectionis Apostolus duo facit. Primo,hortatur beneficentia communionem in proximum exercere. Secundo, in operibus piis indeficienter perseverare, ibi: Bonum autem facientes.

¶ Circa primum dicit: Cōmunicet autē. Vbi, ſicut dictum est, docet beneficētię cōmunionē in proximos collocare.

Et

DOMINICA XV

Et quoniam in primis benefaciénum est iis quibus ratione accepti beneficij quisquis debitor est, ideo dicit: Communicet is qui cathechizatur verbo, id est, qui verbi prædicatione docetur, informaturque ad salutem, ei à quo recipit doctrinā salutarem, in omnibus bonis. Quum enim omnibus qui nobis benefaciunt debitores simus, maximè

Quibus imprimis faciendū. tamē his qui rei spiritualis nos fecerint complices, cuiusmodi est doctrina fidei quā à suis prædicatoribus recipiunt credentes. Itaque is qui instruitur verbo, communiceat ei qui se instruit in omnib⁹ bonis, spiritualibus scilicet & temporalibus. Spiritualia sunt, dilectio, benevolentia, orationes, opera sancta. Temporalia verò subsidia sunt, que in iis cōsistunt adminiculis, quibus necessitudo corporalis subleuatur invictu, vestitu, hospitio, aut quovis auxilio corporali, ad que suis prædicatoribus exhibenda tenetur, nempe qui accipiāt ab illis potiora. Vnde alio loco dicit:

1. cor 9. Si nos vobis spiritualia seminamus, magnū est si nos car-
prædica - nalia vestra metamus? Quis militat suis stipendiis vñquā
tores su - toris? Quis plantat vineam, & de fructu eius nō edit? Quis pa-
stientari cit gregem, & de lacte gregis eius nō māducat? An & lex
merētur. hoc nō dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alli-
Dent. 55 gabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo?

An propter nos vtique hoc dicit? q.d. Certè sic. Sciāt præ-
terea quod hanc cōmunicationem retributio sequatur &

Hebr. 13. prēmium. Beneficētiq nempe & cōmunionis hostiis pro-
meretur deus. Idipsum etiā instituit ipse dominus noster
Christus dicens de illo qui in opus prædicationis destina-
Luc. 10. tus est: Dignus est operarius mercede sua. Cuius etiā sen-
1. cor. 9. tentiæ sectator Apost. ait: Dominus ordinavit his qui Eu-
angelium denuntiant, de Euangelio viuere.

Christi in slitutio. Proinde manifestum est ex ipso Euāgelio, quod eos qui
Matt. 10 habere voluit, qui prædicatoribus à se destinatis ait: No-
Eud. prædicatores pauperes lite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam
in zonis vestris, nō peram in via, neque duas tunicas, ne-
que calceamēta, neque virgā. Dignus est enim operarius
cibo suo.

oportuit. Voluit autem Euangelij prædicatores à terrenarū pos-
sessione rerum esse expeditos. Tum ne insoleceret præ-
ceptores

ceptores sed humiles se præstarent, quando eorum ad vitam præsidio indigeret quos ipsi instruerent. Tum etiam, ut nulla temporalium rerum cura distracti, liberiori mente ad ceterorum utilitatem se totos doctrinæ salutaris studio accommodarēt. Nam difficile est ut sit bonus doctor spiritualis, qui multa possidet. Diuīsus est enim. Docendi verò studium hominem totū sibi requirit. Tum ut non ingratissent in præceptorēm discipuli. Tum ut consuecerent bene instituti auditores in omnes se tales exhibere. Tum ne inopes suam sortem erubescerēt, quandoquidem & ipsi pari essent cum præceptoribus conditione.

Sacerdo-
tes & Le-
uitæ for-
teni in ter-
ranō ac-
cepisse.
Dent. 14.

Nec id nouū esse dignoscitur, quum sic diuinæ legis instituto, vixerint olim sacerdotes & Leuitæ, sicut in Deuteronomio scriptum est, dicente domino: Non habebunt sacerdotes & Leuitæ & omnes qui de eadem tribu sunt, partē & hereditatē cū reliquo Israhel: quia sacrificia domini & oblationes eius comedēt, & nihil aliud accipiēt de possessione fratum suorum. Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis. Ex quibus patet, quod sacerdotes & Leuitæ (quorum utique fuit populum in dei lege docere) inter ceteras tribus possessionē non acceperūt, sed vita necessaria præscripto legis à populo habebant.

*Gentilium
sacerdo-
tes è pu-
blico ali-
tos fuisse.
*Gen. 47**

Quin & ipsos gentilium sacerdotes à republica fuisse nutritos testimonio sunt sacerdotes Aegypti, qui tempore famis sub Ioseph nō fuerunt compulsivēndere possessio- nes suas ut ceteri, eo q[uod] statuta cibaria ex horreis publicis eis præstabantur, prout in libro Genesis scriptum est: Hęc itaque prisca tam diuina quam humana instituta Apostolus sequutus, Communicet, inquit, is qui instruitur verbo ei qui se instruit in omnibus bonis. Ergo & si non nisi solo verbo instruat, impartiri sibi meretur dictarum rerum communicationem.

Potest autem Apostoli verbum & aliter intelligi, vide- licet, ut is qui à prædicante instruitur, ipsi prædicatori in bonis quae ipse facit per imitationem communicet. In bonis, inquam. Nam in malis (si quae facit) doctorem nullatenus debet imitari, sed duntaxat in bonis quae dicit & docet, ut lex illis dux sit, non homo. Hinc ipse Christus de doctoribus qui dicunt & non faciunt, ait: Omnia quae- *Matt. 23*

DOMINICA XV

cunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum verò opera eorū nolite facere. Dicunt enim & nō faciunt. Qui ad forum rerum venalium vadit, & si illic multa & varia contemplatur, illa tamen duntaxat emit quibus opus habet: ita & vos, quę illi vobis recta prēdicauerint ex dei legi, seruate & facite. Nec magnopere vobis curę sit quales iij fuerint qui vos bene docent. Non enim interest vulnerato, siue à specioso, siue à deformi medico alligaturā accipiat salutarem.

¶ Prouidens autem Apostolus quosdam prētensuros paupertatem, ut vel sic præceptum eludant, aut certè errata sua excusatuos cōparatione delinquentis doctoris, subdit, dicens:

Nolite errare, Deus non irridetur. Quę euim seminauerit homo, hæc & metet.

Deū fal- ¶ Nemo, inquit, se vanè excusat, quia deus nō potest falli, lere nemo potest. Qui enim scit corda vestra, non ignorat facultates. Excusatio verisimilis hominē placare potest, Deum fallere nō potest. Igitur siue impossibile tibi esse dixeris præceptoris documenta sequi, siue propter deum in illum & alios beneficentię & communionis tuaę gratiam collocare, noueris te deum renes & corda scrutantem, fallere non posse. Vnde & Salomon ait: Si dixeris, vires nō sufficiunt, qui inspecto est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animę tuę nihil fallit, reddétq; homini iuxta opera sua. Proinde vel hac præcipua ratione instructores tuos temporali subisdio leuare te decet, quia id omne quod ipsis impeditur, in ea quę sunt spiritus confertur. Et quum plerosque non pigeat bonam suarum facultatum partem in carnis cōmodum dependere, qui tamen de huiusmodi sumptibus non queruntur, multò magis aquum est vos in commodum & fomentum animę, facultates terrenas collocare. Nā quę seminauerit homo, hæc & metet, id est, horum mercede recipiet. Sequitur:

Quoniam & qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

In carne
seminat. ¶ In carne sua seminat, qui carnalia vitia fouet, qui omnia quę facit, etiam & si bona esse videantur, ideo facit ut eat naliter
Luc. 13.

naliter & temporaliter ei bene sit, pecorum ad morē oculos semper habens in terram, haud illi dissimilis quā alli gauerat Satanas decem & octo annis, quę nō poterat omnino sursum aspicere, donec etiam virtus dei Christus exisset. Sed quisquis in carne sua seminat, colliget inde messem condignam, scilicet corruptionē. Caro enim deliciata nutrita, & crapula voluptatibusque putrefacta facilius corruptitur: sicut per Ethnicū quendam idipsum crapulae vitium carpentem dicitur:

Quanta est gula quæ sibi totos Ponit apes, animal propter conuiua natum?
Poenit tamen præsens quum tu deponit amictus,
Turgidus, & crudum pauonem in balnea portes,
Hinc subitæ mortes atque intellata senectus.
It noua nec tristis, per cunctas fabula mensas:
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Innevalie

Corrumpit itaque carnem suā quisquis superuacuo cultuia ea seminat, iuxta quod per Sapientē dicitur: In multis escis erit infirmitas, & auditas appropinquabit usque ad cholera. Et rursum: Propter crapulam multi obierūt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam. Itaque optimū est gratia stabilire cor, nō escis, quę nō profuerunt ambulantibus in eis. Sanè esca ventri, & venter escis, Deus autem hunc & has destruet. Quis iam miretur hominē esse morti obnoxium, qui mortibus tot animatum viuit? Metet nihilominus huiuscmodi carnis suæ cultor non modò sui corporis corruptionem, verum etiam temporalium suarū facultatum, quas turpiter exhaustit, dissipationē, obfuscationē, proinde honoris sui & famae, execrationē obfuscationēque intellectus, & confusione precipitationēque consilij, ita ut similis fiat iumentis insipientibus quibus non est intellectus.

Eccl. 37

ibidem.

Hebr. 13.

1. Cor. 6.

Animan-

tum mo-

tibus ho-

mo viuit.

Dissipa-

diagno-

la.

Quid autem ijs metant qui luxurię voluptatibus difflueret optimum cēsent, nisi corruptionem & multifarios cruciatuſ? Nam vt Boëtius ait: Voluptatum appetentia plena quidem est anxietatis, satietas vero, pœnitentia. Triſtes vero esse voluptatum exitus quisquis reminisci libidinū suarum volet, intelliget. Quantos illę morbos, quām intolerabiles dolores, quasi quendam fructum nequitie,

Luxurię

dediit qd

metant.

DOMINICA XV

fruentium solent referre corporibus? Quæ si beatos facere possunt, nihil causa est quin pecudes quoque beata esse dicantur, quarum omnis ad implendā corporalem lasciuiam festinat intētio. Hęc ille. Nequaquam igitur hujuscemodi corruptis carnis voluptatib⁹, hominis beatitudo, imò potius pernicies reperitur. Quia (vt dictū est) nō manet in homine illo qui non nisi caro est, spiritus domini. ¶ Quum autem ab homine discesserit spiritus dei, mox illum spiritus immundus ingreditur, nempe qui (sicut scriptum est) in umbra dormit, vbi videlicet sol iustitiae, gratię suę radiis non lucet, in secreto calami, hoc est in hypocritis & fictis peccatāque sua cœlātibus, sanctitate & virtute more calami vacuis, & contra vim temptationis fragilibus. Sequitur: In locis humentibus, id est, hominibus voluptate carnali defluentibus. Protegunt umbrae umbram eius, videlicet quando mali & carnales homines similiūm sibi peccata vel cooperiunt, vel excusant vel defendunt.

**dorcorū
grex suffo
catus in
aquis.** ¶ Hi proinde porci sunt, quos immundi spiritus ingredi permittuntur, inuasos autem atq; possessos, mox in mare præcipitant. Per quod mare non absurdè vel remordentis amaritudo cōsciētia, vel desperationis barathrū, vel semipiternæ damnationis abyssus, intelligi potest. Itaque qui seminant in carne sua, de carne & metet corruptionem.

Simile. Pecora nimirum impinguantur ad cædem. Nec oculos dixit in carne sua. Nam nō in carne sed spiritu seminat, qui carnalium proximi necessitatum misertus frāgit esuriēti panem suum, & egenos vagosque inducit in domum suā: qui vidēs nudum operit eum, & carnem suam in paupere non despicit. Is enim (vt dictum est) non in carne sua, sed aliena per proximi charitatem (atque per hoc in spiritu) seminat, de quo consequenter Apostolus ait:

Seminare ¶ Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitā aeternam. Hoc est, Qui non surda aure percipiat quid in se spiritus dei loquatur, sed ipsius sectatur institutum ad opera pietatis hortantem, vt in omnes quantū potest existat beneficis, & se continentem gesserit, hic utique de spiritu metet vitam aeternam. Hac enim messis ex honorū operum semine cōsurgit. Præterea & illud obserua, qd̄ quum ait,

air, qui autē seminat in spiritu, nō addidit, suo : sicut prius quum dixit, qui seminat in carne sua: quia nimis semē carnalium operum ex homine est, operum verò spirituālium semen est ex spiritu dei. Iuxta quod per Osee dominus ait: Perditio tua ex te Israel, ex me tantū auxilium tuum. Nulla tamen excusatio relinquitur à piis operibus vacanti, quum præsto sit omnibus gratia auxiliatrix, qui hanc implorant & ei præparant semetipsos. Ego, inquit, sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum. Et de sapientia Dei scriptum est: Inuenitur ab iis qui quærunt illam. Præoccupat autem eos qui se concipi scunt, ut illis se prior ostendat. Et post pauca: Quoniam dīgnos se circumlit ipsa quærens. Quisquis ab illa regitur, seminat in spiritu, cuius fructus preciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desyderantur huic non valent comparari, vita enim aeterna est. Elige nunc tibi vbinam seminare voles. Reddet enim spinosus carnis ager cultori suo solam corruptionem. Ager verò spiritus (cui vtique dominus benedixit) vitam aeternam. Inutilis ager est in quo quicquid seris corruptitur & perit. Vtilis verò & benedictione dignus est, qui suo reddit cultori cum largo fœnore creditum semen.

¶ Circa secundum dicit:

Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes.

Hic docet Apostolus in piis operib⁹ perseverare, dicēs: *operibus bonis per-*
Bonum autem facientes non deficiamus. Quia grāde ali-
quid videtur exigere, confestim & præmium ponit quum seuerāter
dicit: metemus. Non ergo bona facientes deficiamus, sed insistendū
perseveremus usque in huius vitę finem, si sine fine volu- *esse.*
mus metere in vita futura, hoc præscientes quoniā quan-
tum ipsi aperuerimus dextram ad seminādum, tantum se
aperiet ad præmium manus retribuentis. Pro modo nem-
pe semētis redibit & messis. Nam sicut is qui parcē semi- *1. Cor. 9.*
nat parcē & metet, ita & qui seminat in benedictionibus,
de benedictionibus & metet, & hoc tempore suo. Siquidē *Eccle. 3.*
omnia tempus habent.

Bene ergo ait: Tempore suo metemus, non solūm hac ratione quod recipiēdi præmium laboris tempus iam non
 pp. iii est,

D O M I N I C A X V.

Est sed postmodum erit: sed etiam quia non semper Deus
mox largitur quod etiam recte postulamus orantes. Quod
tamen propter hoc nequaquam denegare putandus est de,
quandoquidem illud tempore suo præstabit, quando vide-
licet nouit utius nobis fore ad salutem, nec donatum in
in vanum.

Non ergo fallet nos spes nostra inixa diuinæ pollicita-
tioni, sed metemus, inquit, non deficientes. Itaque non de-
ficiamus in seminando, quia non semper ad hoc nobis op-
portunitas temporis arridebit. **Vnde** subdit:

*Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxi-
mè autem ad domesticos fides.*

Ad omnes, inquit, bonum operemur, tam ad malos, sa-
licet quām ad bonos, ad fideles & infideles, ad Iudeos (si
facultas se offert) & Gētēs, & ut sit perfecta dilectio om-
nibus bonum optemus. Ecce quanta latitudinis ager no-
bis ostenditur, cui semētem bonorum operum credamus.
Dum tempus habemus, inquit. Venit quippe nox, id est,
tempus mortis, quando nemo poterit operari. Sicut enim
non semper est metendi tempus, ita nec serēdi. Quod vi-
que diuitis epulonis & virginum probatur exemplis fatu-
rum. **S**uis quippe temporibus Deus singula dispositus, di-
stribuit atque ordinavit, ita ut si quispiam aliquid tempore
non apto quæserit, ipsius opera laudatur.

Vnde canit Boëtius, dicens:

Quum Phœbi radiis graue
Cancri sydus inæstuat,
Tum qui larga negantibus
Sulcis semina credidit,
Elusus Cereris fide
Quærnas pergit ad arbores.
Nunquam purpureum nemus
Lecturus violas petas,
Quum sævis aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec quæras auida manu
Vernos stringere palmites,
Autumno potius sua
Bacchus munera contulit.

*John. 9.
Mat. 25.
Luc. 16.
Singula
suis tempo-
ribus.*

*similia.
exempla.*

Et con-

Et concludens subdit:

Signat tempora propriis

Aptans officiis deus.

Nec quas ipse coercuit

Misceri patitur vices.

Vbi triplici probat exemplo non ignoto, suis singula
debeti temporibus, præsertim quum idipsum statuerit
Deus.

Ergo dum tempus concessum nobis habemus, opere-
mur bonum ad omnes, & omnibus optemus salutem. Tā
etsi non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis offi-
cir, quæ maximè fidelibus sunt exhibenda, citca quod pro-
pensores in bonum esse debemus, quia sumus inuicem
membra. Nihilominus tamen omnibus pari dilectione vi-
ta æterna optāda est. Lex Moyſi ad vnius nationis homi-
nes, videlicet Iudeos, benevolentiae communionem man-
dauit, gratia verò Euāgelica terras simul ac maria ad elec-
mosynæ conuocat mensam, tametsi (vt dictum est) non æ-
uali mensura, quia maximè domesticos fidei qui nobiscū ^{Larga E-} ^{uangelij} ^{gratia,}
inuocant eundem in cœlo patrem, magistrum vnum Chri ^{stricta cō-}
stum, cundémque receperunt spiritum: qui vno proinde ^{muniō le-}
fonte sunt regenerati, qui vnius Ecclesiæ matris filij eodē ^{gis.}
doctrinæ alimento enutriti, qui & eandem omnes in cœlo ^{Domesticæ}
expectant beatitudinem. ^{fides quor}

In superioribus, si bene aduertas, Apost. tria docet, scili- ^{praferēdi}
cet in bono perseuerantiam, dum ait: Bonum autem facie-
tes non deficiamus. Secundò, huius perseuerantiae ratio-
nem, quum subiecit: Tempore enim suo metemus non de-
ficientes. Tertiò, perseueranter benefaciētium prudētem
assignauit discretionem, quum inquit: Operemur bonum
ad omnes maximè tamē ad domesticos fidei. Quum dicit
ad omnes, nec inimicos (vt dictum est) excludit, nec ipsos
Ecclesiæ persecutores, iuxta quod Dominus ait: Diligite
inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Vbi in-
nuit etiam inimicis nostris & peccatoribus non debere
nos viscera misericordiæ præcludere. Ut sitis, inquit filii
patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos & ma-
los, & pluit super iustos & iniustos.

Luca. 6.

DOMINICA XVI

¶phes.3.

post Pentecosten.



Eto ne deficiatis in tribulationib⁹ meis pro vobis.
In hac lectione Apost. Primo hortatur fideles, ne in tribulationibus deficiant. Secundo pro fidelibus orat, ut mentis corroboratio proficiant. Tertio, precatur & optat, ut de diuinis & spiritualibus reb⁹ pleniorem notitiam accipiant. Quartò, vult ut fideles hæc omnia a deo se posse consequi confiteantur & agnoscant. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Huius rei gratia. Tertium, ibi: In charitate radicati & fundati. Quartum, ibi: Ei autem qui potens est.

Circa primum pro pleniori lectionis intelligentia est ad uertendum, quod quum præmisisset quomodo per diuinā reuelationem sacramentum fidei quod à seculis non fuit agnatum hominibus, ipse accepisset ut illud Gentibus predicando communicaret, ut sic gentes ipsæ cohæredes & concorporales essent diuinæ promissionis patribus Isräelicæ gentis factæ, & hoc per Christum quem ex Euangelij prædicatione cognouissent per ministerium Apostoli, qui secundum gratiam a deo sibi datam id eis prædicasset & virtutum signorūmque attestatione suam prædicacionem confirmasset, ut sic illuminaret omnes Gentes, ut intelligent inuestigabiles diuitias Christi, in quo habemus fiduciam, inquit & accessum ad patrem per fidem quam habemus in eum, continuo subiunxit dicēs: Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis. Quasi dicat: Magis gloriari debetis, intelligentes me tanta absque certe spei fiducia sustinere non posse, quæ apud infideles pœnæ apud fideles victoriae sunt. Sequitur:

Quæ est vestra gloria.

Pro, quæ sunt, quasi dicat: Quia iam estis cohæredes con particeps sanctorum, & Christum per ministerium nostrum prædicationis per fidem cognouistis, & per illum accessum habetis ad patrem, propter hæc peto a vobis & efflagito, ne a fide & operibus sanctis deficiatis propter tribulatio nes

nes & vincula mea, pro vobis, id est, quæ propter hoc su
stineo quod tyrannorum edicta contemnens, vos mea Tribulatio-
nem & Pauli
quæ glo-
ria creden-
tium erat
prædicatione institui in fide Christi. Siquidem tribulatio-
nes meæ gloria vestra sunt. Has enim propter vos proba-
dos sustineo. Nam si vos statis in eis & non deficitis, pro-
fecto mea tribulatio in vestra vertitur gloriam. Alia pro-
inde ratione tribulationes meæ sunt gloria vestra, videlicet,
quod tanta dei erga nos charitate sit affectus, ut non
solum filium vestrum ob gratiam morti obtulerit, sed insuper
nos suos seruos ut vestris prospiciat utilitatibus, per-
culis & vinculis permiserit astringi. Quod si prælura meæ
vobis sunt ad gloriam, quanto maiorem ex vestris vendi-
cabitis? Vobis ergo exemplo patientiæ sum ego, ne defici-
atis in tribulationibus meis quas vestri causa sustineo, in
quibus vobis potius est gloriandum quam animo deficien-
dum. Nam quo plura & duriora institutionis vestrae causa
perpetior, eo prædicatio mea in vobis maiorem sumit au-
thoritatem, dum id quod vobis prædicau, vinculis meis
& suppliciis confirmio.

Vbi aduertendum est, quod multis modis contingit in *In tribu-*
tribulatione deficere. Primò quū quis aut fidē aut virtutis *latione de-*
propositum propter illam derelinquit, quales illi sunt de- *ficiunt.*
quibus dominus ait: Ad tempus credunt, & in tempore ten *Luc. 8.*
rationis recedunt.

Secundò, quum quis ob incômoda temporalia, aut qua- *sortilegos*
rum libet tribulationum molestias, ad diuinos aut sortile- *confusione*
gos, sacrilega perfidia derelicto deo recurrit. Quod quam grā
grae crimen sit, quamque seuera ultione ferendum exē *ne scelus*
plo sunt deo principes quinquagenarij cum suis quisque
quinquaginta viris igne cœlesti ad imprecationem Heliæ
consumpti, quum ad huiusmodi nefaria ab Ochozia rege *4. Reg. 1.*
mitteretur, sicut quarti libri Regum patefacit historia. Si- *1. Re. 28.*
militer & rex Saul quoniā incumbente sibi bello Phyto-
nissam super euentu futuro consuluit, postridie ab hostib⁹
vnā cum filiis suis victus & imperfectus est. Tales nemo du-
bitet Christianam fidem & baptismum præuaricasse.
Tertiò, quum quis ob eiusmodi tribulationum aduersa-
aut fraude sibi aut furto, aut alio quouis scelere, cōtra dei
leges putat consulendum.

¶Quartò,

DOMINICA XVI

¶ Quartò, quum in aduersitate quispiam cōstitutus, de dei misericordia & auxilio diffidit, desperans se à tantis malis posse liberari, quasi Deus aduersitates nostras vel ignoret, vel in illis constitutos despiciat, quum tamen ipse de fideli loquens dicat: Quoniam in me sperauit liberabo eū protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clama uis ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione.

Spes vires confortat desperatio frangit. Et alio loco: Iuxta est Dominus his qui tribulato sūt cōrde. Porro sicut spes in deo ministrat vires, ita & diffidētia hominem viribus vel maximē destituit: quando scilicet angustiis miser vndeque vallat^o, nullam sibi superesse putat viam salutis, sicut in Job scribitur: Nō credet frustra errore deceptus quod aliquo pretio redimendus sit. Hic vtique deficit in tribulationibus. Non sic ipse qui ait: Etia si occiderit me, in ipsum sperabo. Sperat nempe iustus etiam in morte sua. Et quidem diuinæ misericordiæ testis est, quisquis in tribulatione spem custodit. Qui verò per pusillanimitatem & diffidentiam labascit, Dei misericordiam aut ignorare aut negare videtur.

Tribulatiōne quida deteriores fiunt. Quinto, ille deficit in tribulacione, qui in ea deterior efficitur, siue per impatientiam, siue etiam fortassis per blasphemias contra deum vel sanctos, de quo intelligi potest quod per prophetam dicitur: Destruisti eum ab emundatione. Similis est iste vasi fistili, quod si quis à fōrdibus emundare voluerit, radentis manum non sustinens cōfringitur & dissipatur. Vnde & alias propheta dicit: Percusisti eos & renuerunt accipere disciplinam. Nam & frustra cōflavit conflatō: malitiæ enim illorum non sunt cōsumptæ.

Eiusdē. 6 Eiusdē. 30 Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Et post pauca: Propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta sunt peccata tua. Quid clamas super contritione tua? Insanabilis meditamē quibusdā adfert mortem.

Matt. II. ¶ Nam quæ spes salutis superesse reliqua posset iis, quib^o medicamentum dei manu cōfectum temperatimque adfert mortem? Clamet ergo ad dominum quisquis in tribulatione timet deficere, & dicat: Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus. Sanè infirmitatis nostræ est deficere, sed dei est inuocatēm reficere. Venite, inquit ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refici am vos.

Quidni

Quidni reficiat nos opus manuum suarum & pigmentum suum, cuius ipse fragilitatem non ignorat? Quam fragilitatem & ipse Apost. pernoscens, opportunè exhortādo: Peto inquit ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.

Circa secundum dicit:

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi.

¶ Hic orat, ut fideles mentis corroboratione proficiant, dicens: Huius rei gratia flecto genua mea, ad superiora se continuans, ubi ait: Ne deficiatis in tribulationibus meis *Zach. 13:1* pro vobis. Nouerat quippe scriptū esse: Percutite pastore p̄rælatos & dispergentur oves. Superiorum enim tentatio, subditos p̄ræcate plerunque perturbat, percellitque. Ait rex Syriæ diaboli *ris à dia*. typum gerens: Non pugnabitis nec contra maiorem, nec bolo impe contrā minorem: sed contra regem Israel solum, id est, cōti. tra p̄latum. Vnde & Dominus p̄latos p̄muniens *3. Re. 22:9* ait ad Petrum: Ecce satanas expetivit vos ut cribraret si *Luc. 22:31* cut triticum, ego autem pro te rogaui, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Itaque huius rei gratia, ut, scilicet non deficiatis animo propter tribulationes meas, flecto genua mea. Vbi ostendit ingenti ardore animi se pro illorum salute precari, sicut & in Actis Apostolorum de B. Stephano Lucas refert *Actu. 7:22*. dicens. Positis autem gentibus clamabat voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum Et Manasses flexio in in vinculis orans ad dominum: Et nunc, inquit flecto genitatem, orationem, cordis mei, precans à te bonitatem domine. Etrursum Michæas propheta diuinæ largitatis dona considerans, ait: Quid dignum offeram domino? Curuabo genu deo ex *Mich. 6:4*. celso. Et iterum per Esaiam dominus loquitur, dicens: In *Esa. 45:23*, memetipso iurauit, egredietur de ore meo iustitiae verbum & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iu *Liberum* rabit omnis lingua. Ait ergo: Flecto genua mea ad patrem esse hominem, hoc est, humilio sensum mentis meæ. Quam mentis interius arbitriorem humiliationē genuum corporis flexio protestatur, trium, nec Ostendit autem Apost. hoc loco & humanæ voluntatis tamē sufficientiam, & nihilominus eiusdem libere voluntatis insufficientiam & infirmitatem. Petit enim eos ut non infir-solutem, mentur,

DOMINICA XVI.

mentur, quod nequaquam faceret, nisi corū vellet excita-
re voluntatem. Si enim non esset liberum humanæ mētis
arbitrium, & responderent, quid nos petis, quod in nōlra
potestate non habemus, nunquid non viderentur iustum
reddidisse responsum? Nisi ergo Apostolus sciret in eis vo-
luntatis proprię cōsensionem, vbi & ipsi aliquid ageret nō
diceret, Peto. Nemo quippe sapiē à quoquam petit quod
nouit in illius facultate non esse. Et rursus sciens sine ad-
iutorio gratiæ dei infirmam esse hominis volūtatem, & ne
dicerent liberum arbitrium sufficit nobis, addidit: Huius
rei gratia flecto genua mea. Cuius autē rei gratia nisi ei'
quam supra dixerat, Peto vos non desicere in tribulationi-
bus meis pro vobis? Quasi dicat: Quia liberum habetis ar-
bitrium volūtatis, peto & requiro à vobis: qui a verō illud
non sufficit ad implendum quod peto, huius rei gratia fle-
cto genua mea ad patrem, ut det vobis quod peto à vobis.
Ad patrem, inquit, Domini nostri Iesu Christi, cui pater est
per naturam, nobis autem pater est per adoptionem. Ipse
nihilominus Christus dominus noster Dei vnigenitus per
natūrā, adoptionis beneficio se nobis patrem esse insinuat
vbi dicit: Filioli, adhuc modicum tēpus vobiscum sum. Et
iterum, vbi ait: Fili, remittuntur tibi peccata tua. Per spiritū
sanctum verō adoptamur, quippe qui hac adoptione ido-
neos efficiat & dignos.

*Ioan. 15.
Mat. 9.*

*4. modie
deus se no-
bis ostēdit
esse patre*

*Dei erga
nos pater
na dilecti-
o.*

Luc. 15.

¶ Sanè quadruplici ratione Deus nobis esse pater proba-
tur, videlicet, primò propter creationem, sicut per Moy-
sen dicitur: Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit,
fecit, & creavit te? Fecit corpus, creavit animam, possidet
totum. Nec solūm creando nobis pater est, sed etiam re-
creādo per verbum suum increatum propter nos missum
& incarnatum.

¶ Secundò pater nobis esse probatur, propter paternam
dilectionem, de qua in Euang. dicitur: Quum adhuc longe
esset, vidi illum pater illius, & misericordia motus, accu-
rens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Filius
hic qui patrimonium suum turpiter viuendo consumpsē-
rat, peccator est qui vires & sensus (vtique paterna bona)
detruuit in peccatis, quem tamen per resipiscētiā redeū-
tē misericorditer ex sua dilectione recipit pater, sicut per
Prophetam

Prophetam dicitur: Quomodo miseretur pater filiorum, *Dei erga
misertus est dominus timentibus se.* *nos cura*

¶ Tertiò, patrem se nobis ostendit per necessariorū ad *paterna,*
vsum vitę prouisionē. Vnde ipse ait: Scit enim pater vester *Matt. 6.*
quia his omnibus indigetis. Pauit olim totis quadragin-
ta annis filios Israel in deserto, vbi nec arari potuit nec
meti. Prouidet autem sedulitate paterna nō modò corpo-
ribus, vrum etiā animabus ad salutē, sicut ipse ait: Si vos
quum sitis mali, nos tis bona data dare filiis vestris, quāto
magis pater vester de cœlo dabit spiritū bonum petenti-
bus se? Vnde B. Bernardus: Deum meū, inquit, timeo vitæ
mę nō modò gratuitum largitorem, largissimum admi-
nistratorem, pium cōsolatorem, sollicitum gubernatorem,
sed insuper etiam copiosissimum redemptorem, aternū
conseruatorem, glorificatorem.

Luc. 11.

¶ Quartò, nobis pater est deus, propter hæreditatis colla-
tionem. Vnde ipse ait: Nolite timere pusillus grec, quia
cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. Pusilli per men-
tis humilitatem sunt, quorū est regni cœlestis hæreditas,
prout significatum fuit in filiis Isai, quorum nullus in re-
gem vngi dignus fuit, nisi ille de quo ait pater: Adhuc reli-
quias est parvulus, & pascit oves. Non enim grādibus per
mētis elationem, sed per humilitatem parvulis (vt dictū
est) datur regnum ccelorum. Vnde ad Saul per Samue-
lem dicitur: Nōnne quum parvulus es in oculis tuis, ca-
put in tribibus Israel factus es? vnxīque te dominus in
regem? Sequitur:

Luc. 12.

Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.
¶ Hoc solus omniū pater præstat cæteris vt patres dicantur. Ipse enim primus & summus omniū pater est, ex cui⁹ dispositione sunt nobis patres, & in terra prælati. Nec ait: Ex quo omnis paternitas est, sed nominatur: quia nec ho-
mo, nec angelus verè est pater vt deus, qui omnia fecit &
conseruat, qui à nullo habet esse, sed omnia ab eo & per
eum. Ipse enim qui solus est, verè est, & verè bonus est, es-
sentię & bonitatis nomen cæteris imparitur, vt ipsa quo-
que & esse, & bona esse dicātur. Similiter ipse qui solus est
præter omnium rerum per creationem & hominum cre-
dētiū per recreationem, paternitatis nomē cæteris de-
dit,

*1. Reg. 16**Minimus**filiorum**Isai vñ-**clus in re-**gem.**Paterni-**tas omnis**à summo**patre**deo.*

DOMINICA XVI

dit. Et ab ipso qui est pater omnium , & qui in cœlo sunt sancti & angeli, & qui in terra sunt mortales homines, accepérunt ut patres ab aliis vocaréntur. Ipse tamen eminenti & incomunicabili modo creaturę suę pater est. Vnde per

Malac. 2 Malachiam: Nunquid non unus est pater omnium vestrum?

Esa. 63. Et vnde rursum Esaias ait: Tu enim pater noster & Abraham nesciuit nos. Hinc & ipse dominus ait in Euangelio:

Matt. 23 Patrem vobis nolite vocare super terram, id est, patris non men nulli prorsus quomodo mihi, tribuite.

Quatuor ¶ Ab illa ergo suprema paternitate denominantur in terminis alii homines patres, vel eorum quos genuerūt, vel eorum quis patet dicitur. quorum ipsi curam gerentes nutritores extiterūt, vel eorum quos docuerunt, vel eorum denique quos ipsi aetate vel honore antecedunt. Sed in cœlo ubi nulla suscipitur

soboles, esse paternitas quomodo potest? Ideo intelligentum est Apostoli verbum de ea in cœlis paternitate, qua angelii omnes deum creatorum suum & patrem agnoscunt. Dicit autem super hunc locum Sedulius, quod sicut nos qui non sumus de genere Abraham si fidem illius habuerimus, filij Abraham vocamur, & patriarchas & prophetas patres vocamus: ita puto angelos & habere principes suige-

Paternitas in angelis intellegitur. Nobis autem angelii ipsi patres alia ratione dici non possunt, nisi vel quia nos illuminationibus erudiuti, vel quia tenuerunt, vel quia honore innocentiae venerandi imitandique sunt a nobis. Quid autem Apost. ab hoc summo patre preceperit aduerte, subdit enim:

Vt det vobis secundum diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine, habitare Christum per fidem in cordibus vestris.

Magna dedit deo & multis. ¶ Ac si dicat: Propter hoc flecto genua mea in oratione ad patrem, ut ipse (nempe opulentus) det vobis secundum diuitias gloriae sue, id est, secundum copiam & sublimitatem maiestatis sue. Non enim decet magnificum & opulentum parcere aut paucis, immo dat omnibus afflu-

Iacob. 1. ter & non improperat. Qui etiam proprio filio suo non pe-

Roma. 8. percit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Ipse, inquit, det vobis secundum diuitias gloriae sue, quia vere gloriosos il-

lius

lius diuitiae faciūt, diuitiae verò huius seculi, eos quos fal-lunt, miseris efficiūt & ignominiosos. Quid autem à magnifico datore fidelibus petat aduerte. Det vobis, inquit, virtutem corroborari, id est, qua corroboremini, & constantiam peccatis obſistendi & ferendi aduersa, ne forsan his tanquam procellis & fluctibus inuoluti, in perditionis abyssum deferamini. Det vobis, inquit, virtutē & fortitudinem qua egetis, & quę maximē vobis necessaria est, vt-pote præliatibus & laborantibus, qua eousque roboremini in interiori homine per fidem, vt & ipſe Christus habitet in cordibus vestris. Qui non habet mansionem ubi fi-des infirma vacillat. In interiori, inquit, homine, qui mini-mē potest ab hostibus contingi: in eo enim Christus habere dignatur modo corroboratus sit ipſe interior homo, & per hoc spiritum sanctum, qui fidem in nobis veram o-peratur per quam Christus in cordibus credentium habere dignatur.

¶ Quod autem spiritus sanctus robur nobis & vires sup-pedicat Esaix testimonio probatur, qui hunc spiritum for-titudinis appellat. Necessaria verò nobis est fortitudo p-pter multa.

Esa. 11.
Virtute
fortitudi-nis opus est

Priu[m]o, ad bene inchoandum, vt manum mittamus ad fortia. Nam defectu fortitudinis ignauit & inertes (quivel-ent triūphare sed sine certamine, eruditī esse sed sine la-bore & studio) coru[n]um canunt, cras, cras. Quos Satyri-cus irridens ex vnius eorum persona dicit:

Persius.
In progra-mma
stinantes
opus suæ
salutis.

Cras hoc fiet, idem cras fiet, quid: quasi magnum

Nempe diem donas: sed quum lux altera venit,

Iam cras hesternum consumpsimus: ecce aliud cras

Egerit hos annos: & semper paulum erit vitra.

Nam quanuis prope te, quanuis temone sub uno

Vertentem sese frustra sectabere canthum

Cum rota posterior curras, & in axe secundo.

¶ Nunquā autem rota quę in quadrigae posteriori axe est, quanuis cum priore currat illam curru valet cōprehendere, aut pertingere ad illam, tametsi ab ea nō longe distet. Sed aliter & melius nos Sapiens admonet. Ne tardes, in-
quiens, cōuerti ad dominū, & ne differas de die in diem. Nam qui nō est hodie, cras minus aptus erit. Obstat enim plerun-

Eccle. 15.

DOMINICA XVII

plerunque ad meliora se recepturis vana & vitiosa formido, de qua per Psalmistā dicitur: Illic trepidauerū timore vbi non erat timor. id est, iusta timendi ratio. Malunt enim stulti semper pendere, quām aliquando sese in tutiora recipere. Ad hanc formidinem discutiendam virtus & fortitudo spiritus necessaria est.

- proph. 10.** Secūdō, necessaria nobis est spiritualis fortitudo ad fortiter & instanter operandum. Nam vt Sapiens ait: Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortius diuinas parat. De forti nempe egressa est dulcedo. Et iterum Salomon ait: Manus fortium dominabitur, quę autem remissa est, tributis seruiet. Patietur enim diabolū exactorem. Exactorem, inquam, culparum in hac vita, & portarum in futura vita. Sed ad ignauia & torporis excusationē nos Sapiēs hortatur quum dicit: Quodcunque potest manus tua instāter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas.
- Galat. 9.** Et Apostolus ait: Dum tempus habemus operemur bonum. Attamen singit sibi formidinem piger, dicēs: Leo est in via, lequa in itineribus. Denique abscondit manū suū piger sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Et qui appter frigus arare piger noluit, mendicabit æstate & nondabitur illi. Sed vsquequo piger dormis? Quando consuges ē somno tuo? Paululum dormies, paululum dormibitis. Paululum conferes manus tuas vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasivir armatus. Si verò impiger fueris, veniet vt fons mēsis tua, & egestas longè fugiet à te.
- Job. 6.** Tertiō, necessaria est fortitudo ad sustinēdum aduersa. Vnde B. Job ait: Quę enim est fortitudo mea vt sustineam, aut quis finis meus vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea cneaa est. Nisi enim nos dominus fortes ad sustinēdum aduersa dono sui spiritus efficiat, vtique de nobis quod in Threnis scriptum est verificabitur: Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequētis. Hinc etiam Salomon ait: Si desperaueris lapsus in die angustię, imminuetur fortitudo tua. Sed expecta domum, viriliter age & confortetur cor tuum & sustine domum. Nam propter te, inquit ille, sustinuit opprobriū.
- Quare*
- Tren. 1.**
- proph. 14.**

Quare ergo & tu propter ipsum non sustineas? Quinimō
 (vt monet Sapiēs) Omne quod tibi applicitum fuerit ac-
 cipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiā ha-
 be. Et quoniā ad sustinendum aduersa patienter, nihil mo-
 uet efficacius quam exemplū Christi patientis: ideo reco-
 gitate eum, inquit Apostolus, qui tales sustinuit à pecca-
 toribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fa-
 tigemini animis vestris deficiētes. Hinc etiam beatus Pe-
 trus ait: Christo igitur passo in carne, & vos eadē cogita-
 tione armamini. Et beatus Iacobus: Exemplum, inquit, ac-
 cipite fratres exitus mali, longanimitatis, & laboris, & pa-
 tietiæ prophetas qui loquuti sunt in nomine domini: Ec-
 ce beatificamus eos qui sustinuerunt.

Eccl. 2.

Hebr. 12.

1. Pet. 4.
Iacobi. 5.

¶ Quartò, necessaria nobis est fortitudo ad resistendum.
 Vnde & de patribus test. vet. dicit Apostolus: Fortes facti
 sunt in bello. Et beatus Petrus: Aduersarius, inquit, vester
 diabolus tanquam leo rugiens circuit quarens quem de-
 uoret, cui resistite fortes in fide. Denique usque ad mor-
 tem, inquit sapiens, certa pro iustitia, hoc est, per totā hāc
 vitam tuam, defende & conserua in temetipso iustitiam.
 Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et vnde iterum Apo-
 stolus Ephesiis scribens ait: Accipite armaturā dei, vt pos-
 sitis resistere in die malo.

Hebr. 11.

1. Petr. 5.

Eccl. 5.

Iacob. 4.
Ephes. 6.

¶ Quum eleuaret Iosue aduersum hostes clypeum, sui
 qui prius fugere hostes visi fuerant, contra persequentes
 fortissimè restiterunt. Iosue Christum & factis & nomine
 præfigurauit, cuius scutum Apostolica prædicatione per
 orbem terrarum eleuatū ipsius passio est, quæ recognitata,
 solutos corde corroborat, & pusillanimes cōfortat, de quo
 scuto quod in Threnis Ieremias ait, accipi potest. Dabis
 eis scutum cordis, labore tuum. Ad huius nempe scuti
 contemplationem qui fugerant denū pugnabunt. Fugiē-
 ti similis fuit beatus Petrus in domini sui negatione, qui
 tamen postea fortissimè restitit quando etiam cæsus per-
 seuerabat in ipsius confessione.

Iosue. 8.

Iosue cly-

peum ele-

uat cōtra

Hai.

Thren. 3.

¶ Quintò, necessaria est fortitudo ad perseverandū. Non
 enim nisi fortes, usque in finem perseverant. Sancti regnū
 colorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Sed quid
 prodest fortiter pugnasse, si ante finē certaminis abiectis

Luc. 22.

Matt. 11.

DOMINICA XVI

Similia.

& armis, & animo, turpiter fugiens, des terga cædētibus?
 Quid prodest gubernaculum in medius fluctibus prudenter tenuisse, si iam portui proximus, nauem in scopulos ire & perire nauclerus sua negligentia permittat? At verò (sicut ait Propheta) qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquila, current & non laborabunt. Ambulabunt & non deficient. Itaque opportune orat Apostolus donari fidelibus à summo patre virtutem, qua in interiori homine corroborentur, quatenus ad ea quæ dicta sunt, sufficentes & fortes inueniantur.

¶ Circa tertium dicit:

In charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, qua sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum.

¶ Hic optat & orat ut de diuinis & spiritualibus rebus plenioriorem fideles notitiam accipiant. Inter omnia autem quæ fideles in hac vita nosse oportet, charitas ipsa vel omnium 3. Tim. 1. primum occurrit, tam illa quæ finis est pracepti, quæ deo Roma. 5. super omnia & proximo sicut nobis ipsis debemus, quam Ioan. 15. illa quam commendat deus in nobis quādo proprio filio Charita- nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū: & illam te nos fir- p̄cipue quæ nemo maiorem habet, ut scilicet ponat animam suā pro amicis suis. Apost. ergo orans & optans salutem fidelium, in charitate, inquit, radicati & fundati, subaudias, opto ut sitis. Vbi per similitudinē arboris firmitet radicatae, & domus stabili fundamento innixa, fidelibus optat ut per verę charitatis stabilem virtutem, in interiori homine cōtra omnia aduersa firmentur, sicut & ille intellexit qui ait: Facite dignos fructus p̄enitentiae. Iam enim securis ad radicem arboris posita est.

per chari- ¶ Sicut enim arbor fixis radicibus in altum firma stat, & tate qua- suis trahit è terra radicibus alimentū, & recipit incrementū, liter profi floribus proinde decoratur & frondibus, fructuque cit homo. fecundatur: ita etiam fidelis quisque charitate imbutus, cōstantia & perseverantia stabilitur, ut cum Apostolo pos sit non immerito dicere: Quis nos separabit à Charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Ab eadem proinde charitate quasi à rā dice, spirituali cōsolatiōe nutritus, crescit assidue per gra

tia & virtutis augmentum, desideriis piis quasi floribus, & sermonibus bonis, quasi frondibus amoenis germinat, & decoratur; & in piis actionibus fructum afferri iustitiae De huiuscmodi ait Apostolus: Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.

1. Cor. 3.

TAduentum proinde est fidelem animam duabus quasi radicibus in deo firmari, intellectu scilicet, & affectu. Intellectus firmatur & radicatur in prima & summa veritate, affectus vero per charitatem in summa dei bonitate. Vnde in Iob scriptum est: Radix mea aperta est secundum aquas, scilicet gratiarum vel scripturarum. In Christo Iesu crucifixo radicem intellectus fixerat Apost. quando ait: Nihil iudicauit me scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Radicem vero affectus per charitatem in Christo fixam & firmam se habere cōprobavit, quum dicebat (quod iam dictum est,) Quis nos separabit à charitate Christi? Et rursum quum dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Taliiter radicata arbor non timebit quum venerit vel aestus tempestatis, vel tempestas aduersitatis aut tribulationis. Adulterinae verò plantationes non dabunt radices altas, id est, profundas, & a vento commouebuntur. Istae sunt plantationes quas non plantauit pater coelestis, sed plantauit eas hypocrisia, ambitione, haeresis, vel aliquid simile. Eradicabuntur enim & arescent, & tandem mittentur in ignem.

Radicib⁹
geminis
nos in deo
firmari.
1. Cor. 2.

TDomini nihilominus fidelis quisque comparatur, sicut alio loco Apost. insinuat, dei inquiens, edificatio estis. Quae similiter domus charitati, tanquam stabili nititur fundamento, usque adeo, ut si descendat pluvia, veniant flumina, & strideant spirantes venti, non cadat. Non enim vincit illa vel pluvia hereticorum persuasionis, nec flumina carnalis delectationis, nec vetus seu tempestas violentae persequitionis. Dicit ergo Apost. Fletó genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut det vobis secundum diuitias glorie suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine, habitare Christum per fidem in cordibus vestris. In charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere

Roma. 8.
Philip. 1.Sapiē. 4.
Plantatio
nes adul-
terinae.
Matt. 15Homo fi-
delis do-
mī com-
paratur.
1. Cor. 3.
Matt. 7.charita-
tis quadri-
faria di-
mensio.

DOMINICA XVI

Latitudo.

¶ Latitudo nempe charitatis etiam inimicos complectitur cum hilaritate benefaciēs & illis, & omnibus quibus potest. Sed quoniam abundat iniquitate, multorum charitas refrigescit, opus est longitudine, quę est longanimitas perseverandi, vbi quodammodo stando perseveratur, Matt. 10. de cuius perseverantie fructu Christus loquens: Qui perseverauerit, inquit, usque in finem, hic saluus erit. Porro charitatis sublimitas ea est, quę dirigit cor sursum, ut de ipse in primum expectetur. Nam si bene operaris etiam usque ad inimicos, & hilariter tribuis, habes latitudinem. Et si in his usque in fine persevereras, habes longitudinem. Sed si hec omnia propter mercedem supernam non facis, altitudinem non habes. Et per hoc, illa iam nec longitudo erit, nec latitudo. Nam habere hanc charitatis altitudinem, est cogitare deum, amare deū, & gratuitō amare, ipsum proinde adiutorē, ipsum remuneratorem: denique ipsum, non aliud quicquam ab ipso in primum expectare. Quem si amas, gratuitō necesse est ames, ut verē ames, & ipse sit merces tua, quam amas & desideras.

profundū.

August.

Postremō, charitatis profundū nosse, est intelligere occultum dei esse iudiciū, quare isti dat, illi non dat. De profundo nempe iudiciorum dei, quę scrutari contemplatiq; non quimus, procedit omne quod possumus. Quid possum, video: sed unde possum, non video, nisi quia noui esse à deo. Quare autem isti & non illi det, non multum est ad me, abyssus est & profundum. Abyssus etenim quedam est voluntas dei, cuius causæ non inuestigantur, cuius gratia salvamur, quia non ex operibus iustitiae quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Voluntate enim genuit nos verbo veritatis suæ. Sed hanc voluntas eius in abdito est (ut diximus) cuius secreti profunditatem expauescens Apostolus clamat: O altitudo diuinitatū sapientie & scientie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Vbi altitudo profunditatē significat, sicut ibi: Puteus altus est, id est, profundus.

Roma. ii.

tatē expauescens Apostolus clamat: O altitudo diuinitatū sapientie & scientie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Vbi altitudo profunditatē significat, sicut ibi: Puteus altus est, id est, profundus.

Ioan. 4.

Itaque in his quatuor charitatis dimensionibus iam dicitur, mysterium & figura crucis ostenditur. Dominus enim stetit, qui arbitrio voluntatis suę, non autem necessitate aliqua mori dignatus est, etiam mortis genus & modum pro arbitrio

Lōgitudo.

Matt. 10.

Altitudo.

bitrio suo elegit. Grandi sanè mysterio tale genus mortis elegit, in quo latitudinis huius & longitudinis, & altitudinis, & profunditatis magister tibi existeret, qui dixerat: Tolle crucem tuā & sequere me. Tollitur crux, quum spiritu facta carnis mortificantur. Quandiu autem euacuat corpus peccati, quandiu exterior homo corruptitur, ut interior renouetur de die in diem, tempus est crucis. Non otiosè, inquit, crucem dei filius elegit, sed ut te huic mundo crucifigeret. Quoniam verò per Christi domini nostri charitatem (qua pro nobis mortem adiit) tanta nobis misericordia prouenit: ideo cōsequenter orat Apost. & optat, ut illam fideles, saltem secundū suam capacitatem diuinitus illustrati nouerint, dicens:

Matt. 16.
Roma. 8.

Scire etiam supereminētē scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei.

Oro, inquit, ut possitis eam nosse & intelligere charitatem, qua nos dilexit Christus, tantam esse, quod omnē superemineat & excedat scientiam humānā. Plenē etenim erga nos sciri non potest, quanta nos charitate dilexit. Et quia quod omni plus deus intelligitur, plus & amatur, & quanto plus amatur, tanto amplius in spiritualium charismatū participationem venitur, ideo orat & optat nos (saltem pro nostro modo) hanc eandem Christi nouisse charitatem, quatenus hic virtutum & gratiæ, illic verò beatitudinis plenitudinem assequamur. In quam plenitudinē, inquit, venire non potest, nisi prius agnoscatis Christi erga vos maiore esse charitatem, quam humana scientia comprehendat. Nam charitatis illius magnitudinem nemo potest comprehendere, qua videlicet deus homo factus est, qua iustus per impiis, dominus pro seruis, pro creatura sua creator Deus mortem adire dignatus. Vnde per Esaiam loquitur, dices: *Esa. 19.* Nūquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio vteri sui? Et si illa obliterata fuerit, ego tamē non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, ut videbam tibi innotescat quando ego te amavi. Ista, inquit Apostolus, volo vos scire, ut impleamini in omnem plenitudinem dei, & in gratiarū actione sicut patri, ita & filio honorem exhibeat, ut sit plena diuinitatis confessio in vobis. Sed fortasse dicat aliquis: Ex quo charitas Christi

qq iii super-



DOMINICA XVI

supereminet scientia, quo pacto sumus eam cognitum. Vtique non humana scientia, sed spirituali. Præterea neque illud dixit, quod hanc quam sit cognoscetis, sed cognoscetis, inquit, quod sit scientia supereminens, & hoc oro, ut in spiritu perdiscatis.

¶ Circa quartum dicit:

Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus secundum virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum, Amen.

Hic asserit deum omnia quæ superius & dicta & optata sunt nobis posse conferre, & abundantius quam vel intellegimus, vel petimus: hoc est, plus quam petere sciamus petere presumamus. Quam petimus, inquit, aut intelligimus, quia plus intelligimus quam petimus. Plus tamē, inquit, ille potest operari vobis, & hoc secundum virtutem quæ operatur in nobis: ita potest hoc in vobis, sicut & in nobis Apostolis potuit. Ob hoc ergo ei soli, & nō homini quoniam nihil ex se potest, sit gloria pro his quæ fecit, & quæ beneficit nobis. Recte autem in dei laude sermonem cōcludit, ut & beneficia conferentem extollat, & magnitudine gestorū eius in nos patefaciat. Neque enim ea fuisse hic demiratus, nisi deus nobis talia contulisset, quæ in sui admiratione & gloriam cōuerterent homines, ut verbi gratia: Quod deus factus est homo, & p hominibus mortuus, & huiusmodi multa, quæ maiora sunt, quam aut petamus aut intelligimus. Quis enim hec vel intelligere potuisset, vel petere presumpsisset? Pro his, inquit, & similibus sit ipsi deo gloria, & hoc in Christo Iesu. Non enim potest aliquis deum verè laudare, nisi in Christi fide & virtute. Ipse nempe Christus ad hoc faciendum virtutem nobis & gratiam præbet, docetque; quemadmodum sit hoc faciendum, quia videlicet in ecclesia. Vnde ipse ad patrem loquens: Narrabo, inquit, nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesie.

Deus non laudabo te. Et iterum: Cōsitebor tibi in ecclesia magna. Et nisi in ecclesia quoniam in perpetuum est illa permanura, quia nec per ecclesia gloriæ inferi aduersus hanc præualebunt, ideo dicit: In omnes rificari. generationes seculi seculorum. Dei enim tam laus quam Matt. 16 gloria non accipiet finem.

DOMI-

DOMINICA XVII

post Pentecosten.



*B*reco vos ego vincitus in domino, ut dignè ambuleis vocatione qua vocati estis. Ephes. 4.

¶ In hac lectione Apost. fidelium mores instituit. Et hoc duobus modis. Primo, generaliter. Secundò, quo ad aliquas virtutes specialiter. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Cum omni-

¶ Circa primum dicit:

¶ Obsecro vos ego vincitus in Domino, ut dignè ambuleatis vocatione, qua vocati estis. Non virtutis imperantis verbo, sed obsecrantis, è vinculis hęc scribens, ut fidelibus quā sunt recta persuadeat quanquam authoritate summa fangeretur, sciens quod remissius imperanti, facilius obtemperatur, & hominem generosę mentis esse, qui sponte sua sequi malit quām trahi. Hinc est quod quorundam rigidæ iüssiones prævaricatores multiplicant. Superiorū enim in subditos præcepta vincula sunt. Sed palam est vincula esse odiosa. Noluit ergo Paulus discipulis suis præceptorum laqueos iniicere, sed modestiam pariter & humilitatem seruans, in serui morem eos precatur, dum hos ad integratatem morum & perfectionem vitæ cupit inducere. Quibus etiam precando vincula sua proponit, ut illos ad sui miserationem commoueat, & in suorum vinculorum leuamen & refrigerium spiritus, inducat ad suæ deprecationis effectum. Ego, inquit, vincitus in Domino, quasi dicat: Non aliquo malo meo facinore, sed ob Christi Domini nostri prædicatam gloriam, & ob vestram ad Christum conuersionem, coniectus sum in vincula. Propter quæ & promptiori decebat illos animo Apostolicę suadelę acquiescere, eiusdem Apostoli charitatem in illos vel hoc argumento perdocti, quod etiam in vinculis de illorum commodis curam gerit, & quasi sui oblitus de illorum sit salute sollicitus. Nihil enim pro se ab illis precatur, sed pro illis: ut quēadmodum, inquit, vestra depositit vocatio sic incedatis.

Obsecrare
maluit A-
post. quām
imperare.

Superiorū
præcepta
laqueos
esse &
vincula.

DOMINICA XVII

Ambularz ¶ Eſtis nanque ad magna vocati, vt videlicet Christo con-
ſideatis regni coeleſtis cōparticipes. Ideoque nō debet hęc
ſtra voca- veſtra dignitas indignis Christo operibus contaminari.
tione debe Inuitatus quispiam & iturus ad præpotentis hominis con-
muſ. uiuum, de inuitantis ſe dignatione & beneuelētia non in-
ſimilia. gratus, quo potest honestiore veſtimentorū cultu illō pro-
hincſicitur. Rursiſ ſi mulier quilibet humili loco nata à no-
bili principe admetut & desponſetur, ipſa utique in die
qua ad talem ſponsum ducenda eſt, ſummo ſtudio ornare
ſe ſtudet & mundare, vt illius placeat affeſtibus. Eſti mor-
talis hoc facit vt homini mortali complaceat, quantò ma-
gis ſe debent fideles ab omni contagione peccati pro viri
bus emūdare, virtutibꝫque & operibus bonis ſemetipſos
excultos & ornatos reddere, quum ad ēternę beatitudinis
gloriam (ac fi ad magni regis cōuiuū) ſint vocati, & quod
maioris eſt gratia, per fidem ſint animaꝫ eorum regi regū
2.cor.11. Christo domino desponsataꝫ Vnde Apoſtolum ecclesiſe cre-
dentiū loquens: Despondi vos, inquit, vni viro virginem
caſtam exhibere Christo. Itaque dignè ambuletis vocatio-
ne qua vocati eſtis. Dignè etiā mea doctrina & informa-
tionē, ambulate de virtute in virtutem proficienſes, ac fu-
ctum honoris & honestatis in sancta conuerſatione profe-
rentes, & tanquam bonus ager creditum doctrinæ ſemen-
cum fœnore multo reddentes.

¶ Circa ſecundum principale dicit:

cuſum omni humilitate, & mansuetudine, cuſum patientia, ſupporta-
tes inuicem in charitate.

Hortatur ¶ Hic inſtruit fidelium mores, ſpeciatim ad nonnullas vir-
tutes adhortando, quarum prima eſt humilitas, dicens: Cū
ad ample- omni humilitate, ſcilicet ambuletis, vt & cum deo ambu-
lendā hu- letis & deus ipſe vobisſcum, qui non niſi humilibus ſuam
militatem gratia impartiſtur, iuxta quod per prophetam dicit: Non
Luc.1. habitabit in medio domus mea qui facit ſuperbiā Por-
1 in ſuper- rò ſuperbos diſperdit mente cordis ſui. Quod poſquam
bia grad. experimenta Nabuchodonosor rex Babylonis in ſem-
entes ar- ipſo probaſſet, confeſſus eſt dei potentiam, qui gradien-
guuntur. tes in ſuperbia potest humiliare. Porrò ſuperbiā de-
Eſa.3. teſtans Dominus per Eſaiam loquitur dicens: Pro eo quod
eleuaſſe ſunt filiaꝫ Sion, & ambulauerunt extento collo,
& nu-

& nutibus oculorum suorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant decaluabit domin⁹ verticem filiarum Sion. Et post pauca: M̄erebunt & lugebunt portæ eius, & desolata in terra se-debit. Hinc iterum per alium Prophetam dicitur: Væ vobis qui opitulenti estis in Sion optimates, capita populo-*Amos. 6* rum, ingrediētes pompatice domū Israel. Et subdit com-minando pœnam: Qui separati estis in diem malū. Et post pauca sequitur: Iuravit dominus Deus in anima sua, dicit dominus deus exercituum, Detestor ego superbiam Iacob & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatorib⁹ suis.

Sed aduertendum est, quod sicut per superbiam ira dei vel maximè prouocatur: ita & placatur per humilitatem, quod patuit in Ahab rege Israel. Is enim quum vñunda-tus esset ut faceret malū, idololatra, sacrilegus & innocē-tis effusor sanguinis, auditis per Heliam diuinis ad se cō-minationibus, ambulauit demisso capite, humiliatus pro-ppter sermones domini, de quo dominus ait ad Heliam: Vi-distī humiliatum Ahab coram me? Quia ergo humili-a-tus est mei causa, non inducam malum, quod loquut⁹ sum in diebus eius. Ambulemus ergo & ipsi in humilitate, si-cut ille qui ait: Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Hinc etiam nobis in Euangeliō dicitur: Attende à Scribis qui volunt ambulare in stolis, & amāt salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuiis. Tu autem non sic, sed ut alio loco dominus dicit: Quum inuitatus fueris ad nuptias, vade & recumbe in nouissimo loco, ut veniens qui te inuitauit, dicat: Amice ascēde superius, & erit tibi gloria. Et iterum: Discite à me, inquit, quia mitis sum & humili corde. Nec otiosum est quod dicit, cum omni humilitate. Veram enim & non fictam humilitatem requirit, quę non modò verbis, sed etiam factis, habituque ipso, & gestu, sit præferenda. Nec solū in vnum alterūmve erit hæc humilitas: sed in omnes seruanda, tam tenues quam opulētos, tam abiectos quam præclaros.

Sed non ab illis primo loco de humilitatis virtute commonefacit, quim sit ipsa virtutum cæterarū mater & funda-

*3. Reg. 21
Humilitate
te irā dei
placari.*

*Humili-
tas suade-
tur.*

*Luc. 10.
Luc. 14.*

Mat. 11.

DOMINICA XVII

*Humili- fundatum. Parit enim reliquias virtutes ex se. Verbi
tas quas gratia, mansuetudinem, patientiam, obedientiam, mode-
pariat a- stiam, sobrietatem. Illas nihilominus quasi loco tuto in se
num vir- custodit, ne vanitati vel iactantiae, quasi vento proteruo &
tutes. puluerulento sint obnoxiae. Sanè, si non nisi per spiritum
generantur virtutes in nobis, nec requiescit spiritus domi-*

*Esa. 66. ni nisi super humilem, & quæ à sapientibus & prudentibus
diuinæ Sapietiae arcana absconduntur, per spiritum reue-
lantur parvulis: liquet nō nisi per humilitatem ad reliquias
animi virtutes atque ad ipsam Sapientiam posse quenpi-*

*pros. 11. am peruenire. Scriptum enim est: Vbi humilitas, ibi Sapi-
entia. Econtra vero: Vbi superbia, ibi contumelia, ibi igno-*

*a pariat rancia sui, & stultitia, atque ideo superbos dominus mente
superbia. cordis sui despctos inanes & aridæ derelinquit. Quo sit,*

*Luc. 1. vt luce veritatis destituti, amplius euanescant in cogita-
tionibus suis. Nam quam leues sint, in altum facile tollu-*

*Rom. 1. tur, vt dispergantur tanquam puluis quem proicit ventus
à facie terræ. Humiles autem Deus inhabitans confirmat
illuminat, & conseruat.*

*Hortatur Secundò hortatur nos Apostolus ad mansuetudinem, quæ
ad man- humilitati coniungens ait: Cum humilitate & mansuetu-
tudinem. dine. Et recte quidem mansuetudinem humilitatis virtuti
subiecit, vt pote quæ non nisi ex humilitate procedit, siqui-
dem mansuetudo, animi tractabilitas est, cohibens iracu-
dæ ferocitatem, placabilem reddens hominem, exorabi-
lem, persuasibilem. Sic autem ex humilitate nascitur ma-
nusuetudo, vt etiam per eam humilitas ipsa seruetur. Nisi e-
nim humilitati mansuetudo comes esset, nulla prorsus es-
set humilitas. Quis enim humilem dixerit, quem iracu-
dum, quem implacabilem, quem inexorabilem, quem im-
persuasibilem esse conspexerit?*

*i. Re. 24. Porro mansuetudinis exemplum nobis Dauid sanctus
Dauid re- exhibuit, vir utique secundum cor dei, qui nec de iniquo
gis manus- rege Saule persequente, nec rursus de maledicētia Semei
tudo. atrociter insestantis se verbis contumelīq, quin & lapides
1. Re. 20. & terræ puluerem in regem mittentis, vltionem sumi pas-
sus est. Vnde postmodum & ipse fiducialiter orabat domi-
num, dicens: Memento domine Dauid & omnis mansue-
tudinis eius. Quum enim humana fragilitate in peccatum
lapsus*

Iapsus esset, misericordia dei & ipse opus habebat, cuius clementiam interpellans, quam proximo indulgentiam mansuetus exhibuerat, hāc sibi à deo præstari fiducialiter precabatur. Tertiò commendat nobis Apostolus virtutem patientiæ, quum dicit:

Cum patientia supportantes inuicem in charitate.

¶ Ac si dicat: Si tibi à fratre oritur molestia, alter alterius onera portate, & hoc nō fierē, nec cū tādio & animi indiguatione, sed in charitate. Siquidem fieri potest quod molestiam passus, nequiter & dolosè quam non habet patientia simulēt, & hoc multis modis. Vno modo, quum vici-scēdæ inuiriæ opportunū tempus quis expectans, simulat patientiam, attamē propositum vltionis manet alta mēte repostū, vt suo tēpore malum pro malo, & cum fēnōre retribuatur. Alio modo, quū quis accepta inuiriæ & tacet & singit patiētiā, vt sua quasi insensibilitate aduersarius iracundiæ furore magis crucietur. Tertio modo, quū quis patiētiā simulans non resistit, non quidē ex charitate proximi, sed potius gratia sui ipsius, & propriis incōmodis vel damnis evitandis, ne si resistat, seipsum prodat, palam ostendēs qualis sit. Patiēs quippe & māsuetus reputari vult ab hominibus, qualis tamen non est, sed (sicut dīctū est) ne seipsum honoris sui damno afficiat, dissimulat, & quā nō habet patiētiā ostendit. Quarto modo, quum quis vltionem meditās, timēs tamen ne cōtentōnē vel rixā cum aduersante ingressus, nimis suā mentis perturbatione semetipsum lēdat, simulat patientiam. Quinto modo quum quis timēs ne cōtentōnē vel rixā cum altero capiens (vt fieri solet) nō bene compos suā mētis effectus, graui aliquid in illū verbo vel factō cōmittat, quod postmodum cum suo dāno vel impēsī sit emēdandum. Sexto modo, quū quis eo animo simulat patientiā vt alteri insidietur, hac in tētōne, vt aduersari⁹ aliquid in ipsum verbo vel opere cōmittat, quod illi postmodū possit obiicere, vnde ille cōfūdatur, vel quod in illi⁹ infamiā possit aliis studio detractiōnis enarrare. His modis patiētiā nō habetur, sed singit Proximū *hac ratio-*
¶ Nec huiuscemodi simulationibus supportamus inuicem ne patiē-
potare debeamus, vt videlicet impleamus legem Christi ter fera-
qui om. *mus.*

I. Pet. 2.

qui omnium nostrum infirmitates & peccata portauit in corpore suo super lignum crucis, qui & vsque adhuc peccantes nos supportat. Nam vt Ieremias ait: Misericordia domini, quia non sumus consumpti. Proinde quum & ipsi in multis à proximis supportemur, quare vicissim & nos aliorum imperfectiones non feramus, nequaquam hos despicientes, quum ipsi à nemine propter nostras infirmitates despici velimus, sed supportari?

¶ Denique proximum in charitate supportare etiam hanc ratione debemus, ne, si illi per impatientiam repugnem⁹ in grauioris culpæ reatum defensionis colore labamur: vt plerunque cōtingit. Nec tamen in proximi culpas propter huiuscmodi patientiam tacendo consentire putem⁹, quandoquidem vel aptius ad illius correctionem expectamus tempus, vel quod vltro sese emendabit opitulante deo cōfidimus, vel quia nouimus eū no malitia deliquisse, sed vel passione, vel occasione præuentum, quū ipse de cætero bonus esse cōsueverit. His enim & aliis huiuscmodi cōsiderationibus proximū patienter ferre nos cōdecet. Hoc enim est illum in patiētia supportare in charitate. Quartò, nobis Apostolus commendat vnitatem pacis, dicens:

Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Comment. Hanc sacrosanctam vnitatem facit spiritus sanctus, qui habitare facit vnanimes in domo. Sicut enī in nostro corpore spiritus noster omnia mēbra continet, regit, & vnit, tametsi diuersa membra sint: ita & spiritus sanctus cunctos in Christo fideles facit vnanimes, nequitque (quanuis natione aut moribus, aut arte, aut studio, vel cōditione quanuis alia inter se differant) per eundem tamen hūc spiritū vnum omnes efficiuntur. Studeamus ergo per mutuam pacem hanc inter nos seruare coniunctionem, ne, si perdiderimus, perdamus & vitam. Sicut enim manus vel pes, si cū reliquo corpore diuortium fecerit, vt ab aliarum corporis partium copula proscindatur, extunc membra mortua sūt ita & quicunque ab ecclesiæ corporis vnitate separantur, per Christum vivere nō possunt. Hæc vnitatis in vinculo pacis seruanda est, quæ pax idcirco vinculum dicitur, quia plura simul in vnum connectit.

¶ Quia

¶ Quia verò hi qui vno sunt vinculo colligati, suimet post testatem nō habent, ut quod quisque voluerit, ire possit: ita *vinculum* & qui sub vno sunt spiritu, non tantū quae sua sunt cōside- rare debent, sed quae aliorum, sicut & ipse Christus, non *philip. 2.* quæ sua sunt, sed magis omnium nostrū per suam mortē quæsivit salutem. Exempli gratia: Hi qui matrimonio iuncti sunt, eodem vinculo continentur. Qui si in bono fuerint cōsentientes, alter fulcitur ab altero, & inuicem prēsidio sunt. Si autem discordes fuerint, quum ab inuicem separari non possint, inuicem impedimento sunt omnium grauiissimo, odiosissimōque. Non enim istis matrimonij vinculum concordantium salus est, sed concertantium iugum. Simile aliquid videm⁹ in aibus simul in pascuis copulatis. Ad hoc enim ut bene sit illis, quod alterum proficiuntur, necesse est alterū comitari. Alioqui pastus nullus, nulla requies, sed iejuna collectatio, & rixa quotidiana. Quæ similitudo etiā inter collegas quoscunq; & simul in unitate vnum viuentes reperitur, Qui si cupiunt saluti suæ fore *cis quam* consultum, unitatem spiritus in vinculo pacis custodiant *necessaria* oportet, & alter (quum opus fuerit) obtēperet alteri, modō nihil iniquum, aut dei legib⁹ aduersum exigatur. Alioqui non iam erit psallere: Ecce quam bonum & quam iocundū habitare fratres in vnum. Sed illud potius verificabitur: Inimici hominis, domestici eius. Et illud: Ecce cum scorpionibus habitas, & increduli & subuersores sunt tecum. Cum talibus enim habitare non bonum & iocundū, sed malum est & tedium. Qualis autē esse debeat hæc unitas, consequenter ostendit dicens:

Vnum corpus & vnius spiritus.

Efficiunt etiam fideles vniuersi corpus vnum, cuius ipse Ecclesia Christus caput est, quorum omniū tanquam membrorum membra ad inuicem vniōnem & copulā efficit spiritus sanctus, qui per spiritus adoptionis filiorum dei, illos inter se in vnum sūsanctū & cū deo iungēs, qui & ipse patris & filij mutuus amor & corpus externa beataque cōnnexio est. Ad ipsum ergo pertinet cōvniēfficiō & societas illa, qua vnici filij dei vnum corpus mysticum efficiuntur. Hæc enim connexio per ipsum est. Sed aduerte, quod sicut vnum corpus hominis multis constat mēbris, & vna anima omnia illa vivificat & vegetat mēbra,

DOMINICA XVII

bra, facies in oculo vt videat, in aure vt audiat, in pedibus
vt ambuleat, in manibus vt operentur, & sic in ceteris mem-
bris: ita & spiritus sanctus membra mystici corporis Christi,
quod est ecclesia, continet, vegetat, & viuiscitat, vt vnu-
quodq; ad opera suo statui conuenientia recte moueatur.
Proinde sicut humani corporis membrum preuisum for-
mam quidem qua cognoscatur retinet, sed nequaquam spin-
tus sequitur quo prater unitatem viuat, sic quicunque à
dicta pacis diuisus est unitate, absclusus est tanquam mem-
brum à viuo corpore, tanquam palmes à vite, sacramentū
quidem (vt formam pristinam) retinens, sed extra unitatem
spiritu non viuit. Vane autem fortis de forma gloriatur, nisi
etiam ab intra spiritu vegetetur.

*Membrorum
inter se
charitas
triplex.*

Sed attende quod inter eiusdem corporis membra ad
inuicem trifaria charitas reperitur, quam & nos cōuenit
erga proximos imitari. Vna est charitas mutuae suppō-
tionis. Membrum enim quod sanum est, non despicit mem-
brum quod vel infirmum vel fractum est, quin potius vel
illius supplet vices in opere, vel alligat illud, vel iuuat,
nequaquam illud abiiciens quia infirmum est. Et quidem ipsi
debemus inuicem supportare, non despicere, inuicem iu-
uare & subuenire in quo possumus, saluti fraternae fideliter
intendere.

Alia est charitas mutuae subventionis, quam habere debemus ad proximos, non modò membrorum eiusdem cor-
poris, sed & ipsorum Ethnicorum exemplo perdocti. Vbi
L.10.c.5 hoc vnu authore Plinio considerasse sufficiat, quātus scilicet olim apud Romanos gentiles adhuc, coronae ciuicæ
civice fuerit honos. Hęc enim à senatu dabatur ei qui patria mu-
quondam ros primus ascendens, audentē irrumpere, occidit. Item
corona ho- & illi dabatur, qui ciuem in bello periclitantē maluit se
nos, & uare quām hostē occidere, modò fateretur ipse per illum
quis ea di- se esse seruatū. Itaque huiuscmodi corona accepta, per-
gnus. petuò vti siue in ludis, siue in quoque ciuium conuen-
tu licebat. Indumenti, semper assurgi etiam ab senatu in mo-
re est, inquit. Sedendi etiā ius in proximo senatu. Vacatio
munerum omniū ipsis, patrīque, & aucto paterno. Ecce quā-
tis honorum præmiis ad mutuam charitatem & tutionem
conciuim inuitabantur.

¶ Reliqua

¶ Reliqua est, charitas mutuę vel compassionis in malis, vel cōgratulationis in bonis. Nam si quis vni mēbro vim aliquam vel iniuriam intulerit, membrum aliud nō aliter hāc quām si irrogata sibi fuisset, indolet. Et rursus si munere vel beneficio vnū membrum fuerit honoratū, membrum aliud idipsum sese beneficiū accepisse putat, & mēbro honorato cōgratulatur. Sanè ad huiuscmodi membrorum inter se charitatē, & ipsi debemus gaudere cum gaudētibus, & cū flentibus flere. Et rursus: Si quid, inquit, patitur vnum membrum, cōpatiuntur omnia mēbra, vos autem etsis corpus Christi, & membra de membro.

¶ Decet proinde vt inter fideles sit hāc pacis vnitatis, non modò, quia vnum corpus, sed etiam quoniā vnum spiritus sunt. Omnium enim eorū est spiritus vnuſ, quē in sacra- Ecclesiæ mento regenerationis acceperūt. Vnde & de Christi mar membra tyribus canimus, quōd perstiterūt in amore fraternitatis, vnum sp̄ quia vnuſ fuit semper spiritus in eis & vna fides, & ab ini ritum ha- tio ecclesiæ, multitudinis credentium erat cor vnuſ & ani- ma vna. Aequum enim est, vt qui vnius corporis sunt mē- Act. 4. bra, & ab uno vegetātur & agūtur spiritu, & ipsi idem sen- tiant & cōquam animi promptitudinem, & sanctā ad inui- cem & bonam habeant cōspirationem, vt sint ipsi & cor- pus vnuſ & animus idem. Idipsum suis fidelibus precaba- tur iam proximus passioni dominus: Pater, inquiens, san- Ioan. 17. te, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnuſ sicut & nos, & hoc quidem pro p̄fētib⁹. Pro futuris autem omnibus qui credituri erant in ipsum proinde o- rans patrem, ait: Non pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnuſ sint, sicut & tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnuſ sint, & dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis. Nouit sanè redemptor & mediator ipse quid fidelib⁹ suis per maximē necessarium sit, id videlicet quod il- le à patre p̄r ceteris donis omnibus postulauit, vt sint vnuſ, inquit. Ad quam nimirum vnitatem habendam ser- uandāmque nos debent inducere, etiam ea quę subne&tūt consequenter dicens:

Sicut vocati etsis in una spe vocationis restare.

¶ Illa consequenter distinguit Apostolus, quorum gratia fideles

DOMINICA XVII

Vnitas pacis seruanda. fideles seruare debet unitatem. Eorum est enim una spes, unus dominus, fides una, unum baptisma, denique deus & pater unus.

Osee. 10. ¶ De primo (quum præmisisset unum corpus, scilicet esse debet) subiunxit: Sicut vocati estis in una spæocationis vestrae q.d. sicut bonū illud quod omnibus vobis propositum præmium est, quodque speratis vniuersi idem & unum est: ita nec vos fas est esse discordes in hac vita, qui ad illā concordia sempiternam pacemque imperturbabilem intentione sancta festinatis. Non enim nisi vnanimes habitate deus in illa facit domo. Vnde non est eorum in certamine disceptare, quibus idem incumbit hostis, qui nisi ab iis qui concordes sunt, superari non potest. De disceptantibus inter se per Prophetam dicitur: Diuisum est cor eorum, nūc interibunt. Ad hæc, cōcordes esse cōuenit quoniam vietrix fortitudo eiusdem præmij gloria ab eodem principe deo coronabitur. In certamine enim contra communem hostem vel maximè necessaria concordia ciuium est. Nam & ipsa militū aēies adunata resistit, soluta dispersaq; cōditur. Vnde bene per Sapientē dicitur: Melius est duos esse simul, quam unū. Vx soli, quia quum ceciderit non habet subleuantē se, Et si quispiam præualuerit cōtravnum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur.

Eccle. 4.

¶ De secundo quod nos ad unitatē inducere debet, subdit:

Vnus Dominus.

Secundo Simile. ¶ Qui vos omnes vocavit, qui vitā omnibus largitus est, quia eundem qui & æquè est omniū vestrū caput, qui vos vniuersos rehabet dominum, & hoc non auro vel argento, sed summo pretio sanguinis sui pretio, qui vos omnes pascit, qui omniū vestrū miseretur, deniq; qui vos omnes sub eodem crucis signo pro eodem stipendio cōtra eundem omnium cōmunē hostem, vocavit, & eidem destinavit certamini. Sicut enim in bello eiusdem regis milites & servi cōtra cōmunē hostem vnanimes sunt, quibus tamē vnanimitatis & periculi nulla alia causa est, nisi qd eorum unus & idem dominus est: ita & vos, inquit, eiusdem summi regis Christi milites seduli & fideles, ob huius unitatem domini vestri, vel maximè decet esse cōcordes. Neque enim tu maiorē ille minorem dominū sortitus es, sed unum & eundem vniuersi.

¶ De

¶ De tertio & quarto quæ nos ad eandem unitatem indu-
cant, subdit:

vna fides, vnum baptisma.

¶ Credentium est vna fides. Idem enim iubemur credere ^{Tertio,}
& operari. Sed aduerte quod fides potest intelligi, vel id ^{quia sunt}
quod creditur, vel id quo creditur. Si primū accipias tunc ^{eiusdem}
sensus est: Vna fides est omnium vestrum, id est, vnum est ^{fidei,}
& idem quod ab omnibus vobis creditum est. Vnde fides
catholica dicitur, id est, vniuersalis. Si secūdo modo acci-
pias, tūc fides est in anima credētis, ei tantūm nota cuius
est. Fides autem primo modo extra animū credētis est, &
significat ea quæ creduntur (vt iam dictū est) quippe quæ
in rebus sunt, quæ vel esse, vel fuisse, vel futura creduntur.
Fides verò secūdo modo, vt dixi, in animo credētis est, &
in aliis alia nec vna in omnibꝫ, scilicet numero, quāuis sit
vna specie: quia similis in omnibus, sicut idē volētiū dici-
tur volūtas vna, & duorū simillimorū dicitur facies vna.

¶ Debet ergo in nobis hæc unitas fidei efficere animorū ^{Ratio &}
unitatem. Si enim vana fides siue Iudæorū siue Agareno-^{minori.}
rum, item corrupta fides, immo perfidia hereticorū, illos ta-
mē reddit in errore & pertinacia cōcordes, quanto magis
cōcordiā & unitatē debet in nobis efficere fides vera? prē-
sertim quum quotquot saluādi sumus, per hāc fidē, nō ille
ex operibus, iste per fidem, sed (vt dictū est) omnes per fi-
dem quæ per charitatem operatur, salutem consequimur. ^{Galat. 5.}

¶ Quartū est vnum baptisma, quo sumus omnes in filios ^{Quarto,}
adoptionis deo regenerati, & cōcelestis regni heredes esse ^{quia eodē}
et, cūdem omnes patrem qui in cœlis est, & eandem san-
ctam ecclesiā in terris matrē adepti. Vnum autem est ba-^{baptismi}
ptisma, quāuis sub tribus personis detur. Vnum etiam est, ^{regenera-}
à quocunq; ministretur. Qui enim baptizat in spiritu, vñ^o ti-
est deus. De quinto consequenter dicit Apostolus: ^{Ivan. 2.}

vñus deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia,
& in omnibus nobis.

¶ Quasi dicat: Vel hac saltem ratione debetis adinuicem ^{Quintū,}
seruare unitatē spiritus in vinculo pacis, quia omnium ve ^{quia om-}
nium vñus est creator & pater, & cōseruator & nutritor, nū pater
vñus cui est cura de nobis, cui^o gratuita miseratione sub- ^{vñus est}
sistimus vniuersi. Et quoniam ipse omnium æqualiter & deus.

DOMINICA XVIII

creator & redemptor & seruator est, cuius gratia egemus omnes, ideo non debet se quisquam alteri praferre. Proinde si nostræ mortalis naturæ infirmitatem spectemus, quid magis absurdū magisque indignum, quam pacis unitate contempta contra proximum superbire? Etenim si (vt Boëtius ait) inter mures videres murem aliquem ius sibi & potestatem super mures cæteros vendicantem, quanto mouereris cachinno? Quid verò si corpus spectes, imbecillus homine reperire queas, quum ipsum hominē sapientiam velox hora dissoluat, & minima hunc vel corruptant vel necent? Cognoscamus nos potius omnes sub uno deo & patre conditione creationis esse pares, nec quisquam fraterum suum despiciat. Et hic quidem summus pater est super omnes, quia omnibꝫ præficit, & per omnia, quia prudenter & moderatione omnia peruadit, sicut idem Boëtius canit, dicens:

Seder interea conditor altus
Rerumque regens flectit habenas.
Rex & dominus, fons & origo,
Lex, & sapiens arbiter æqui.

¶ Ipse timendus est, quum hūc nullus possit effugere, nec sit qui de manu eius eruere possit. Et hic, inquit, est in omnibus nobis per gratiā inhabitās, quicunq; seruamus hāc (quę dicta est) sanctę pacis unitatem. Quo habitatore ut nō indigni simus, unitos & concordes esse necesse est. Sicut enim spiritus hominis separata, & discissa ab inuicem membra non vivificat (vt dictum est) ita nec spiritus dei illos qui per discordiā, unitatem sanctam derelinquent.

DOMINICA XVIII

post Pentecosten.

I. Cor. I.



Ratias ago deo meo semper pro nobis.

¶ In hac lectiōne Apostolus primō nos exemplo suo informat ad gratitudinē. Secundō, assignat huius gratitudinis rationem. Primū facit à principio lectio- nis. Secundum, ibi: *In gratia Dei quę dāta est vobis.*

¶ Circa primum dicit: *Gratias ago Deo meo semper. Ex summa*

summo quodam animi affectu communem omnium deū, suum hic facit. Quum enim sit omnium & deus & dominus per creationem, cōseruationem, & moderationē eorum tamē deus peculiariter & propriè dicitur, qui cum collunt & amāt, & qui ab illo alieni nō sunt, quorū ipse protector & adiutor est: qui & illum tenent & possidēt, quomodo olim dictus est deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, deus Israel, deus Danielis. Huic Apostolus se dicit omni tēpore gratias agere, nō modō tempore pacis, sed & belli, tam aduersitatum tēpore quam tempore prosperitatis. Vel quod ait, semper, intelligi potest, horis omnibus orationi deputatis. Vnde & alio loco ait: In omnibus gratias agite. Et vnde propheta: Benedic dominū, inquit, in omni tēpore. Siquidem gratiæ agendæ sunt medico, nō modō quū leuioribus fomentis tumidū apostema delinit, sed etiam dum vrit aut secat. Apostolus ergo pro Corinthiis deo gratias agēs, suo illos informat exēplo, vt & ipsi assiduas deo gratias agant, & propriis ipsi vel virtutibus, vel actionibus nihil confidant, sed in dei gratia spes omnis illorum sita sit. Pro vobis, inquit, gratias ago deo, hoc est, Pro vobis filiis meis charissimis quos per euangeliū in Christo genui, pro vobis alumnis meis, quos ad morē patuolorum lacte nutriui, quum nōdum essetis solidioris tibi capaces. Sed quia ego vestræ cōuerisionis, inquit, ministerium exhibens, plātaui, deus autem incrementū edidit, vt per meum ministerium proficeretis ad salutē, ideo gratias semper ago deo meo pro vobis.

Omnis sanè qui beneficium accepit, gratitudinis debitor est benefactori, & licet non semper ad gratitudinem teneatur debito ciuali, semper tamen debito morali & naturali. Nam species iustitiæ gratitudo est, qua & in mutis quoque animalibus reperitur. Quoniam autem prēcipue attendenda est benefactoris volūtas & illa animi eius benevolentia, ex qua tanquā ex suo fonte beneficium ipsum emanat: ideo & gratitudo ipsa in animo illius qui beneficium accepit quā maximē consistit, sicut econtrariò & ipsa etiā ingratitudo.

Quare ad gratitudinem sat est voluntas compensandi, quā deest vel opportunitas, vel facultas. Hinc ille nequa-

Deus omnium quorum peculiariiter deus vocatur.

Exod. 3.
Danie. 6.

1. Thes. 3.

1. Cor. 3.
Ibidem.

Gratitudinē quā ture debemus beneficiō.

gratitudo in quo quam consistat.

DOMINICA XVIII

quām censendus est ingratus, vel cui beneficium compē-
fandi facultas non est, vel cui nōdum se ad hoc faciendū
Debitum obtulit opportunitas. Oritur autē gratitudinis debitū ex
gratitudi- debito amoris, à quo nullus exēptus aut liber est, sed nec
nus vnde velle debet absolui. Iuxta quod alio loco idē Apostolus
oriatur. ait: Nemini quicquā debeatis nisi in iuicē diligatis. Quia
Roma. 13 verò is te amare probavit, qui charitatis suę beneficia col-
locauit in te, idcirco nisi illū reciprocō amore dilexeris,
gratitudinis debitum non persoluis. Amor enim requirit
amorē. Est proinde & voluntatum æqualitas in hac re at-
tendenda, vt sicut benefactor aliquid cōtulit ad quod cō-
ferendū minimē tenebatur, ita & eum qui beneficiū acce-
pit, voluntatē habere oportet etiā supra debitū, cōpensan-
di, si posset. Ut autē pateat quibus modis vera gratitudo ex-
hibeatur benefactori, aduerte q̄ ad eā multa requiruntur.
ad grati- ¶ Primō enim ad gratitudinem pertinet, vt beneficium
tudinem
pertinet quod acceperis agnoscas, vt illius valorem & preciū sub-
limiter (vt æquum est) æstimes, tuam attendendo tum in-
qua se-
guuntur. dignitatem, tum egestatem, tum necessitatem. Hęc enim
beneficio pretium non mediocriter augent.

¶ Secundō pertinet ad gratitudinem, vt ipsum beneficium
obliuioni nō tradas. Beneficium enim obliuisci, paruipen-
dantis animi est. Hinc enim nos Sapiens admonet, dicens:
Eccle. 29 Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, dedit enim pro-
te animam suam.

¶ Tertiō, vt beneficium ipsum prout possibile tibi fuerit,
compensare studeas, corde scilicet, ore, & opere.

¶ Quartō, vt benefactorē ipsum ames, suum erga te amo-
rem vicissitudinaria dilectione cōpensando. Nam (vt di-
ctum est) amor amorem requirit. Quo negato, quiequid
reddideris, non adæquasti te diligentis amorem. Quoniam
autem gratitudini ingratitudo aduersa fronte opponitur:
ideo necesse est eam tot modis dici & distingui, quot mo-
dis dicitur ipsa gratitudo.

*Ingrati-
tudinis
modus qua-
tuor.* ¶ Primus ergo ingratitudinis modus est, acceptum bene-
ficium non agnoscerē, aut id quod præstitum est, bene-
ficium non estimare: vel tametsi beneficium agnoscas, flo-
cipendas tamen, cōtemnas, vel te illo non equisſe existi-
mes. Proinde beneficium ipsum vituperare, aut (quod ini-
quius

qui⁹ est) beneficium ipsum maleficij vel iniuria⁹ loco habere. Vt verbi gratia: Si quis patrem aut matrem (qui post deum inter benefactores primo loco habendi sunt) propter eorum vel tenuitatem, vel humilitatem conditionis sperneret, aut hos certe nollet agnoscere. Huc spectat quū quis beneficia diuinitus accepta, vt puta creationis, redemptionis, conseruationis, aut nō agnoscit, aut pro nihilo dicit. Sed longe grauius his omnibus est, quum quis diuinitus sibi collata bona vituperat, blasphemias deum quod ad calamitates natus sit & labores, dicēs se nihil experiri nisi mala in hac vita. Quæ omnia & similia detestandam præ se ferunt ingratitudinem.

Secundus ingratitudinis modus est, quando tam benefactor ipse quām beneficium dātur obliuioni. Qualis fuit *ingratitudinis modus* in gradum pristinum, oblitus est Ioseph interpretis suæ sa-
lutis. Simile quid de populo Israël per Prophetā dicitur: *Gen. 40.* Obliti sunt deū qui saluauit eos, qui fecit magnalia in AE *Israelitis* gypto. Pro quibus omnibus nec dilexerunt deum nec lau-
dauerūt, sed omnium ingratissimi pro summis beneficiis *nimirum in-* dei, vitulum conflatilem pro deo adorabant, & sacrilegas *gratitudine* ei hostias offerentes, dicebant: *Isti sunt dij tui Israël*, qui te eduxerunt de terra AEgypti. Obliti sunt, inquit, benefac-
torum eius. Liquer eos de reddendo parum cogitasse, qui & beneficiorum obliiti sunt. Decet autem beneficium memo-
rare eum qui accepit, tacere, qui contulit. Sileat qui dedit
narret qui accepit. Sed hoc tantum de hominum inter se
beneficiis accipiendo est. *Exo. 32.*

Tertius ingratitudinis modus est, quum quis & si benefi- *Tertius in-* cium agnoscat, tamen illud cōpensare contemnit, quum *ingratitudini* potest, tam erga deum quām homines ingratis. *Quem & nis modus* si propria conscientia huic suggillet, vitio suo tamē, id est, auaritia, vel ignavia, vel superbia, debitor esse vult potius quām debitum gratitudinis per vicissitudinem beneficē-
tū soluendo, liber.

Quartus ingratitudinis modus est, odire benefactorem *Quartus in-* vel mala reddere pro acceptis bonis. Vnde dominus per *ingratitudinē* Prophetam: Retribuebant, inquit, mihi mala pro bonis, & *dinis modus* odiū pro dilectione mea. Hoc gen⁹ ingratitudinis plurimi *diss.*

DOMINICA XVIII

Mala sibi complorant, quod videlicet beneficiis non amicos, sed reddi pro inimicos sibi parauerint. Verum illud extremæ malitiaz *bonis mul* eit, scilicet vel amantem odire, vel accepta beneficia in*ti querun* iuriis compensare, qualis illorū est ingratitudo, qui patētur. tibus exprobrat, quod eos educauerunt, vel quod grauius est, hos cōtumelias afficiunt vel plagiis: hoc beluinam excedit crudelitatem & diabolicam exequat malitiam. Qui (sicut scriptum est) crudelis est & nō miseretur, & crude- lius in suos deseruit cultores.

Deut. 32. ¶Quām grauiter autem offendat deum ingratitudo consideremus. Quā enī dixisset Propheta: Obliti sunt deū qui saluauit eos, subiecti: Et dixit ut disperderet eos, si nō Moyses electus eius stetisset in cōfractione in conspectu eius. Itaque Moyses ipse pessime gentis detestans ingratitudinē, ait: Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit deum factorem suū, & recessit à deo salutari suo. Incrassatus bonis naturalibus, impinguatus spiritualibus, dilatatus temporalibus, recalcitrauit per diuinę legis contemptū & pruaricationem dereliquit deū peccato omissionis, & recessit à deo per ingratitudinem & obliuionem.

ingratitudi-
tudo. 4. ¶Considerandum ergo est, quod propter ingratitudinem & collata bona auferūtur, & dimissa peccata rufus imputantur, grauia proinde mala ingratis infliguntur, denique promissa beneficia subtrahuntur. Quæ omnia suis probāda sunt exemplis.

modis à
deo puni-
tu-
collata
bona in
gratis au
ferri. ¶Primum, videlicet quod propter culpam ingratitudinis collata bona auferūtur, patet exemplis & ante diluuium & post. Primi quippe parentes nostri quām diu memorē accepi beneficij deo obtēperabant, paradisi delitiis perfruebantur, postquam verō per ingratitudinem à dei mādato recesserunt, mox exules à loco voluptatis effecti, ab oībus & ærumnis & morti subiacuerunt.

Gene. 4. ¶Ingratus etiam fuit Adæ primogenitus Cain, offerens deo deteriora, fruges scilicet corrosas & cōculatas à bestiis. Ingratus insuper de syncreti & sancti fratris Abel cōsortio, quem nō ferens (nempe se meliorem) inuidiz furore percitus hunc interemit. Propter quod execratus est *Ibidem.* cū dominus, dicens: Maledictus eris super terrā quæ aperteuit os

ruit os suum, & suscepit sanguinē fratrii tui de manu tua:
quum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos. Va
gus & profugus eris super terrā omnibus diebus vitę tuę.
Qui & ipse tādem post c̄ruminosam vitam à Lamech inter
fruteta latitans, sagitta pro muto pecore vel fera interse-
ctus fuisse astrictur. Neque etiam patua tum fuit mortaliū Ob ingrā
ingratitudo, quando iam omnis caro corruperat viam suā titudinem
vsqueadē ut deum p̄enituerit quōd fecisset hominē suā genus hu-
per terrā. Quum enim bestiæ multæ diluvio superfuerint, manū pe-
hominum nemo superfuit præter Noe cum paucis. ne delectū.

¶ Post diluvium autem ingratia collata auferri bona, in Exo. 32.
primis documento est populus Israël. Quū enim Moyses moram faceret in monte Syna coram domino, populus in
castris ingratus de sui ab A Egypto liberatione, marisque
rubri trahit sicco pede, & suorum hostium interitu pugnā-
te pro illis contra A Egyptios deo, facto sibi vitulo aureo
atque conflatili, ut dictum est, ad idololatriæ perfidum see-
lus conuersus est. Propter quod domin⁹ disperdidisset eos
de terra, si non interpellasset pro eis Moyses. Quos ipse
tamen beneficio diuinæ legis digito dei in duabus tabulis
lapideis descriptæ ratus indignos, ipsas cōfregit, idolum-
que comminuit.

¶ Post hæc, quum coelestem fastidiētes escam, A Egyptias
dapes cucumeres scilicet, & pepones, porrum & alia sedi-
tiosè concupiserent, aduersus deum & Moysen ingratif-
simi murmurantes, prouocatus in iram dominus, multa co-
turnicum vi eorum castra oppleuit, ut eorū cupidini face-
ret satis. Sed dum carnes adhuc dētibus māderēt, animas
efflabant. In cuius rei monumentum, locus ille sepulchra
cōcupiscentiæ est appellatus. Rursum dei promissis fidem
adhibere nolentes, de obtinenda promissa terra despera-
bant: Ideōq; illam ingredi prorsus indigni, in deserto mor-
tui sunt, præter Caleph & Iosue, & paruulos eorum qui cū Num. 13.
eis non peccauerant.

¶ Quadragesima annis antequam promissam obtinerēt ter-
ram propter ingratitudinis suæ culpam per desertū vagati Ob ingrā
sunt, qui in quadragesima diebus peragere viā ab A Egypto titudinem
ad promissam terram facile potuissent. Chore quoque Da perierunt
than & Abiron castra, vñā cū ipsis & omni eorū familia, & in deserto.

DOMINICA XVIII

Num. 16. omnibus quæ ad illos pertinebant, hiante terra, exemplo
Dathan & Abi- horribili absorpta sunt. Et subitus ignis à seditionis forum tha-
ron. ignis ribulis dei nutu erumpens, ducétoſ & quinquaginta viros
vltor con- qui præſumptione sacrilega Aaronis summum ſacerdoti-
tra ingrā- um affeſtabant, incenſum offerentes, abſumpsit. Sed vide
tos. inconsultam vulgi audaciam. Nihil iisquæ acciderant ter-
riti, Moysen & Aarō dei electos minis inceſtebant, perin-
Num. 10. de ac fi ipsi eos quia perierat interfeciffent, Mox iis ambo-
 b' ad tabernaculum domini confugiētibus incendium re-
 pentè à deo immiſſum, consumere cœpit proteruos. Qua-
 tuordecim itaque millia & ſeptingentos ex eis concrema-
 uit. Omnes tunc periſſent, ni iuſſu Moysi Aaron stans in-
 ter mortuos & viuentes fuifſet pro populo deprecatus.
 Quo orante ceſſauit incendium. Siquidem iniuriam cui
 ſeruſ ſuis irrogatur, Deus ſuam reputat, quandoquidem
 ſic in eos vltus eſt, qui Moysen & Aaron minaciter impe-
 tere fuerant auiſi. Rursus quum murmurarent perturbati
Num. 21. uineris & laboris, ignitorum ſerpentium morsibus interi-
 bant.

¶ Postremò, quum terram Chanaā in poſſeſſionē accepiſſent, rursus ad ingenium reuerentes ingratī, contempio
 deo ad finitimarum gentium idola declinabant. Sed affi-
 ctione intellectum dante, quum reuerteretur ad dominū,
 & ipſe illis pro ſuā clementiā consuetudine pepercifſet
 errataque ſuperiora donaſſet, illi peccatum peccato addē-
 tes, non ceſſauerunt donec prophetis omnibus qui in dei
 nomine ad illos fuerant loquuti, aut interfectis aut af-
 ficiatis, iſipſum etiam dei filium nouiſſimè ad illos miſſum fa-
 ctione ſeditioſa incomparabili ſcelere cruciſixerūt. Quan-
Ob ingrā- ta autē illis bona propter hoc à deo ablata ſint, parabola
titnd. Dei inſinuat, quam illis de vinea & cruentis coloniſ dominus
regnū à ipſe proposuit. Sic, inquit, auferetur à vobis regnum dei.
Iudeis a- Hinc aduertat & ipſe nūc populus Christianus, num ad ſe-
 blatum. quoque hæc ſpe ētēt parabola. Maioribus enim benefiſiis
Matt. 21. à deo dignati, maioribus etiam quām illi, ſi ingratifi fuerint
 viderit poſſuſſiſ ſuppliſſiſ ſubiacebunt. Nam quo plus vel vinea vel ager
 puluſ chriſti colitur, ſi cultori ſuo expectatum non reddiderit fructum
 ſtianus. grauiorem meretur execrationem.
 ¶ Vnde dominus de populo ſuo, nomine vineæ designa-
 to per

to per Esiam queritur, dicēs: Expectaui ut ficeret vias, *Esa. 5.*
 & fecit labrūcas. Nunc ergo viri Iuda & habitatores Hie
 rusalem, iudicate inter me & vineam meā. Quid est quod
 ultra debui facere vineā meę & nō feci? Et nunc ostendā
 vobis quid ego faciam vineā meā. Auferam sepe ei⁹ &
 erit in direptionem diruam maceriam eius, & erit in con-
 culationē, & ponam eam desertam. Nō putabitur & nō fo-
 dietur, & ascendent super eam vepres & spinae, & nubibus
 mandabo ne pluant super eam imbre.

¶ Secundò dictum est, quod propter ingratitudinem dimis-
*Ob ingrati-
fa peccata rūsum imputantur, sicut per euangelicam para-
titu. dimis
sa peccata
imputari.
Mat. 18.*
 fa de seruo decem millium talento-
 rum debitore proposuit dominus, cui debitum soluere nō
 valenti, quum ob humiles preces vniuersum debitum do-
 minus suus dimisisset, & ille à facie domini sui iam debi-
 to liber egressus, conseruo suo centum denarios ei debéti
 postulantidilationem & solutionem promittenti, miseri-
 cordiam ingratus denegaret, iratus dominus eius vocavit
 eum & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi
 quoniam rogasti me, nōnne & te misereri oportebat con-
 serui tui, sicut & ego tui misertus sum? Tradidit ergo cum
 tortoribus donec redderet vniuersum debitum. Sed debi-
 ti nomine quid aliud quām peccata designantur? Quæ et si
 à deo semel dimissa fuerint, attamen per aggrauationis
 effectum post remissionis gratiam ad vomitum reuersis,
 rursus imputantur. Eo nempe grauius punientur, quo diui-
 na benignitate abutentes, de præteriorum remissione cri-
 minum reperiunturingrati.

¶ Tertiò dictum est, quod propter ingratitudinem mala *Ingratis
multa inferuntur tam spiritualia quām corporalia, secun malam uul-
dum quod Apostolus de philosophis gentium & sapienti- ta irro-
bus huius mundi Romanis scribens ait: Quum deum co- gantur.
gnouissent, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias e. Rom. 1.
gerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, intellectus *Ingrati*
beneficiū quod à deo acceperant sibi metiūs tribuen- *gentium*
tes. Propter quod, inquit, tradidit illos deus in reprobum philoso-
phos, ut faciant ea quæ non conueniunt, videlicet pec- phi.
cata enormia, quæ illuc enumerat. Proinde Ezechias rex *Esa. 37.*
 Iuda quia post illam diuinitus sibi datam de rege Assyrio-
 rum*

DOMINICA XVIII.

*Ezechias
ingratu-
sus
punitur.*

rum victoriam, in cuius castris nocte una angelus domini percusserat cētum & 85. millia viorum, gratias nō egit domino ut debuit (prout tradit Iosephus) ægrotauit usque ad mortem.

¶ Iosas similiter rex Iuda, quod ingratisimus fuit & immemor bonorum quę sibi fecerat Ioaïda summus sacerdos, (siquidem ipse & vxor eius Iosabeth eum dum parvulus erat, ne ab Athalia cū cæteris omnibus qui erāt de semine regio interficeretur, subtraxerāt, & annis multis absconditum in cubiculis apud se seruantes fuerant tutati, quem & tandem interfec̄ta Athalia in regni solium collocauerant, hic tamen postmodum tātorum immemor bonorū, quum mortuo Ioaïada à Zacharia eius filio, qui patri successerat in sacerdotio) ob sua scelera reprehenderetur, iussit illum occidi, nec recordat⁹ est quę sibi pater eius fecisset bona. Sed ipsius ingratitudo vltione iusta punita est. Multis quippe malis ab exercitu regis Syriae est affectus. Vnde scriptū est: In Iosas ignominiosa exercevere iudicia, & abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. Surgentes tandem contra eum serui sui in vltionem sanguinis Zacharia sacerdotis domini, occiderunt eum in lectulo suo.

*Iosas in-
gratus pu-
nitur.
2. par. 24*

*Viri si-
chē ingra-
ti puniti.
Iud. 9.*

*Eccle. 9.
Ingratu-
do populi
christiani.*

Iob. 41.

¶ Viri Sichem ingrati & obliti de se benemeriti Gedenis, qui eos de manu Madianitarum occisis centum & viinti hostium millibus liberauerat, occidentes filios ipsi septuaginta viros, iusto dei iudicio domesticis feditionib⁹ & bellis ciuilibus interierunt. Sed prædictorum omnium ingratitudinem vincit ingratitudo populi Christiani erga dominum & Christum eius, redemptorem suum atque salvatorem. Quam ingratitudinem Salomon designasse videtur, quum ait: Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus, & extruxit munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuenitus est autem in ea vir pauper, & liberavit eam per sapientiam suam, & nemo recordat⁹ est pauperis illius. Mundus iste hominibus habitatus, totius vniuersi collatione ciuitas parua dicitur, cæterorum omnium comparatione. In hac ciuitate viri pauci, id est, pauci virtuosi sunt. Contra hanc venit princeps tenebrarum, qui est rex super omnes filios superbiorum. De quo scriptum est: Non est potestas super terram quæ comparetur ei. Hanc ciui-

civitatem paruam Christus dominus propter nos pauper effectus per sapientiam suam ab illo potente liberauit, si-
cū scriptum est: Prudentia illius percussit superbū. Sed
proh nefas quod huius liberatoris tam grāde beneficium
apud plurimos transit in obliuionem. 1ob. 26.

¶ Quartō, propter ingratitudinem beneficia promissa ne-
gantur. Est enim (ut Bernard. ait) ingratitudo, ventus vrēs ^{promissa be-}
exiccans fontem pietatis, fluēt̄ gratia, rorem misericor-^{ne}
dix. Humanis proinde legibus punitur ingratitudo. Nam
seus manumissus à domino, propter ingratitudinem in-
seruitutem denuò reuocatur. Et eisdem legibus pater filiū
ob eandem culpam potest abdicare ne succedat in heredi-
tatem. Quod si ingratitudinem sic detestatur ac ferit lex
humana, quis iam dubitet iustū deum ingratos abdicatu-
rum ab hereditate regni cœlestis, ac insuper pœnis æter-
nis cruciādos mancipaturum?

¶ Quia ergo coram deo & hominibus adeò detestabilis
est ingratitudo, idcirco iuxta angelicam admonitionem,
Benedicite deum cœli & coram omnibus viuentibus con-
sitemini illi quia fecit vobisū misericordiam suam. Vn-
de etiā Psalmista ait: Benedic anima mea domino, & om-
nia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Qui propitia-
tur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmita-
tes tuas: Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat
te in misericordia & miserationibus, Qui replet in bonis
desiderium tuum.

¶ In quibus verbis propheta diuinæ largitatis in nos dona
& agnoscit, & debita laude veneratur. Quum enim dicit: ^{propter} verbi in-
Qui propitiatur, insinuat incarnati verbi ē cœlis ī nos mis-
sionem. Ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris. Vn ^{cartatio-}
de & ad Roma. scribens Aposto. de ipso loquens ait: Quē ^{1. Ioan. 2.}
deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine eius ^{Rom. 3.}
Et rursum alio loco: Habemus, inquit remissionem pecca- ^{Ephes. 1.}
torum per sanguinem ipsius. Ipse enim dilexit nos & lauit ^{Apo. 1.}
nos à peccatis nostris in sanguine suo. Itaque benedic a-
nimā meā domino, qui ut propitiaretur omnibus iniquita-
tibustuis, proprio filio suo non pepereit, sed morte tur-
pissima propter te condemnari permisit & mori. Sed quid
retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Rom. 8.

Quum

DOMINICA XVIII.

Quum enim exercerem inimicitias aduersus eum per ini-
quitates meas, hoc ipse mihi iā tribuit ut dignaretur ipse
miserias & mortalitatem meam assumere, & quod omniū
maximum est, igit̄ omniōsam p̄r̄ me (cū inquis deputa-
tus) adire mortem. Hinc B. August. in eiusdem domini no-
stri persona loquens, ait: Quum essem inimicus patri meo
recōciliaui te per me, quum longē essem, veni ut redimerē
te, & quum inter montes syluāsque errares, quæsiui te. In-
ter lapides & ligna inueni te, & ne luporum ferarūmque
rabido ore laniareris collegi te, humeris meis portauit te,
laborauit, sudaui, caput meū spinis opposui, lancea latus
meum perforari permisi, tot iniuriis lacesitus sum, & tu
diuideris à me?

*Propter
animarū
nostrarū
curationē
Eccles. 38.*

¶ Quum autem in p̄missis prophetæ verbis subiungi-
tur, Qui sanat omnes infirmitates tuas, innuit per gratiam
sacramentorum nostrarum animarum curationem. In his
inquit Sapiens, curans mitigabit dolorem, & vnguentari-
us faciet pigmenta suavitatis, & vñctioñes conficiet san-
tatis. Quod vtique de Christo sacramenta nostræ salutis
instituente recte potest intelligi. Nam per gratiam (quæ
sacramentorum virtute nobis confertur) peccatricis con-
scientiæ dolores mitigantur, sanitasque ac virtus restitu-
untur.

*Propter
nostrī re-
dēptionē*

¶ Quum autem consequenter dicit: Qui redemit de interi-
tu vitam tuam, innuit nostri ab æternæ damnationis interi-
tu liberationem. Omnis enim qui ex viro & muliere co-
cipitur, cum peccato nascitur originali, vnde & mori
æternæ obnoxius est, sed ab hoc interitu redimit Chri-
stus vitam nostram per mortem suam, cuius nos per
baptismi sacramentum participes efficimur, ut vivan-
mus.

*Propter
donorum
naturali-
um colla-
tionem.*

¶ Quum verò subdit: Qui coronat te in misericordia &
miserationibus, insinuat ea quæ nobis à deo collata sunt
bona naturalia. Quum enim nō essemus, dedit nobis esse
& vivere, insuper & sentire & intelligere. Animam nobis
dedit imagine sua insignitam, corpus autem p̄r̄ ceteris a-
nimantibus speciosum, & statura sursum erectum, docens
nos cœlum potius desiderare & aspicere debere quam ter-
ram. Vniuersam proinde mundi huius fabricam, ut nostris
vtilitatibus

utilitatibus & solatiis inseruaret, ipse cōstituit, mundūmque istum multipliciter ornauit, vt homine habitatore digna domus esset. Coronat, inquit, te in misericordia, non in tuis meritis. Coronat etiā te in miserationibus, vnde que te sua prouidentia & protectione cōseruans, necessitatibus tuis puta fami, siti, nuditat, & cæteris similibus occurrit remediis opportunis. Nec minus animarū nostrarū quām corporū miseras & inopiam multimodis miserationib⁹ releuare dignatur. Quis enim enumeret quāta nobis instinctu sui spiritus incitamēta ad bonū immitat, quot docimēta scripture, quot exhortationes sanctorum, quot præstet exempla piorum? Rursus ad tædiū euitandū & otium, quantas artium varietates, denique quā longanimis expectatio illius qua præstolatur ad resipiscētiā peccatores, vt merito dixerit idem Propheta: Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se.

¶ Postremū quum dicit: Qui replet in bonis desyderium tuum, insinuat ea quæ nobis à deo promissa sunt bona cœlestia & æterna. Certum est enim quòd in hac vita desyderium nostrum transitoriis huius seculi bonis impleti non potest. Sed tūc satiabor, inquit, quū apparuerit gloria tua. De quibus promissis bonis scriptum est: Nec oculus vidit, nec auris audiuīt, nec in cor hominis ascēdit, quod præparauit Deus iis qui diligūt illū. Ea quæ hic videntur bona, caduca, modica, & vana sunt, illaverò quæ nobis illic prominuntur, permanētia, plena, & vera sunt bona. Illic repositū est quicquid hic desyderatur, cuiusmodi sunt diuitia & abundātia, voluptas & lātitia, honor & gloria. Qui se hæc cōsequi posse in hac vita putāt, falluntur. Attamen auari cōtradicunt, qui diuitias hic querunt ut assequantur abundantiam. Luxuriosi similiter, qui non nisi hic putant inueniri posse lētitiam & voluptatem: quin & superbi, qui non iudicauerunt honorem animarum sanctarū, sed putant finem piorum esse sine honore. Aliam enim nō querunt gloriam nisi vanā, nec alios honores nouerunt quām caducos. Sed miseri decipiuntur dicente veritate: In mundo pressurā habebitis, in me autem pacem. Ea nāque quæ in istis caducis bonis delectat, vmbra sunt illorum, nutus & signa

*propter
cælestium
bonorū p-
missionē.
I. Cor. 18.
promissa
nobis bo-
na quan-
tas sint.*

*Vt seculi
huius a-
matores
fallūtur.
Sapien. 2.
Eisfd. 5.
I. Cor. 16.*

DOMINICA XVIII

& signa dei, per quae ad illa cōsurgimus ex visibilibus ad inuisibilium cognitionem ascendentēs. Pro his & simili-
bus dei donis gratias agere debemus exemplo Apostoli
dicentis: Gratias ago deo meo semper.

¶ Circa secundum principale dicit:

In gratia dei quæ data est vobis in christo Iesu.

¶ Assignat dictæ gratitudinis suæ rationem. Acs dicat:
Ob dei gratiam quæ vobis per Christum obuenit, ago gra-

Att. 4. tias, nec per alium quempiam nisi per Christum hęc gra-
tia cōfertur, quum nō sit aliud nomē sub celo datum ho-
minibus, in quo possint salui fieri. Siquidem lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est.

Ioan. 1. Vidimus, inquit, cum plenum gratia & veritate, de cuius plenitudine accipimus omnes, veritatē scilicet & gratiā,
*& veri-
tas per
Christū.* quisque prout capax est, ut veritas illuminet intellectū,
*Gratia
capitis
quæ sit.* & affectū gratia sanet. Hinc etiam gratia capitatis illa dici-
tur, quæ in Christo est, cui nō ad mensuram datus est spi-
ritus. Sicut autem in naturali corpore caput ceteris mem-
bris sensum infundit & motum, ita & à Christo tanquam
10an. 3. à capite in mystici corporis sui, id est, ecclesię membra &
dilectionis sensus & operationis bona motus descendit.
caput ec Sanè vnguentum summi & veri sacerdotis Christi desce-
clesiae chri dit, non modò in barbam, sed etiam usque in oram vesti-
stus, quid menti eius. Barba capiti cohærés Apostolos Christi signi-
influat ficat. Vestimentū vero eius, credentiū est populus. Vnde
membris. in Esaia ad filium suum pater loquēs, ait: Leua in circuitu
Esa. 49. oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerantib: viuo ego dicit dominus, quia omnibus his velut orna-
Christi mento vestieris, & circundabis eos tibi. Huius vestimenti
stimenti extremitas seu ora, nouissimos quosque usque ad finē se-
*est Eccle-
sia credē* culi nascituros electos significat, usque ad quos & Chri-
sti gratia pertingit. Quid autem gratia Christi in creden-
tibus operetur, aduerte. Séquitur:

Diuitem

Quia in omnibus diuites facti estis in illo.

mundo, & ¶ Diuites enim efficit gratia, non in hoc mundo, sed in
Christo Christo. Longè enim inter se distant esse diuitem in Chri-
sse diuitē sto, & esse diuitē in hoc mundo. Diuitibus enim huius mā
differat. di dicitur: Væ vobis diuitibus qui habetis hic consolatio-
Luc. 6. nem vestram. Huiuscemodi diuites deus derelinquit ina-
nes,

nes, sicut ipsa domini mater virgo Maria testatur: Inanes, *Luc. 1.*
 inquā, dimittit & hic à gratia, & in futuro à gloria. Quum
 enim dormierint somnum suum, id est, mortem obierint,
 nihil inuenient omnes viri diuitiarum in manibus suis.
 Quos ideo viros diuitiarum appellare maluit, quām diui-
 tias dixisse viorum, quod diuitiarū ipsis sint serui, non do-
 mini. Quod autem huiuscmodi diuitiarū viri inanes tan-
 dem dimittuntur, documento est diues ille quondam &
 splendidus epulatōr, cui nunc aeternū sitienti, nec aquæ *Luc. 16.*
 gutta suppetit, qua refrigeretur lingua eius. Nō enim ac-
 quiescere voluit cōsulenti & dicenti: Nolite vobis thesau-*Matt. 6.*
 rizare i terra, sed facite vobis sacculos qui nō veterascūt, *Luc. 12.*
 thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appro-*Dives in*
 piat, neque tinea corrumpit. Hoc est enim quod in deo di *deo quo-*
 uites facit. Vnde beatus Gregorius ait: Veræ diuitiae non *modo quis*
 sunt opes, sed virtutes. Veræ enim diuitiae nostræ nō sunt, *efficitur*.
 quæ mentis nostræ inopiam non depellunt. Nec dici no-
 stræ debent, quæ nobiscum permanere nō possunt. Sed si-
 cut scriptum est, sunt homines diuites in virtute. Veris au-*Eccle. 44*
 tem diuitiis, id est, virtutibus per spiritū sanctū ditamur,
 ex cuius persona dictum non incōgruè possumus accipe-*Gene. 31.*
 re quod ait Iacob ad Laban: Antequā venirem ad te, mo-
 dicū habuisti, & ecce ditatus es, benedixitq; tibi deus ad
 introitum meum. Hinc de sancto Iob à satana dictum est
 deo: Operibus manuum eius benedixisti, & possessio ei⁹
 crevit in terra. Patet ergo, quod benedictio domini diui-*Prou. 10*
 tes facit. In huiuscmodi diuitiis illavna longè ceteros o-*Prou. 11.*
 mnes excellit cui dictum est: Multæ filiæ congregauerunt
 diuitias, tu supergressa es vniuersas.

¶ Consistunt autem istæ diuitiae in tribus, scilicet in gra-*Diuitiae*
 tiis, in virtutib⁹, in meritis. A gratia virtutes, à gratia verò *spiritua-*
 & virtutibus bona opera proficiuntur. Pro illis ergo qui *les in his*
 in his diuites euaserat gratias agens Apost. dicit: Gratias *tribus cō*
 ago deo meo semper pro vobis, in gratia quæ data est vo-*fisiunt.*
 bis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in
 illo. Hoc dicit de donis gratiarum dei generaliter loquutus,
 de quibus magis in specie subdit:

In omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi cō-
firmatum est in vobis.

¶ In

DOMINICA XVIII

Verbū reperitur si ne scietia, & ecōtra ¶ In omni verbo & in omni scientia, inquit, diuites facti estis in Christo. Est enim sine scientia verbum, ut quem quis nullo sensu superuacua narrat, est & sine verbo scientia, videlicet quem quis altiora cogitatione & mente complectitur, caret tamen quo illa explicare queat sermone. Vos vero, inquit, & sermonem habetis & etiam scientia ita ut intelligendi & loquendi vobis insit facultas. Dotati enim erāt à spiritu omni linguarum genere, & intellectu scripturarū, sicut etiam per verbum & scientiam Apostoli has ecclēstes diuitias cōpararant. Siquidem per illa duo testimoniu Christi cōfirmatum est in vobis, inquit, id est, Euangelium & notitia Christi mētibus vestris firmiter inserta sunt. Neque enim per mundanā aut humanam sapientiam arcanorum dei facti estis participes, sed à deo dignati estis signis & donis.

Dei verbū mentem ditat. ¶ Ex dictis patet, quod verbum & scientia ditant mentem. Nam thesaurus desiderabilis requiescit in ore Sapientis. Thesaurus iste in Christo primū, deinde in Apostolis ceterisque discipulis & credētibus requieuit. Usqueadē autem Thesaurus hic ditat, ut omne aurum in cōparatione illius arena sit exigua, & tanquam lutum estimetur a gentium in cōspectu illius. Hunc Thesaurum super salutē & spem plurimi dilexerunt, videlicet sancti martyres & virgines Christi. Quem etiā plerique ut possiderent, vendiderunt omnia quae habebant. Est autem hæc diuinitus infusa scietia, vera deo cum amore & adhæsione notitia, faciēs fidelem spe gaudere. Vnde Christus ad patrem loquens, ait: Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

Hæc diuina scietia quid sit. ¶ Scientia hæc sine verbo, Thesaurus est, & quidē pretiosus, sed absconditus. Vnde & minus prodest aliis, quantus propter hoc de pretio eius nihil decedat habēti. Verbum vero sine scientia, non modò non prodest, sed plerunque nimium obest. In multiloquio enim (scilicet sine scietia) non deerit peccatum. Is enim qui affluit verbis sine scietia, cor habet in ore, & plenus rimarum est, diffluēs vndeque. Nihil cælare valens nisi quod nescit, qualis ille erat qui ait: Plenus sum sermonibus, & coartat me spiritus vteri mei. En vēter meus quasi mustū absque spiraculo, quod

Verbo-sitas sine scientia. lagunculas
Ecclē 21. 19b. 32.

Iagunculas nouas disrumpit, ideo, inquit, dicā audite me.
Oitendam vobis & ego Sapientiam meam. Sed nunquid
vir verbosus iustificabitur? Loquaces enim non quid lo-
quātur satis aduertūt, sed potius id nituntur, ut quicquid
illis in buccam venerit effutiētes, imperita plebeculę vi-
deat multiloquio Sapiētes, quos subsannans Satyricus
ex vnius illorum persona fatetur, dicens:

Quid didicisse, nisi hoc fermētum & quę semel intus *persim.*

Innata est, rupto iecore exierit caprificus?

Tales vtique sunt quos nunc videmus docendi munus *Rapiūt si*
sibi rapere, qui didicisse non sustinuerunt. Ad Ananiam à *bi docēdi*
Christo destinatur Saulus vas electionis & dōctor Gen- *munus.*
tium futurus, vt prius ab homine disceret, quām cæteros *Act. 9.*
ipse doceret, quum tamen euangelium suum nō ab homi- *Galat. 1.*
ne acceperit, sed per reuelationē Iesu Christi. Verūm quia *Matt. 11.*
nō nisi paruulis reuelat pater, submittere se prius quām
per diuinās reuelationes eruditatur, iubetur, & ire ad Ana- *Matt. 7.*
niā. Qui diuersa ingredi contendunt, docentes quum nō-
dum didicerint, ceci sunt, & cecis audent spondere duca-
tum, seipso primū, mox sequaces suos, secum in perdi-
tionem præcipitantes. Illum erò qui cum verbi munere *Esa. 59.*
etiam scientiam est assequutus, sequi tutum est. Talis erat il-
le qui ait: Dominus dedit mihi linguā eruditam, vt sciam
fuscitare eum qui lapsus est verbo. Ipse enim diues factus
fuerat in scientia pariter & in verbo. Sequitur:

Ita ut nihil vobis deſit in vlla gratia.

Qualis scilicet gratia in illa primitiuā ecclesia per spiri-
tuū sanctū dabatur credentibus, nō modò in dono lin-
guarū & scientiæ, sed etiam prophetiæ, ac dæmones pel-
lendi, sanandi infirmos, operandi virtutes & miracula, &
in similibus, ex quibus gratiis afferit Corinthiis nihil de-
esse, sed hæc omnia esse assequutos. Attamē quia hæc dei
dona sunt, quibus ad eius gloriā vtendū est, (ad hoc enim
cōferuntur, nam & ipse sua bona nobis credita etiā cum
vſura requireret) ideo & huius rei Apostolus Corinthios cō-
monefacit, dicens:

*Deus sua
requireret
etiā cum
vſura.*

Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.

Nihil, inquit, vobis deſit in vlla gratia, vobis, inquam, *Luc. 19.*
expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.

¶ Et hæc

DOMINICA XVIII

Matt. 25. Et hæc quidem poterant illis terrorem incutere q; Christus illis omnem gratiam concesserit, si forte gratiæ donis vel abusi, vel minus diligenter vñsi fuissent. Vetus enim est dominus seruorum illorum quibus olim pecuniā suā cōmiserat, positurūsque cum singulis rationem quantum quisque in credita sibi pecunia lucrifecerit. Itaque (vt iam dictū est) territat eos quum meminit futuri aduentus quo dominus iudicaturus adueniet.

Ne quis de donis dei superbiat.

Eccle. 7.

¶ Quum autem reuelationem dicit, innuit etiā hoc tempore Christum nobis adesse, delitescere tamē interea, qui se se in futuro iudicio sit palam facturus. Insinuat ergo q; multis à Deo gratiis dotatis, multa etiam in aduentu Christi ad iudicium exigētur, vt de donis dei nemo superbiat, sed cum sollicitudine magna cum timore & tremore suā quisque salutē operetur, donec adueniat Christus, cuius aduentus horam nemo scit. Sed ne fragilitatis suę sibi cōscij timore nimio pusillanimes efficiātur, sc̄iētes quia nō est iustus super terram qui faciat bonum & non peccet, & quod si fortassis iam aliquis stare videatur, nescit tamen quām sit propinquus ruinæ, ideo consolatur eos Apostolus, asserens Christum suo illos præsidio non destitutur. Quo freti in proposito sanctitatis cōseruentur & stabiliātur. Sequitur:

Qui & confirmabit vsque in finem sine crimine, in diem aduentus domini nostri Iesu Christi.

¶ Nomine criminis grauiora peccata designat, quasi dicat: Etsi absque illis minutis & venia dignis peccatis sine quibus præsens vita nō viuitur, nec ipsi degatis, sperare tamen vos cōuenit in Christum, q; ipse vos in bono confirmabit, & à grauioribus criminibus præseruabit vsque in finem vestræ huius mortalis vitæ, & vsque in diem aduentus domini nostri Iesu Christi, qui (vt creditur) vnicuique post mortem manifestabitur.

DOMINICA XIX post Pentecosten.

Renoniamini



Enouamini spiritu mentis vestre.

Eph. 4.

¶ Quia prædicandum erat hoc loco per octauam sancti Francisci, lectionis thomum placuit augere. Itaque priusquā de assumēda sancta nouitate loquatur Apostolus, Primum de virtuosa vetustate depo-
nenda præmittendum putauit, dicens:

*Hoc dico & testificor in domino, ut iam non ambuletis sicut ge-
tes ambulant in vanitate sensus sui.*

¶ Quantum ex Apostoli verbis colligitur, vetustas quam
nos monet deponere, virtuosa cōuersatio & vita peccatrix
est. Vbi duo facit Apostolus. Primo, veterem hominē de-
scribit. Secundo, ad eius dispositionē inducit, Ibi: *Vos au-
tem non sic. Porro veterem hominem describēs, ostendit
quod ipse vetus homo ambulat in sui sensus vanitate, In
sue mentis cæcitate, Et in operationis sue prauitate.*

¶ Circa primum etiam Christum testatur, dicens: *Hoc di-
co & testificor in domino, quasi dicat: Id quod dicturus
sum, cōmentum meum non est, quoniam id ipsum confir-
mat Christus, videlicet quod non licet vobis ambulare in
vanitate sensus vestri, sicut iij ambulat qui ignorat deum.* *in vani-
tate sensu*
*Ambulat autem in vanitate sui sensus, vel qui proprio sen-
su inflatus nihil sibi non tribuens, nullius consilio ac-
quiescit, plus sapiens quam oportet sapere, nec sapere vo-
lens ad sobrietatem. Quales sunt qui iugo fidei, & dog-
mati sano intellectu suum submittere recusantes, putant
se sapientes esse & stulti facti sunt. Rursus in vanitate sui
sensus ambulant, qui vana exteriorum sensuum oblecta-
menta sectantur. Unde & ille sensualis homo dicitur, qui
tantum ea sectatur, quæ sensu corporali comprehendun-
tur & sensum delectat, quæ utique vana & tráistoria sunt.
Vana, inquam, quia quæ promittente videntur non valent
exoluere. Nempe quæ mentis humanae tantummodo ir-
ritant appetitum, non satiant. Et utique qui hæc sequitur
homo, vanitati similis factus est, de quo per prophetā di-
citur: *Vidi impium superexaltatum & eleuatū sicut Cedros* *Psal.*
Libani. Et transiui & ecce non erat, quæsi eum & nō est *Matt. 6.*
*inuētus locus eius. Nam hodie est, & eras in cibani mī-
titur. Adsimilantur hæc vana somno, umbræ, & imagini**

ff ij quæ

IDOMINICA XIX

quæ relucet in speculo, quæ omnia modicam habent sub-
sistētiā, & mox euanciscunt: vnde quisquis ea complecti
se putat, decipitur. Porrò animalia ratione carentia nihil
nisi per sensum nouerūt, quare nec aliud quicquam quām
i. cor. 2. rem sensibilem, aut appetunt, aut refugiūt. Animalis autē
homo qui non percipit ea quæ sunt spiritus dei, compara-
tus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Peccator ambulat in mentis cœcitate. ¶ Secundò ostendit quod vetus homo ambulat in mentis cœcitate, quum dicit:

Tenebris obscuratum habentes intellectum.

ocul⁹ dexter erut⁹. ¶ Siquidem amore rerum labētiū, curisque secularibus & peccatis, quasi quodā iniecto oculis puluere, mortales cœcantur, vt nec sese nec deum agnoscant, & ideo necesse est eos in vanitate sui sensus ambulare, & decipi à vanita-
i. Reg. 11. te, qui oculos suos à veritate diuertentes, cœcitatris suę dā-
Iacobi. 4. na patiūt. Iстis erutus est dexter oculus, sinistro tantum relictō. In hoc enim ferire fœdus cum habitatorib⁹ labes Galaad Naas Ammonitas voluit, vt illorū omniū dextros erueret oculos, & poneret eos opprobiū in Israel. Sapiē-
tes sunt enim vt faciat mala, ea videlicet sapiētia quæ se-
cundum B. Iacobi sententiam terrena est, animalis, & dia-
bolica, bene autem facere nescierunt, siquidem oculum dextrum amiserunt.

Diabolus assimilatur. ¶ Coruus quum prædam inuadit, mox illi effodit oculos. Et fur nocturnus statim vt domum ingressus est spoliandi gratia, lumen extinguit, & tempore nebuloso lupi gregibus, & hostes cœnitatibus capiēdis maximè insidiantur, similiter & in aqua turbida pisces retia nō aduertūt. Ita nimurum & homo, si non tenebris obscuratū haberet intellectū, non ambularet in vanitate sensus sui, nec à diabolo seduceretur. Collocauit me, inquit, in obscuris sicut mortuos seculi, id est, huius seculi amatores deo mortuos in tenebris collocauit, ita & me. De quibus seculi mortuis

Eccle. 9. hoc intelligi nō absurdè potest quod per Salomonē dicitur: Mortui nihil nouerunt amplius, de qua morte conse-
quenter dicit Apostolus:

Alienati à vita dei per ignorantiam quæ in illis est propter citatem cordis ipsorum.

vita dei. ¶ Alienati, inquit, à vita dei, id est, à spe immortalitatis & beatitudo

beatitudinis sempiternæ. Vel à vita dei, id est, à deo qui est animæ vita. Vel ab ea quæ secundum deum instituta est vita, proflus alienati. Et hoc propter dementiā & insensibilitatem quæ ex impurioris vitæ cōtagiis oboritur. Hæc enim cœcitas cordis eorū, excusationem nō admittit, quem à sua sp̄otanea prauitate sint excæcati. Quibus & si perdi scendæ veritatis facultas tribuitur, tamen illam aut negligunt, aut contemnunt. Qui (vt scriptū est) dicunt deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

1ob. 21.

Tertio ostēdit quod vetus homo ambulat in operatio-
nis suæ prauitate, quum subdit:

*Qui desperantes semetipſos tradiderunt impudicitia, in operatio-
nen inmunditia omnis in auaritia.*

Vides quod voluntate illis obtigerit insensibilitas hæc & ignorantia. Nā desperantes, inquit, hoc est, nulla ratio ne vt̄tētes desperat se posse futuram assequi vitam, quum nolint à presentibus quibus irretiti sunt desciscere. V̄l si-
cūt Gr̄eci codices habent, indolorij, vbi nostri habent de-
sperantes. Indolorij etenim sunt, id est, sine sensu doloris
insensibiles effecti, & exordes ac torpidi, nolētes adver-
boni & suæ salutis indagine, labore insumere. Sed lon-
gè à salute est membrū quod sensu doloris iam perditō,
obstupuit. Vnde per Satyricum dicitur:

Ambulat
peccator
in opera-
tionis pra-
uitate.
Obstu-
isse in pec-
catis.

Sed stupet hic vitio, & fibris increuit opimum

Persius.

Pingue, caret culpa, nescit quid perdat, & alto

Demersus, summa rursus non bullit in vnda.

Hi demū impudicitia sese addixerunt. Quid enim aliud factitarent, quām immunditia & fœditati inseruire? Vbi que, inquiunt, relinquamus signa lœtitiae nostræ, quia hæc est fors nostra, & hæc est pars nostra. Semetipſos, inquit, tradiderunt, id est, operam & cogitationes his quæ dicta sunt perficiendis impenderunt. Neque huiuscē impuritatis & turpitudinis speciem vnam aliquam exercuerūt, sed omnem inquit. Vnde nec mirum quod desperant qui huiusmodi erant addicti cupiditatibus. Vita enim quæ turpi-
ter ducitur, prauarum opinionum est causa, & omnē recti-
ngerit ignorantia. Quum ergo alibi audieris deum quos-
dam tradidisse in reprobū sensum, reminiscere & huius
dicti, & pernoscito, vtroque loco, qui se proripiunt à deo,

Sapien. I.

Quosdam
tradi in
reprobū
sensum.

¶ iii duci,

DOMINICA XIX

Rom. 1. duci, præcipitari & tradi, hoc est permitti & deseriri, quia se metipso ut sic desererentur & traderentur dignos efficerunt. De quibus dominus per prophetam loquitur, dicens: Et non audiuit populus meus legem meam, & Israël non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adiunctionibus suis. Quum autem dicitur: In auaritia, voluntariam illis insipientiam testificatur, quasi dicat: Poterat his, scilicet pecunia vel voluptatibus frui moderatius, sed quum essent omnibus in rebus sectati immoderantiam, in mentis hebetudinem deuenerunt, & bonorum omnium insensibilitatem.

¶ Circa secundum principale dicit:

Vos autem non sic didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in illo edocisti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem.

Inducit ad veteris hominis depositio nes. ¶ Postquam veterem hominem descripsit, hic consequenter ad eos depositionem inducit. Ac si dicat: Gentes quidem & qui Deum ignorant ita se habent, vos vero nequaquam hoc modo Christum perdidicistis, si tamen illum audistis hoc est, quum ex nostra doctrina iam illum teneatis. Non enim, si illum, dubitantis est dictum, sed confirmantis. Quin etiam illud est Christum perdiscere, quod rectius viuitur. Sicut e contrario, qui vitam peruersus duxerit, Christum ignoret necesse est. Confitentur enim quidam se nosse deum, qui factis negant. Illud autem sicut est veritas in Iesu, sic intelligitur. Nequaquam vos sicut Gentes quae in vanitate sensus sui ambulat decet incedere, sed in veritate, quae omnem vanitatem excludit. Cestat enim non esse inania quae Christi sunt, sed certiora & vera, tum dogmata, tum vitam. Sed quid in illo edocisti estis vel quanam est quae secundum deum sit veritas? Nimirum deponere vos veterem hominem, hoc est pristinę conuersationis modum, & vitam antiquorem, & peccatis obnoxiam. Sequitur:

Qui corrumpitur secundum desideria erroris.

Sic corru- ¶ Corrumptur enim, sicut flos marcescente virore, sicut pitur ho- vinum mutato sapore, & sicut caro corrumpitur à vermi-
mo virtus. b^o & putore. De primo scriptum est: Quasi flos egreditur & *Job 13.* conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem sta- tu permanet. Est enim vernalium florum mutabilitate fu-
gacior.

gacior. Vnde per Psal. dicitur: Mane sicut herba transeat,
mane floreat & transeat, vespere decidat, induret, & ares-
cat. Est enī homo in ætate puerili vt herba. In adolescētia
breui quidem tēpore floret. In vespere autem senectutis
per morbos & incommoda varia, item per spei frustratio-
nem decidit, senes enim modicæ spci sunt: induret etiam
per gratiæ carentiam, & arescat per mortem & damnatio-
nem. Et hæc de malo homine & impio accipienda sunt.
Vnde & Esaias clamat: Omnis caro fœnum, & omnis glo- *Esa. 40.*
ria eius quasi flos fœni. Sed fœnum hodie est, & cras in cli- *Mat. 6.*
banum mittitur.

¶ De secundo, nota quomodo vinum in acetum mutatur,
quod omnino diuersas & cōtrarias vino habet qualitates
saporem videlicet aliū, & aliū odorem. Sic nimirum &
hominis desideria affectiones, exercitia, & studia, per ac-
cessum temporis variantur: ita vt ea quæ olim placuerūt,
nunc displiceant, & quæ voluptati fuerunt, sint fastidio.
Post exactum verò huius vitæ cursum sub dei iudicio fal-
sa carnalium hominū voluptas, mutatur in amaritudinē
amarissimam. Risus, inquit Sapiens, dolore miscebitur, & *proph. I.*
extrema gaudij luctus occupat.

¶ De tertio notum est, quod nisi caro recens sale condia- *Sale sapi-*
tur, vel à muscis vel à scipsa vermescit, vnde & abomina- *entia con-*
bilis effecta reicitur, & canibus in escam aut coruis relin *diri neceſ-*
quitur. Sic nimirum & hominem mortalem sale sapientia *se.*
salutaris condiri necesse est vt seruetur, ne vel à diabolica
suggestione vel à propria concupiscentia abstractus &
illectus, corrumpatur interius, & tandem exterius fœteat
rumore sinistro, & fiat illi in prædam, qui circumit quæ- *Iacob 14.*
rens quem deuoret. Nam quum salis defectu caro fuerit
in putridum versa cadauer, feris & canibus projecta relin *I. Pet. 5.*
quitur. Et vtique nisi dicti salis aspergine seruentur, pu- *Caro pri-*
tressunt mortales quasi iumenta in stercore suo. Nam *trida.*
quomodo sal obſtit mortuæ carnis corruptioni, ita sapi- *Iohel. 1.*
entia quæ ex Dei verbo, cohabet carnis libidinem, tan- *sapientia*
quam proprij fluxum humoris, & diabolicarum mu- *diuini ver-*
ſcas immisionum, carnaliaque fantasmata salubriter *bi quor sa-*
arcet. *li compa-*

¶ Sed operæ pretium est aduertere quibus modis vetus
ſſ iiiij homo

DOMINICA XIX.

homo deficiat moraliter & corrumpatur. Deficit enim in visu, in auditu, in gustu, in olfactu & tactu.

Vetus homo deficit ¶ Circa primum, nota quod vetus homo male videret, post f., ante se, à dextris, & à sinistris. Nam post se non considerat neglectum temp^o, etatem proinde & vires tam animi quam corporis, & reliqua dei dona male & inutiliter expesa. Ante se non videt vitae breuitatem, moriendi necessitatem, finis incertitudinem. Non videt sanguinem redemptoris, non aduentum iudicis, non cœlestē premium, non supplicium gehennæ. A dextris non videt, quomodo per mundanam prosperitatem seducitur, nec videt à sinistris qualiter per aduersitatem eruditur & probatur.

Deficit autem ¶ Secundò, deficit in auditu. Non enim ut debet audit redditu.

Esa. 42. clamantem conscientiam, non audit diuinæ legis cœlestē tubam, non vocem pauperis petentis misericordiam, non vocem fratris petentis veniam. Quis cœcus (inquit per prophetam dominus) nisi seruus meus, & quis surdus nisi ad

Deficit ergo quem misi nuntios meos?

stus. ¶ Tertiò deficit in gusto. Non enim sapit ea quæ dei sunt, 1. cor. 2. stultitia potius sunt illi, sicut nec māna sapuit iis qui cibos Num. II. AEgyptios mente versabant, scilicet ollas carnium, pepiones, cæpas, porrum & allia, quorum fuit eò grauior culpa,

simile. quo cœlitus sibi patamat escam, etiam cibo vili posthabebant, similes agroto veteri, qui à diutina febre palatum oris habens infectum, iudicat amarum dulce, & dulce amarum: quales sunt ij qui quam sit suavis dominus ignorantibus.

Deficit oles, esse sub delictorum sentibus delitias putant.

factus. ¶ Quartò, deficit spirituali olfactu, non percipiens vnguentorum Christi viuiscum odorem ut currat in eo, cui nihil redoleat dulce fragrâs virtutum odor, quin potius hunc abominatur, serpentis ad morem, qui florentis vineæ odo rem non ferens (nimirum quod veneno suæ naturæ discoueniat) hunc detestatur & odit. Bonus siquidem Christi odor, aliis est odor vitae in vitam, aliis est odor mortis in mortem. Illud enim cuique gratum olet quo vel pasci, vel in quo versari consuevit. Hinc est quod cadavera nec canibus fecerint, ne coruis, nec cloacariis feces. Quis ergo miretur si pessimum quémq; atque corruptissimū hominem, magis delectet audire de proximo vituperia quam

1. Cor. 2. laudes

Simile. dor, aliis est odor vitae in vitam, aliis est odor mortis in mortem. Illud enim cuique gratum olet quo vel pasci, vel in quo versari consuevit. Hinc est quod cadavera nec canibus fecerint, ne coruis, nec cloacariis feces. Quis ergo miretur si pessimum quémq; atque corruptissimū hominem, magis delectet audire de proximo vituperia quam

laudes

laudes, obtestationes quām commēdationes, mala quām bona? Aliorum quippe vituperiis pascitur & delinitur, laude confunditur & cruciatur. Nam aliena virtus ipsius collata probris, prodit illum & confundit.

¶ Quintò, deficit homo vetus in sensu tactus: habet enim *Deficit tactus* viscera saxeа, non intelligens super egenū & pauperē, su- *et tu.* per afflictum tribulatione, arctatum inopia, infirmitate fatigatum, agitatum tentatione, lapsum peccato, & dicere videtur cum Cain: Nunquid custos fratri mei sum ego? Obslupuit enim & amisso sensu compassionis & pietatis ostēdit se vitam animæ charitatem perdidisse. Et hucusq; ostensum est, quemadmodum corruptitur homo vetus in quinque sensibus.

¶ Nunc considerandum est quemadmodum deficiat in *Deficit in* vi- *stando.* ribus corporis. Deficit homo vetus in stando, deficit in in- cedendo, deficit in operando. Stando deficit, quod in ter- ram recuruis non erecto sursum vultu cœlum spectat, sed oculos suos videtur statuisse declinare in terram. Nil enim mens inueterata peccatis nisi terrenum agnoscit, nil aliud habet in pretio, nil aliud concupiscit. Non illi dissi- milis quam secundum Lucam alligauerat. *Luc. 13.* Satanás decem & octo annis, quæ omnino non potuit sursum aspicere. Quod si tales eam corporis figuram haberent, quæ men- tis eorum dispositioni & statui quadraret, incederent qua drupedes, itaque redarguuntur à corporis sui statura sursum erecta, quod illorum mens versetur in imis. Corporis quippe nostri statura monet, ut animū quoque in sublime ad creatorem nostrum deum feramus, ne mēs corpore sit depresso. Quæ sursum sunt, inquit Apostolus, querite, nō *Coloss. 3.* quæ super terram.

¶ Secundò, deficit moraliter in incedendo, non enim se *Deficit in* per desideria & opera pia in anteriora promouere studet, *incedendo* imò magis ab inchoatis aliquando bonis deficiens abit re trosum & cadit in terram. Vnde & in Apocalypsi cuidam à domino dicitur: Charitatem tuam primam reliquisti. *Apoc. 2.* Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac. Sin autem venio tibi & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitētiā egeris. Hinc etiam iubemur meminisse yxoris Loth. Hæc enim ab ex- terminio

DOMINICA XIX

Luc. 17. terminio Sodomorum angelico ducatu, erupta conscientia.
Gen. 19. dens in montem ut saluaretur madatum ne retrospiceret
vixoris accepit, quod quia non seruauit, in statuā lapideam versa
Loth exē- est. Quo nimis exemplo domin⁹ creptos à peritura se-
plum. culi huius amatorum multitudine, & arduo virtutum cal-
le ab sublimia condescendere iussos, ostēdit regno dei repro-

Luc. 9. bos esse, si postquam manum ad aratum miserint, iusto non obtemperantes, retrospexerint. In lapidem quippe suo im mobilem pondere, durum, aridum, & sterilem, & sensum non habentem induruuisse videntur.

Sed longè secus vir fortis in exercitu domini Caleph fi-
Iosue. 14. lius Iephone. Qui quum possessionem grandem, montem
Fortitudo Hebron, ab Iosue populi duce in terra promissionis expe-
Caleph nō teret, ait: Quadraginta & quinque anni sunt, ex quo loquu-
deficit. tus est dominus ad Moysen de me & de te in Cades Bar-

ne. Hodie octoginta & quinque annorum sum, sic valens
vt eo valebam tempore quando ad explorandum missus
sum. Illius in me temporis fortitudo usque hodie perseuerat, tam ad bellandum quam ad gradiendum. Da ergo mihi montem istum sicut pollicitus est dominus. Fortiter ille & fideliter incepit, & fiducialiter agendo perseverauit: dignus utique grandi hereditate. Huic iam pauci similes inueniuntur, quum tamen non ignorant quod non nisi violenti rapiunt regnum celorum. Itaque iuxta huius viri fortis exemplum, spiritualis nostra fortitudo in duobus consistit, in gradiendo videlicet per desideria sancta & opera bona, & in bellando, id est, fortiter resistendo aduersum via omnia & peccata. Sed rari sunt in quibus primi feruoris fortitudo, usque in finem perseverat.

Deficit ho- *Tertio, deficit homo vetus in operando, viribus quippe*
mo vetus *in operando* *destitutus & fractus est. Non secus peccator homo, qui re-*
phil. 4. *lictus à spiritu vitae & fortitudinis (quo confortante Apo-*
Veterē ho- *stolus se dicit omnia posse) aut excusat se ab opere bono,*
mine cor- *aut certe desperans contemnit, paralytici ad morem, qui*
rūpi scīt- *tametsi manus habeat, illis tamen non valet operari.*
dum defi- *Cæterum quod dictum est veterem hominem corrupti-*
der & erro- *secundum desideria erroris, duobus modis potest intelligi.* Vno sic, ut videlicet sit sensus secundum desideria erroris, id est, quantum ad desideria erroris, quia tam concu-

piscientia

piscientia carnis, quām oculorū, quā ambitio honorū hui⁹ seculi, et si quid est aliud huiuscmodi quod videtur mortalibus afferre voluptatē, corrūpi & perire necesse est. Mū^{1. Ioan. 2.} dus quippe transit & concupiscentia eius. Corrumperit nihilominus & his deditus ipse homo, quandoquidē pereūt omnes cogitationes eius & fraudantur. Nam & ipso morbo corporis, decor omnis ipsius & pulchritudo voluptatēs que intereunt, vires proinde corporis, ac omnia demum morte soluuntur. Quoniam ego tam ipsa erronea desideria quām res desiderata deficiunt, recte Apost. hominem secundum desideria erroris corrupti testatur.

¶ Alio modo intelligitur veterem hominem secundum desideria erroris corrupti, id est, à desideriis ipsis erroneous. Ab his enim vetus homo, id est, peccator homo deteritur sicut à rubigine sua ferrum consumitur, & à tinea vestimentū. A ferro enim & vestimento ea procedunt à quibus ipsa consumuntur. Hoc patet primō in his qui honorum fastigia modis omnibus ambiētes, perniciem propriam ac ciem quae cersunt, requiem sibi & securitatem inuidentes sicut per rere Sapientem de quibusdam dicitur: Quid Crassos, quid Pompeios euerit. & illum, id est, Cesarem, Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?

Respondet:

Summus quippe locus nulla non arte potitus.

Et unde rursus alio loco idem ait:

Consilium dedimus Syllæ priuatus ut altum

Dormiret.

¶ Proinde quod bonorum sublimia sibi vendicantes esse secuti non possunt, inuidia facit, sicut alius quidam ait:

Summa petit liuor, perslant altissima venti.

Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.

¶ Denique volenti ascendere multi obuiā pergunt, ascēdentes & ipsi ex aduerso, ita ut nihil difficilius mortales attentent. Propter quod Bernar. exclamat, dicens: O ambitionis ambientium crux, quomodo omnes torques & omnibus places?

¶ Secundō idem patet in his qui putrescant in carnis voluptate. Nam magna pars hominum voluptatibus interiūt ut quidam Sapiens ait: Quis enim enumeret quanti sibi mortem

Ovidius.

Bernar.

Error lib-

xus dedi-

torum.

Seneca.

DOMINICA XIX

mortem immoderato voluptatū vsu accelerant? Vnde Boëtius de huiuscemodi voluptatibus loquens ait: Quātos ille morbos, quām intolerabiles dolores, quasi quendā frumentum nequitiae fruentium solent referre corporibus?

*error aua
torum.* ¶ Tertio, patet in avaritię mancipiis veterem hominem à desideriis erroris corrūpi. Quis enim enarrare sufficit quāta ab his avaritię causa pericula subeantur, quanti in ipsius conatu intereant nō adeptis quę desiderabant, quantis congestę multis sudoribus diuitię perniciem peperere? Vidi, inquit Salomon, vanitatem hanc sub sole: Diuitia seruata in malum domini sui. Vnde etiam per sapientem alium dicitur:

Et plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia census
Quantum delphinis, balena Britānica maior.

Et post pauca:

Pauca liber portes argenti vasculapuri,
Nocte iter ingressus, gladium cōtumq̄e timebis,
Et motę ad lunam trepidabis arundinis umbram,
Cantabit vacuus coram latrone viator.

¶ Proinde eam quę dictis voluptatibus carpitur suavitatē Apostolus re quidem errorem dixit, seducit enim mortales & errare facit. Simulat nempe, mentitur & fallit, quippe quę iocunditatis speciem präferat, quum in rei veritate secum adferat amaritudinem & multam anxietatem. Sed illud error omnis prætendit, ut quum aliud sit, aliud se esse mentiatur. Vnde & propheta exclamat: Filij hominum usquequo graui corde, ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? Plerique enim, imo maxima mortuum pars ponunt mendacium spem suam, arundini cōfāctae innitentes, quę cum sub innidente confringitur, graui vulnera manus eius saucias relinquit.

HOMILIA SECUNDA.

Ephe. 4.

Renouamini spiritu mentis vestræ. In præcedenti homilia dictum est de vitiosa vesture deponenda, nunc iuxta textum lectionis dicendum est de sancta nouitate assumenda. De qua dicit Apostolus: Renouamini spiritu mentis vestræ. Itaque in lectio ne primō hortatur ad spiritualē renouationem. Secundō, ostendit

ostendit huiusce renouationis modum seu rationem. Tertiò , huius renouationis ponit specificam expressio - nem. Primum in principio lectionis. Secundum, ibi: Et induite nouum hominem. Tertium, ibi: Propter quod depo- nentes.

¶ Circa primum notandum est tria posse renouari, ad quo- rum vtique similitudinem & nos spiritu mētis nostræ re- nouari possumus, videlicet terram, aquilam & serpētem. Si enim huiusce creaturis ratione carentibus à deo cōdi- tione cōcessum est, vt à sua possint etiā renouari, ne- mo putet hoc ipsum homini ad cuius obsequium cāterae creaturæ conditæ sunt esse negatum. Alioqui frustra nos Apostolus huiusce renouationis commonefaceret.

¶ Itaque de renouatione terræ per Prophetam dicitur: E-
mitte spiritū tuum & creabūtur, & renouabis faciē terræ.
Tūc autē dicitur terra renouari, quum post exactam hy-
emis asperā sterilitatem, herbarum rursus ac florū amœ-
nitate fructuūmq; fœcūditate decoratur. Nō secus homo
(qui de terra sumpt⁹ est) & ipse potest diuino munere spi-
ritualiter innouari. Per peccatū enim est hāc terra(id est,
homo) inanis & vacua, īsterilis à bono, & arida, iuxta quod
Propheta ait: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Vnde
& supplicandū est summo patri, vt ipse sine quo nihil pos-
sumus facere, irriguū gratiē cōlestis nostrę huic ariditati
donare dignetur, sicut de Axa filia Caleph scriptum legi-
mus. Quæ sedens asino quum esset in via, suspiravit & ait
patri suspirationis causam sciscitāti: Terrā arentem dedi-
sti mihi, iunge obsecro & irriguam, deditque ei pater irri-
guum superius, & irriguum inferius. Porrò mótes Gelboë
steriles semper & aridi permanentes (qui nimis super-
bos significant) nulla frugum fœcunditate renouantur.

¶ Itaque ad hanc terræ nostræ mysticam renouationem, Vt reno-
plna requiruntur. Primum est, emissio spiritus. Secundum nemur sp̄
est, submissio sui ipsius. Tertiū est, abscessus imbris. Quar- ritu.
tum est, depulsio frigoris. Quintum est, accessio solis.

¶ De primo iam dictum est verbū prophetæ deprecantis: Primū est
Emitte spiritū tuum. Spiritus enim est qui vivificat. Vnde emissio sp̄
scriptū est in Cantico: Surge Aquilo & veni Auster, perfla ritus.
hortum meum, & fluent aromata illius. Porrò ventus fri- 10an. 6.
gidus cant. 4.

DOMINICA XIX

Eccle. 43. gids Aquilo qui gelare fecit crystallū ex aqua, diabolica persuasio est, viuificum charitatis extinguens calorē, ate. faciensq; & obumbrās mentē. Sed surgat iste spiritus p-cellārum & turbinum, & abeat, veniātq; suanis & roridus Auster à calore meridiano, vnde sol iustitię clarissimē nobis resplēdet, veniat inquam dulcis hic spiritus hortū nostrum suo afflatu fœcundū reddere. Venit autem, sed non

Sapien. 1. requiescit super cadavere, nec ingreditur in malevolam **Quo loco** animā, nec habitat in corpore subditō peccatis. Quiescit **requiescit** autē super humilē, sicut per Esaīā dicitur: Excelsus & su-**spiritus** blīmis habitās æternitatē, & sanctū nomē eius, in ex-**Esa. 57.** celso & in sancto habitās, & cū cōtrito & humili spiritu, vt viuiscet spiritū humilium, & viuiscet cor cōtritum.

Esa. 66. Et iterum: Ad quem respiciā, inquit, nisi ad pauperculum & contritū spiritu, & trementem sermones meos? Namvt beatus Augustinus ad dominum loquēs ait: Humiles spiritu sunt domus tua. Hoc ergo spiritu flante, fluunt odorifera corā deo nostrā mentis aromata, scilicet cōpunctionis aquæ animæ nostræ rigantes ariditatem, emollientes duritiam, & ad salutarem renouationem disponentes.

Secundum ¶ De secundo, quod est humanæ mētis summissio, iam ex parte dictum est, de qua etiam Sapiēs ait: Humilia valē spiritum tuum, vt scilicet per spiritū dei possis innovari. Hoc enim innuit Propheta, qui quum dixisset: Emitte spi-**ritū** tuum, mox subiecit, & creabūtur. Creatio autē est de

Ioan. 1. nihilo. Ut ergo & tu sis initium aliquod creaturæ dei, pri-**galat. 6.** mū agnosce te nihil esse. Nā qui se existimat aliquid esse quū nihil sit, ipse se seducit, & die: Cor mundū crea in me deus, & spiritū rectum innova in visceribus meis. Quā ait, crea vtq; munditiam cordis insinuat, & spiritus innova-
tionem in homine nō nisi de nihilo humilitatis creati-

Tertius est ¶ De tertio, Per hyemalem inundantiam, voluptatum at-**abcessio** que deliciarū fluxum intellige, in quibus homines catna-**imbris.** Ies quasi quādam cadavera natant, quibus non columba, **1. Tim. 5.** sed coruus insidere cōsuevit. Vnde Apostolus viduam in **Volupta** delitiis viuentem, mortuam censer, dicens: Vidua in deli-**carnis** tiis viuens mortua est. Proinde cadavera hēc per culpa-**dediti, ca-** rum atque voluptatum flumina ad æternae amaritudinis **dauera** abyssum (quasi ad quoddā mare) deferti, testis est ille qui **funt.** quon-

quondam indutus purpura & byssō, epulabatur quotidie splēdide, & post hęc, mortuus sepultus est in inferno. Vbi *Luc. 16.*
quātum se quondā quisque glorificauit, & in delitiis fuit,
tantum datur ei tormentum & luctus. Et mox vt immun- *Apoc. 18.*
di spiritus in porcos sunt ingressi, gressus totus per præcep̄s *Luc. 8.*
ferebatur in mare.

¶ De quarto, quod est depulsio frigoris, nota quòd per fri- *Quartū*
gus, aut per illā hyemem (quam adueniēte spiritu dei trā- *est depul-*
sisse oportet, iuxta illud: Iam enim hyems trāsīt) quod in- *sio frigo-*
quā frigus vel hyems, charitatis igni vel maximē aduer- *ris.*
satur, avaritia significatur, quæ nimirum parit inuidiam, *Cant. 2.*
odium, fraudem, iniustitiā, diuinæ legis præuationē, *Avaritia*
dei obliuionem, & cœlestis regni cōtemptum. Venenum *frig⁹* *quod* *dam esse.*
quippe charitatis avaritia est. Venenum autem (vt trādūt *dam esse.*)
authores igni iniectum, aut extinguit ipsum, aut certè ab
ignis virtute reiicitur, si ignis ipsum superauerit, sic nimiri-
num simul cū avaritia diuini amoris ignis in codē corde
nequaquā habitare potest. Nam vel ipsa charitas hāc pro-
pellit, vel charitatē ipsa extinguit. Transeat ergo necesse
est hoc ipsum avaritiæ lethale frigus, si per viuificantem
dei spiritum cupis ipse à vetustate peccati innouari.

¶ De quinto, quod est accessio solis, patet satis hanc esse *Quintū*
necessariam ad renouationem terræ. Nam sicut per recessus *est acces-*
sum solis à nobis ad partes meridionales, siue tropicū ca- *sio solis.*
pricorni, terre facies hyemali asperitate nudata horrescit,
ita etiā per accessum eiusdem & ascēsum versus tropicū
cancri, vernali rursus amoenitate decoratur. Ad hunc mo-
dum adlucētibus humanę mentis radiis solis iustitię, ipsa
quæ prius peccato quasi hyemali horrore squallebat, de-
nuō per iustitię restoret. De quo sole per *Malach. 1.*
sona domini dicitur: Vobis timentibus nomen meū orie-
tur sol iustitia, ille scilicet qui de seipso loquēs dicit: Ego *Ioan. 10.*
sum lux mundi. De cuius solis efficacia per *Iohel. 2.*
Quasi hortus voluptatis est terra corā eo, & post eum so- *Osee. 9.*
litudo deserti. Vae illis (inquit per alium) quum recessero *Ierem. 15.*
ab eis. Multis enim occidit hic sol dū adhuc dies est. Occi *Sol quib⁹*
dit enim peccatibus, qui inter se & illū terrenę cuiuslibet *occumbit.*
rei amore quasi nubem dēsam & tenebrosam, & peccatū
ipsum quasi vastū parietem interponūt, sicut *Esaias* ait:
Ecce

DOMINICA XIX

- Esa. 9.* Ecce nō est abbreviata man^o domini ut saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius ut nō exaudiat, sed iniq[ue]tes vettre diuiserūt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra abscoderūt faciem eius à vobis ne exaudiret. Itaq; in peccato manētibus sol occidit & elōgatur, ppter quod in vetustate sua permanētes spiritu mentis suę non renouātur. Precetur ergo peccator, & dicat: Illustra faciem tuā super seruum tuum. Et rursum: Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultū suum super nos & misereatur nostri. Nā vt Salomon ait: In hilaritate vultus regis vita, & clementia eius quasi imber serotinus.
- Aquila renouatur hoc modo.* Secundò , dictum est aquilam renouari. Hinc enim per Prophetam dicitur: Renouabitur ut aquila iuuentus tua. Duo incōmoda affert ei senectus, videlicet caligates oculos, & rostrū nimis aduncum. Et oculos quidem in fonte, rostrum verò ad petrā decussum renouare dicitur. Caligo visus, moraliter cæcitas mētis est. Per oculos enim significatur ipsa mētis acies qua per fidem deus videri posset, si mūda esset à puluere secularium rerum, & à voluptatum humore carnaliū. Hinc enim beati esse prædicatur mundi corde, quoniā ipsi deū videbunt. Quia verò quisquis hoc oculo est priuatus, in obscuris vtiq; collocatus est cū mortuis seculi: ideo orabat dominū Prophetā, dicēs: Illumina oculos meos ne vnquā obdormiam in morte, nequādo dicat inimicus me^o, prœualui aduersus eū. Illuminatur autē in fonte verbi cœlestis, sicut per Prophetā dicitur: Declaratio sermonū tuorū illuminat, & intellectū dat parvulis.
- Fonti verbū dei cōparatur.* Et rectè quidem fonti verbum dei propter multa cōparatur. Primò, quia sicut fons bibētium extinguit siccum, ita etiam verbum dei cupiditates & desideria mala depellit.
- Ioan. 15.* Secundò, quia sicut fons mūdat, ita & dei verbum si per auditum fideliter & dignè recipiatur, mentē purificat. Iā vos mūdi estis, inquit, propter sermonem quem loquutus sum vobis. Nec mirum si virtute verbi fidelium corda purificantur, quādoquidem auditum verbi ipse puritatis author spiritus sanctus credentiū se mentibus insinuat, sicut in Actis apost. legimus: Adhuc loquēte Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebāt verbum.
- Act. 10.* Tertiò, quia sicut fons hortos irrigat ne steriles efficiātur, ita

tur, ita & Dei verbum fons hortorum vocatur, & puteus ^{canxi. 4.} aquarum viventium.

¶ Quartò, quia sicut in fonte lympido potest se quisque qualis sit speculari, ita & in dei verbo nosipso possumus quales sumus agnoscere.

¶ Quintò, quia sicut fontis lympiditatem pedibus suis bestiæ perturbat, ita & dei verbum in diuinis scripturis turbidum reddunt Hæretici, ad suam illud distorquentes præ uitatem, & eius verum & legitimum intellectū interpretationibus falsis peruerentes.

¶ Porrò rostrum vetustate sua usque adeò curuum atque ^{Rostrum} aduncum, ut cibo capiendo sit ineptum, affectum auaritiae ^{aduncum},

significat, quo nimis præda rapitur. Intantum autem possumus quid.

set hoc rostrum ad terrena per cupiditatē curuari, ut ver. ^{Matt. 9.}

bo dei (quod animæ cibus est) capiendo, prorsus obstareret.

Vedicat enī sibi auaritia (quum mente obfederit) homi-

nem totū, ut nō possit deo pariter & mammonæ seruire.

¶ Aduertendum proinde est, quod aues curua rostra ha- ^{Mores a-}
bentes, prædam sectantur & viuunt ex rapto, volant non uium cur-
gregatim, sed singulariter. Vngues habent rapaces, & viuis uis ro-
plerunque pascuntur animantibus & sanguine: nec expe- ^{stris.}

dit earum genus multiplicari, nec aibus innocuius exitio ^{Avarus}

sint. Quæ omnia in auaritis inueniuntur. Vx qui prædaris, ^{præda v-}

ait Esaias, nonne & ipse prædaberis? Replebitur ^{uit.} inquiūt,

^{Esa. 33.}

domos nostras spoliis.

¶ Quod autem ad prædam suā auarus vigilat, sub aquilæ ^{Proph. i.}

på libola de ipso scriptū est. In inaccessis rupibus mora-
tar, inde contemplatur escam, & de longe oculi eius pro-

spiciunt, pulli eius lambunt sanguinem, & ubique ca-
dauer fuerit, statim adest. Sanè propter suæ mētis duritiā,

auarus in rupib⁹ morari dicitur, quæ & inaccessæ esse per- ^{Auari cor-}

hibentur, quia quod mente versat, mendacio plerunque ^{durum.}

& dolis abscondit. Escam inde contemplatur, quia solater ^{Auarius}

rena lucra mens sua etiam de longe cōquirienda medita- ^{describi-}

tur. Pulli aquilæ, paruuli ipsius auari sunt, quos plerūque ^{t. r.}

lucris iniquis & enutrit, & extollit, & suis artibus imbuit.

Singulariter proinde volant aues istæ rapaces querentes singulæ quæ sua sunt, in lucris socios habere refugientes,

vix illi siue fidentes, siue etiam fideles.

DOMINICA XIX

- Nō expē* ¶ Denique vngues eorum significant rapacitatem. Prom.
dit hos ptissimi quippe sunt ad rapiendum, crudeles ad laceran.
multip li- dum, tenaces ad retinēdum. Et quia in pauperes & inno.
teari. cuos homines saeuunt (siquidem illorum p̄dā sunt) non
eccl. 13. expedit huiusmodi rapaces homines vel in prole, vel in
Psal. sibi similibus multiplicari. Vnde per Sapientē dicitur: Ve.
natio leonis onager in heremo, sic pascua diuitū sunt pau-
piat pauperem. Et iterū: Deuorāt plebem mēa sicut escam
panis. Itaque si renouari voluerint ad iustitiam, rostrum
hoc (vt dei verbum vtique cibum animæ recipere valeat)
ad petram, id est, Christum decutiāt, id est, Christi domini
nostri & doctrina & exemplo, ab omnī auaritia se excu-
tiāt. Qui quum diues esset, propter nos egenus factus est,
vt illius inopia diuites essemus. Adeò, inquā, propter nos
factus egenus, vt non haberet vbi caput suū reclinaret,
vt vel iphius exemplo auaritiam detestemur
- Serpēs sic* ¶ Tertiō, dictum est serpentem innouari, & hoc vtq; (nō
renoua- traditur) quum hausta fontis aqua replet⁹, in arctum fese
tur. inter asperas petras foramen iniecerit, vbi abrupta pelle
veteri atque relicta, nouus euadit & recens, & ad pristini
*celeritatem motus (quē vetustas & pellis rigor impedi-
bat) denuō restituitur. Ad cuius rei similitudinem renou-
ri posse spiritualiter humanam mentem ipse dominus in-
Matt. 10. sinuat quum dicit: Estote prudētes sicut serpētes. Ac si di-
catur: Qualiter in spiritu mētis vestrē renouari possitis, hoc
vel à serpēte perdiscite. Quum enim malē actē vitē vetu-
*statem impedimento vobis esse noueritis quo minus tē-
datis ad salutem, hausto fonte verbi dei, in arctā illam vū-
vos ingerite, quæ ducit ad vitam, illiq; pelle vitē veteris
*relinquentes, totos vos deo committite, vt sic spiritu-
liter renouemini.***
- ¶ Circa secundum principale dicit:
- Et induite nouum hominem qui secundum deum creatus est, in*
iustitia, & sanctitate veritatis.
- Luc. II.* ¶ Hic ponit dictā renouationis modificationem, dicens:
Et induite. Quid enim prodesset vetustatē depositisse, ni-
si assumas sanctam nouitatem? Domus ab immundo sp̄ii
tu liberata, mundata, & ornata, si permāserit vacans, sur-
sum

sum ab immundis spiritibus & abundantius occupatur. Porro quum dicit veterem hominem exuendum, & induendum nouum, ostēdit idem manere subiectū quod exui posset & indui, indumenta verò quē indui vel exui possunt, virtia & virtutes esse. Abdicare siquidem ea possumus vel admittere, prout de nostra processerit volūtate. Nō enim dei auxilium nobis defore suspicemur, modò sit prompta nostra voluntas.

¶ Quum ergo dixisset nouum hominem nos induere debere, ne sollicitos derelinquat, quis vel qualis ille nouus homo sit, subiecit: Qui secundū deum creatus est. Hic homo nimirum Christus dominus est. Accipite, inquit, similitudinem Christi in vobis per imitationem illius. Vnde & alibi ait: Induimini dominum Iesum Christum, quo nimirum induitur quisquis illi animi virtutibus conformatur. Rursus Christum ille induit, qui per fidem in Christum renascitur, vitę illius imitator quam verbo & exemplo ipse tradidit. Qui nouus homo Christus creat⁹ est secundum deum, id est, nō virtute humanę naturę, sed potentia dei Cōceptus enim est in virginis vtero opere spiritalissimandi de semine virginis sine semine viri. Hac etiam ratione Christus homo nouus dicitur, qui secundū deum creatus est, quia patri filius dilectus est, in quo sibi bene complacuit pater. Et hoc propter veritatē & mansuetudinem & iustitiam. Peccatum (inquit Petrus) non fecit. Ecce iustitia. Nec inuentus est dolus in ore eius. Ecce veritas. Sicut enim iniustitia & mēdaciū plerunque fese comitantur: ita etiam iustitia & veritas simul de Christo regētē prēdicātur. Hunc ergo nouum hominem induite, hūc cōversatione studeatis imitari in iustitia & sanctitate veritatis. Vbi iustitia pro vniuersali virtute ponitur, quēadmodū dicimus aliquem esse iustum & irreprehēsibilem. De qua iustitia dominus ait: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarū & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum cōlorum. In ea nempe virtutē omnem asserit cōtineri. Proinde quum dixisset, in iustitia, addidit, & sanctitate veritatis, non hypocrisis simulatione. Non etiam in sanctitate figurali & vmbra tica, qualis erat ī lege, sed sanctitatē hāc veritatis, euāgelij veritatē accipere debemus.

*induere
nos posse
virtia &
virtutes.*

*Nousus
homo,
quē indu
re iube
mur.*

Rom. 13.

*Christus
cur secun
dum deū
creat⁹ est.*

Mat. 17.

1. Petr. 2.

Matt. 5.

DOMINICA XIX

quisquis ergo per peccatum iustitiam & sanctitatem veritatis amilis, renouari studeat spiritu (ut dictum est) & induat hominem nouum, id est, nouum metis habitum, quo deo sit acceptus in iustitia & sanctitate non facta, quae est sanctitas veritatis.

¶ Circa tertium principale dicit:

Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem nus quisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.

Hic prosequitur Apostolus dicta modificationis specificam expressionem, partes quasdam veteris hominis & novi speciatim exequendo. Sunt autem veteris hominis partes seu membra quae hic enumerat, Mendacium, Odium, Furta. Quorum in loco tria illis aduersa per ordinem nobis assumenda commendat, videlicet, Veritatem, Mansuetudinem, Iustitiam. De quibus ecclesia sponsus, speciosus

Veteris hominis partes. Noui hominis virtus. vtique forma praefiliis hominis in psalmo (ut iam dictum ministris chris est) eximiè commendatur, vbi dicitur: Propter veritatem sibi virtutem & mansuetudinem & iustitiam, deducet te mirabiliter dexter tres.

teria tua Propter hoc, inquit, vnxit te deus, deus tuus oleum laetitiae praef consortibus tuis. Est ergo vetus homo exundus primum, ut postea nouus ille induatur, qui (ut dictum Mendacium est) secundum deum creatus est dominus noster Iesus Christus. Cuius ut induamus & imitemur veritatem, audiimus Apostolum dicente: Deponentes mendacium, quod pars nostra.

vtique veteris hominis (ut est dictum) portio quedam Veritatē est, loquimini veritatem, quae sancta nouitatis pars est. loquamur Causas profert. Prima, quia inuicem proximi sumus. Si quipropter multa, dem omnis hominum vel primae nativitatis conditione, vel conversionis est nobis proximus. Non enim nosti qualis

ille qui nūc vel omnium vitiorum sorde squallet, futurus sit, & coram deo iam est. Is enim qui modo vel hereticus vel facinorosus, Iudeus, vel paganus est, per dei misericordiam sic forsitan est immutandus, ut tandem aliquando cum sanctis recumbat in regno dei.

Secunda, quia (quod maius est quam esse proximos) sumus inuicem membra. Sed nūquid unū membrum alteri membro metietur? Verbi gratia: Nunquid oculus si bestia aliquam conspiceret efferatius in nos irrueret, pedibus mentietur se nihil spectare, nec illis fugiendi facultatem

præ-

præbebit? Vel si foueam aliquam profundam arūdine vel humo ad fraudem cōtectam pes ipse prætentet, num oculum idipsum cēlabit, vt aliā inueniat semitam? Idipsum & de mēbris cāteris dici potest. Et nos igitur, inquit, ad inui-
cem nihil mētiāmur, quum simus vnius corporis mēbra.
¶ Tertia causa est, quia mentiri est diabolum imitari, nec
habitatur est quisquam in tabernaculo domini, nisi qui
loquitur veritatem in corde suo, qui nō egit dolum in lin-
gu sua, immō potius deus perdet omnes qui loquuntur mē-
daciūm. Sequitur:

Irascimini, & nolite peccare.

¶ Vbi monet vt veteris hominis adhuc aliam partem, sci *Ira veteris*,
licet, iram & odium exuentes, noui hominis qui secundū *ris homi-*
deū creatus est, scilicet Christi, induamus mansuetudinē, *nisi pars*
dicēs: Irascimini & nolite peccare, quasi dicat: Bonū qui-
dem esset nihil prorsus irasci, sed si cōtigerit, quod vitari *alia de po-*
nō potest, inuiti tolerate. Cauete autem ne de ira venia-
tis ad actum peccādi. Si ergo motus animi surgit, qui iam
propter peccati pœnam nō est in nostra potestate, saltem
non ei consentiat ratio. Itaque permittit Apostolus quod
est humana tentatio, sed prohibet iram per consensum in
effectum perducere.

¶ Vel sic intellige: Irascimini & nolite peccare. Irascimini *Ira san-*
vniusquisque propriis erratis, ira sancta irascimini vobisip-
sis & nolite peccare. id est, vt vterius nō peccetis. Ut au-
tem nō peccetis, quib⁹ habetis irasci nisi vobisipsis? Quid
enim aliud est homo pœnitēs, nisi homo irascens sibi, qui
vt accipiat veniā, de scipso exigit vltionem? Indignemini
itaque vobis ipsis tanta animi vehemētia, vt peccare de-
*fistatis. Possimus quidem & ira sancta proximorum pec-*Eccle. 7.**
catis irasci, sed ne in hac ira modum excedētes cōtra de-
linquentē proximum peccemus, quum dixisset: Irascimi-
ni, subiecit: Et nolite peccare. Vnde per Salomonē dici-
tur: Noli esse iustus multum, quia est iustus qui perit in iu-
stitia sua. Temperāda enim est huiusmodi nostra iustitia,
vt imitemur deū qui suffert iniquos, vt ex illis vel aliqui
corrigantur. Sequitur:

Sol non occidat super iracundiam vestram.

¶ Quasi dicat: Et si ex toto vitare non valetis, non diu ta-

DOMINICA XIX

men resideat apud vos iracundia malum, neque vobis nondum cōciliatis sol ipse è terris abscedat, ne fortè indignis appareat illuxisse, néve & nox igne furoris mentem acriter agitando incendat, & insidias paret proximo vel mortem.

*Iratissolē
iustitia ec-
cidere.* Siquidem nox ipsa opportuna sceleribus est. Velsic: Ne sol iustitiae Christus occidat vobis, & gratia sua lumen propter ira conseruat tenebras, vobis subtrahat. Ergo case te ne ira efficiatur pridiana, quinimò de corde vestro pel latur, priusquam occidat lux ipsa visibilis, ne vos deserat lux inuisibilis. Quod si in ira perseueraueritis, profecto di abolum apud vos retinetis. Vnde subdit:

Nolite locum dare diabolo.

*Iratus
diabolo lo-
cum dare* Ut enim deo locus in pace est, ita & diabolo in ira locu damus. Iratus enim mala cogitat. Et per cogitationem malam, se diabolus ingerit ut peragat mala. Murua verò dilectione diabolo obstitutur. Quādū enim vniis animis en mus condensati, nihil ille de suo est illatus, nepe qui nul lum inueniat insinuandi se locum. At quam aliquid inter nos dissidium fuerit, velut occasione inuēta ubi caput im mittat, serpētis ad morem mox reliquam corporis mol ingerit. Exercitus vniuersus & confertus resistit hostibus, dis persus facilè superatur. Itaque, inquit, per mansuetudinis virtutem ira furem superantes, nouum hominem abie cto procul odio induite, & ad fraternalm vnanimitatem (per quam solam diabolum à vobis propellere possitis) quātius redite.

*Odiū abū-
ciendum.* Quo ad tertium veteris hominis membrū vti que deponē dū, iniustitiam scilicet, & furta, consequēter subdit dicent:

Qui furabatur, iam non furetur.

*Furta vi-
tanda.* Furtum enim repugnat iustitia, sicut ira mansuetudini. Vnde nisi quis furtum deponat, non potest illum nouum hominem induere, qui secundum deum creatus est in iustitia. Neque tamen dicit supplicio afficiēdos esse furaces sed desinant malè facere, & à furto abstineant. Nam infere supplicium criminosis, exterioris & humani iudicij est, id verò quod Apostolus dicit, Christi doctrinæ & pietatis est, à furto videlicet & cæteris criminibus resipiscere. Ut autem perfectè renouetur quisquis fur ante fuerit, non modò iam non furetur, sed sicut consequenter subdit:

Marij

magis autem laboret operādo manibus suis quod bonum est, vt habeat unde tribuat necessitatem patienti

¶ Innuit non esse satis à peccato desistere, sed insuper cōtrarium iter inire necesse est. Malis olim facinoribus incubisti, nunc bona exerce laborando, tum vt labor atterat corpus quod ex otio prauo didicerat, tum vt habeatur unde & vitam hanc degat, & conferre etiam in alios possit qui antehac multis substraxerat, & benefic⁹ fiat. Quum autem dicit: Laboret operando manibus suis quod bonū est, honestum & licitum suader exercitium laboris. Vide non sat erat Zachæo cessare ab iniquitate & iniuria, nec etiam in quadruplum omnia restituere quæ fraude sustulerat, nisi & egētibus etiam dimidium bonorum suorum iam misericordia erogaret.

*cur manibus operandum.
Luc. 19.*

DOMINICA XX

post Pentecosten.



Vide itaque fratres quomodo cautē ambuletis. Ephes. 5.
In hac lectione edocet nos Apostolus primò per sanctam prudentiam perniciem vitare. Secundò, per opitulationem spiritus sancti quæ salutis nostræ sunt operati. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Sed impleamini spiritu sancto.

¶ Circa primum dicit: Vide fratres quomodo cautē ambuletis. Premiterat pristinos eorum errores cōmemorās, Fueritis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. Et paucis iterpositis, subdit: Vide itaque quomodo cautē ambuletis, concludens ex eorum pristinis erroribus & facinoribus prauis, sanctam exinde seruandam esse prudentiam. Vbi tria per ordinem facit. Primò enim monet prudenter & cautē ambulare. Secundò, monet sapientiam exercere. Tertiò, docet imprudentiam vitare. Secundum, ibi: Non quasi insipientes. Tertium, ibi: Propterea nolite.

¶ Circa primum, quum de operibus tenebratum vitandis & arguendis in praecedentibus monuisset, recte nunc

et iiii suadet

DOMINICA XX

suadet cautè ambulandum esse, & prudenti moderatione
 prospiciendum quomodo sit viuendum, & quomodo viue-
Quare repris-
denter am-
bulandum. tium improbè praui mores sint arguendi. Cautè enim am-
 bulandum est, quia multi seductores exierunt in mūdum.
 Seducunt enim incautos multa. Primò, libido carnis, quæ
 dicitur sensualitas. Secundò seducit ipsa quæ sensualitatē
 fouet, hæreticæ suasionis peruersitas. Tertiò, seducit incäu-
 tos fallax suggestio dæmonum. Quartò, seducunt innume-
 ros suasiones & exempla hominum corruptorum.

*Primum concipi-
 scientia. carnis.* ¶ Primò igitur cautè nobis ambulandum est, ne nos sedu-
 cat libido seu concupiscentia carnis, voluptas utique vilis
 & modica, tempore breuis & fragilis, & quæ non nisi ab-
 sente sole iustitæ (quasi in quodam hyemali frigore, extin-
 cto illo igne quem dei filius mittere venit in terram) coa-
 luscit, mox in aquam tribulationis & tristitiae resoluenda,
Luc. 12. Luxuria voluntas glaciei cō-

paratur. vt meritò glaciei fragili comparetur. Hæc fallit innumer-
Sapien. 15 ros, qui vitam suam lusum æstimantes, in æternam cala-
tob. 21. mitatem sunt absorpti. Ducunt enim in bonis dies suos, &
Prou. 2. in puncto ad inferna descendunt. Hi nimurum iis rectè ad
 similantur, qui ludentes incedunt super tenuem & fragilem
 glaciem, quos ipsa glacies sub eorum pedibꝫ subitò dum
 nō speratur dirupta, inopinata ruina absorbet imprudiosos.

Persius. ¶ De qua carnis libidine Salomon sub metaphora mereti-
 cis loquens ait: Inclinata est ad mortem domus eius, &
 ad inferos semitæ iphius. Omnes qui ingrediuntur ad eam
 non reuertentur, neque apprehendent semitas vitæ. Cui
 etiam consonat illud quod per quandam Sapientem di-
 catum est.

Sed stupet hic vitio, & fibris increvit opimum
 Pingue, caret culpa, nescit quid perdat, & alto
 Demersus, summa tursus non bullit in vnda.

Luc. 14. ¶ Et vnde rursum voce vnius (omnium eorum vice loqui-
 tis) in Euangelio dicitur: Vxorem duxi (id est, carnis volu-
 prati me addixi) & ideo non possum venire.

*Secundum est, hæreti-
 ca suasio.* ¶ Secundò cautè ambuletis, ne vos seducat hæreticæ per-
 suasionis peruersitas. De qua nos cautos reddens beatus
2. Pet. 2. Petrus, dicit: Fuerunt ut pseudoprophetæ in populo, sic e-
 runt & in vobis magistris mendaces, introducentes sectas
 perditionis, & cum qui emit eos dominum negant, super
 ducentes

ducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, quibus iudicium iam olim non cessat, & quorum perditio non dormitat. Multi, inquit, sequentur eorum luxuriam. Loquuntur enim hominibus placentia, & quum sint ipsi servi corruptionis, libertatem ceteris pollicentur, ut quum fuerint liberi iustitia, servi peccati efficiantur. Quia vero menda eam libertatem datur in occasione carnis, vtile magis esset eis iustitia praceptis ligatos esse, quam solutos & liberos ad faciem dum mala. Vnde sicut ille peccat, qui freneticum in vinculis iam dudum salubriter custoditum soluit, ut & sibi & aliis inferat mala, sic nimis & ille qui mala agere volenti perniciose libertatis laxat habenas. An non praefat lethaliter sauciati vulnera salubriter alligata esse ad curationem, quam alligatura reiecta, cruenta rursum, & renouata vulnera adferre mortem? Videte ergo ne quis vobis falsam libertatem promittens, huiuscmodi fraudulenta persuasione vos seducat. Nam multi venient, inquit, in nomine meo dicentes, ego sum Christus, & multis seducent eos scilicet qui via arcta quem dicit ad vitam contempta, latam illam eligent quem dicit ad perditionem, sequentes ilorum luxuriam.

¶ Qui non immerito comparandi sunt iis qui factio seditionis relictis ciuium suorum legibus, sequuntur coniurationis authorem. Tales reuera isti sunt, qui nunc coniuratione facta consurgunt aduersus dominum, & aduersus Christum eius, tunicam ipsius inconsutilem ausu nefario scidentes, & dispergentes per sectas & schismata, quos ipse sua morte congregauit in unum: quorum factio quam habitura sit finem, satis evidenter ostendit B. Petrus Heretico dum ait: Superducentes sibi celerem perditionem. Horum agminis dux, & antesignanus non incongrue illi AEgyptio signanus comparatur, de quo in Actis Apostolorum sub interrogatione scriptum est: Nonne tu es AEgyptius qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia sicariorum? Est autem sicarius qui sub vestimento pacis gerit vase interfectionis, pacem simulans quum sit homicida & latro. Cuius schematis sunt haeretici universi, qui veniunt in vestimentis ouium, Euangelium, & Iesum

*2. Pet. 2.
Rom. 6.
Galat. 6.
Libertas
ad mala
deterior
vinculis est*

*Luc. 21.
Matt. 7.
Quales
sint here-
ticoru fa-
ctiones se-
ctantes.
Ioh. 19.
Ioh. 11.*

*rum ante-
signatus
ad simila-
tur.
Act. 21;
Sicarius.*

DOMINICA XX

Mat. 7. & Iesum ore dictantes, intrinsecus autem sunt lupi et paces, Christi gregem dissipare, laniare deuorare, sibi que incorporare satagentes. Sed à fructibus eorum cognoscetis eos. Siquidem defectione seditiosa à Christi castris abeuntes, A Egyptium, id est, tenebrosum hominem,

Luc. 15. & filium tenebrarum sequuntur, fallacibus illius promissis seducti, illis profecto non dissimiles, de quibus Lucas in Euangeliō refert, quod quum in deserto sacrificarent coniurationem suam prophano firmates sacrificio, superueniens Pilatus occidit eos, miscēs sanguinem eorum in sacrificio.

Hæretico-
rū cohors
ad simila-
tur.

Iud. 1.

¶ Et quidem isti sacrificantes in excelsis ritu sacrilego per superbiā, segregantes semetipos ab unitate catholicæ et cœlestiæ, animales spiritum non habētes, in prophanis & sceleratis suis ausib⁹ peribūt, sicut & iam perire cœperunt. Quibus utinam nihil grauius corporali nece accidisset, & non in erroribus suis & blasphemias, rapinis & cædibus, sacrilegiis, ecclesiārum & monasteriorum deprædationibus desolationib⁹ usque (quasi prophanis & detestandis sacrificiis suis, quæ nimirum ex fide se omnia facere asserebant) præoccupati, nece perissent. Et vide quām impiis factinoribus sacrilegæ coniurationis suæ primordia fecerunt, omnia hæc deo permittente, ut nulli dubium sit esse arborem malam, quæ fructus istos pessimos attulerit. Sed victimæ impiorum abominabiles domino. Non licet olim offerre deo sacrificiū extra locū quē ad hoc elegent dominus. Hoc nimirū lege portendēte, quod extra ecclesiasticam & catholicam unitatē placere deo impossibile est.

Coniura-
tionis sue
primordia
qualiter
fædave-
rūt.

Pro. 15.

Deut. 16.

C. 28.

¶ Tertiū est fallacia demoni. Diabolus suggestiōnibus acquiescētes quales.

Tertius. 8.

Ier. 41.

¶ Tertiū cautē ambulādum est, & cauendū ne seducantur à tentatione & suggestione dēmonū, quæ proculdubio in predictos errores (quasi in quædam deuia) impellit incertos, modò tamen spontanei huiuscmodi suggestionē sequantur. Qui nimirum similes illis sunt, qui sciētes & volentes, ad propriam necem sequuntur latronem: aut certe perituro furi, qui ad suspendium sequitur carnificem preceuntem. Sanè homicida ille fuit ab initio, cuius omne studium est insatiabiliter fundere sanguinem animarum.

¶ Cuius figuram bene expressit Ismaël filius Nathaniæ de semine regio (sicut in Ieremia scriptum est) Is enim quum proditoric

proditoriè Godoliam præpositum terræ peremisset, consi. *Ostentata*
mili dolo occidit & septuaginta viros venientes de Siché res operū,
& de Silo, & de Samaria, qui scissis vestibus & squallētes,
thus habebant & munera in manibus, ut offerrent in do-
mo domini. In quorum occursum egressus de Masphat &
ipse incedens & plorās ibat. Quūmque occurrisset eis di-
xit ad eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam. Qui quū
venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos. Inueti verò
sunt inter eos decem viri qui dixerunt ei: Noli nos occide-
re, quia habemus thesaūrum in agro, frumenti & vini, hor-
dei & mellis, & cessauit ab eis, & non occidit eos.

Iste homicida diaboli typum expressit, qui semper opti. *Moraliter*
mo cuique, præsertim prælato insidiatur. Inuidia nempe
cruciatur & tabescit, quū sciat ipsa cœlestis origine, terri-
genas sibi in cœlo præferri. Adiungit ergo se peccatiētiam
super peccatis suis agentibus, qui thus orationis & mune-
ra piorum operum afferunt ante deum. Qui quū bona o-
*pera sua ad vanam gloriam palam ostentant, ab illo per- *Operabo**
*cutiuntur. Reliqui verò decē qui thesauros habebant ab- *na cœlētēs**
*scinditos in agro & mortem euaserunt, illos designat qui *Mat. 6.**
*dominica imbuti disciplina, attendut ne iustitiā suam fa- *Ibidem.**
ciant corā hominibus ut videantur ab eis, quorum in ope-
ribus piis ignorat sinistra quid faciat dextera. Isti enim la-
tronis illius cultrum euadunt. Graditur autem cum his,
qui sibi ipsi placentes, propriam gloriam querunt, ducens
illos ut seducat, seducens ut perdat. Nolite itaque per ostē-
tationē vestri occasiō dare diabolo, sed videte quomo-
do cautē ambuletis.

Quartō cautē ambulandum nobis est, ne seducamur sua *Quartum*
*sionibus vel exemplis malorum hominum & corrupto- *quod sedu-**
*rūm, ne simul cum illis & ipsi intereamus. Hinc enim nos *cit, sūt ex**
*præmonuit Salomon, dicens: Fili mi, si te lactauerint pec *empla ma-**
*catores, ne acquiescas eis. Si dixerint veni nobiscum insi- *liorum.**
diemur sanguini, abscondamus tendiculas contra infon-
tem frustra, omnem pretiosam substatiā reperiemus, im-
plebimus domos nostras spoliis, sortem mitte nobiscum,
marsupium vnum sit omnium nostrūm. Fili mi, ne ambu-
les cum eis. Prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes
enim eorum ad malum currūt. Et post pauca: Ipsi quoque
contra

DOMINICA XX

contra sanguinem suum infidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. Horum itaque sunt fugienda cōfria, alioqui amicus stultorum similis efficietur. Et qui comunicat superbo, induet superbiam. Et ut quidam ait:

Grex totus in agris

Vnius scabie cadit & porragine porci.

Sic pomum integrum à corrupto inficitur

Vuāque cōspecta liuorem ducit ab tua.

Praeutorū ¶ Itaque prohibe pedem tuum à semitis eorum, & ne ambules cum eis. Ruunt enim in propriā perditionem.

fugienda ¶ Quis tam demēs ut illum sequatur, qui sese vel in ignē

societas. Gene. 19. vel in aquam proiicit, aut de alto saliens præcipitio se col-

Lidit? Si Loth(tamerisi iustus) angelico monitu Sodomam

Luc. 22. egredi noluisset, vtique periisset cum illis. Quandoquidē & ipse Apostolus Petrus quū inter impios versaretur, negauerit se nosse hominem, quem pauldantē confessus fuit deum. Videte ergo quomodo cautē ambuletis, & quorum vosmetipos adiungatis contubernio.

¶ Cautē proinde ambulandum est, non modō ut non sedu-

caris vel lēdaris ab aliis ipse, sed etiam vel hac ratione

MAT. 18. quām maximē, ne forsan dicto vel facto minus recto ali-

Proximū um ipse lēdas præbens, illi occasionem ruinae. Mola asina

scandaliza- riæ memineris quā præstat collo habere adligatam & cū

re quā sit ea demergi in profundum maris, quām scandalizare vnu

graue. de pusillis credentibus in Christum. Quod si tanta pœna

dignum crimen est scandalizare vnum, quid erit de iis qui

vel exemplo malo vel prauo dogmate corrumpunt & perdunt innumeros? Quod si quis proximi offenditionem vel

scandalum vitare cōtempserit, is vtique nec ipsius Christi

verbis se fidem habere demonstrat dicentis: Vnde mundo

ab scandalis, scilicet ab aliis subministratis. Veruntamen

vnde multo grauius homini illi per quem scandalum venit.

Vnde & propter scandali vitationem omittere debes nō

modō quod est malum, sed etiam illa bona quæ sine detri-

mento salutis æternæ præteriri possunt, si ex illis te noue-

Taxantur ris proximū scandalizare, nisi illi rationē de facto tuo sed

scienter dens, scias illum non amplius hinc lēdi.

submini- ¶ Si autem eo animo dicas quippiam aut facias vel etiam

strates of quippiam omittas, ut per hoc alterum lēdas, prouoces,

fendicula, irrites

irrites, offendas, sciens ex hoc illum cōturbanandum & factum tuum grauis scandali & offensionis materiā fore, & tamen illam sponte subministraueris, id omnium grauissimum scandali genus. Nec audiendus es si dicas propter tam modicā occasionem non debere illum adeò grauiter conturbari, quia quo fuit illa (tu dicis) occasio minor, eo minori negotio potuisse hāc euitasse. Sed maioris te nequitiae reum ostēdis, qui modicum id, propter dei legem vitasse contempseris.

TOAH. 18.

¶ Porro nonnulli qui sibi religiosi esse videntur, qui & dicunt, nobis nō licet interficere quenquam tamē gladio vel fuste nō percutiāt, nequaquā tamē lauant inter innocētes manus suas, quum interim percutiāt atrociter proximum suum lingua, & quidem acerbū vulnus infligētes. Percutiunt insuper illū occasione qualibet etiā parua (vt ipsi dicūt) ex qua tamen nouerunt magnum proximo dolorē parari. Propter quod meritō inter veneficos sunt cōputandi, & abiiciendi procul à gloria dei, sicut in Apocalypsi scriptum est: Foris canes, & foris benefici. Sicut enim nō refert si volūtate & studio proximum occidas, siue id gladio pegeris, siue fuste, siue pugno, siue veneno: sic nec interest quę vel qualis illa sit occasio quā tu sciens & volens studio nocendi subministras, vt lādas fratrem. Legis quidē tibi expedire molam asinariā, & cum illa demergi in profundū maris, quām id facere quod reputas esse parum. Legis hoc & negligis, nō aduertis corde. Verbū dei nō capit in te, cōsuetum & quotidianum tibi est, & viluit tibi assiduate, quasi ideo dūtaxat verbum hoc à Christo de scādali vitatione prolatū sit, vt legatur, & hoc satis sit. Sed iota vnum, inquit, aut vnum apex nō prēteribit à lege, donec omnia fāt. Hoc saltē aduertas. Si obnoxio est proximo quisquis illi in re tēporali quippiā damni intulerit, tunc insontē te dices qui tranquillā proximi mentem perturbas, pellēs inde habitatorem dominū (cuius nō nisi in pace locus est) & pacatā perturbas & oneras cōsciētiam, prēsentim quum hāc interiora animi bona tāto bonis exterioribus preferantur, quantum anima corporis, & cōlū terræ? Videte ergo quomodo cautē ambuletis, ne cui vel inimicitie, vel odij, vel perturbationis somitē prēbeatatis.

APOC. 22.

MATT. 5.
Argumē-
tum à mi-
norē.

¶ Secun-

DOMINICA XX

Secundò monet Apost. sapientiā exercere, quum dicitur
Non quasi insipientes, sed ut sapientes.

Ac si dicat: Et si insipientes & increduli nesciat quomodo oporteat eos cautè ambulare, & omne peccatum & scandalū cauere, huius breuissimæ vitæ tempus in superuacuis terentes, vos tamen qui Christum ex Euāgelio nostis, longè aliter conuenit in hoc mundo versari, videlicet

Eccle. 2. sicut decet sapiētes. Porro de sapiente scriptum est: Oculi sapientis in capite eius. Verū ut cognoscas quis sapiēs dici iure possit. Is pfectō qui habet oculos in capite, cor in dextra, os in corde, manus in opere. Itaque sapientem ex facie, ex corde, ex ore, ex opere cognoscis.

1. cor. 11. De primo dictū est: Oculi sapiētis in capite eius. Caput Psal. factō sapiēs est, cuius intētio tanquā ocul⁹ animæ iuguet Proph. 18. in Christū fertur, qui prouidet dominum in cōspectu suo ibidem. semper, & illi studet in omnibus placere. Porro oculifullus Matt. 7. torū in finib⁹ terrę. Oculi sapientū respiciunt seipso, oculi stultorū se neglecto cōsiderant alios. Sed quid vides festucā in oculo fratris tui, trabem autē in oculo tuo nō vides?

Eccle. 10. De secundo scriptum est: Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Teste siquidē Euāgeliō, in isti ad dextram, impīj ad sinistram in die iudicij cōstinentur. Ergo per dextrā bonum, per sinistram malū: per dextrām viam domini, per sinistram huius seculivana gaudia accipimus, sicut per Salomonem dicitur: Vias quæ à dextris sunt nouit domin⁹, peruersę verò sunt quæ sunt à sinistris. Quisquis ergo ad hanc dextrā cor habet, sapiens est: qui verò ad sinistram, stultus. Reuera sapiens es si dext̄a non relinquas propter asperitatem, nec ad sinistram pelliceris propter amœnitatis apparentem voluptatem. Stultus viator est, qui in itinere positus propter amœna prata quæ conspicit, obliuiscitur quō tendebat.

Eccle. 21. De tertio scriptum est: In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapiētum os illorum. Dicitur autem hac ratione Proph. 12. fatuus habere cor in ore, q̄ mox per os ebullit quicquid in corde illi natū est, sicut Salomon ait: Os fatuorum ebullit stultitiam. Sapiētis verò os idcirco in corde illius esse dicitur, quia sermo illius (ut Apostle docet) in gratia semper est

per est sale conditus, & quia prius venit ad limā, quā ad linguā. Nō enim sine deliberatione praevia loquitur. Hinc ^{Exemplum} ipsa domini mater auditio nuntio cœlesti tacēs cogitabat ^{in matre} qualis esset salutatio. Cogitabat ^{utique} priusquam loque- ^{domini.} retur, sicut scriptum est: Os iusti meditabitur sapientiam. ^{Luc. 1.} Post meditationem verò sapientiæ, & lingua eius, inquit, ^{Psal.} loquetur iudicium. Cōsiderat autem in meditatione quæ verbo prævia est, quid, cui, quo loco, quo tempore, coram quibus loquatur.

¶ De quarto scriptum est: Sapiens ædificat domum, insi-
piens extuctam quoq; manibus destruit. Aedificat bene ^{Prou. 14.}
operando, destruit peccando. Sed vñus ædificans & vñus ^{Eccle. 34.}
destruens quid prodest illis nisi labor? Quid prodest pos-
tum fundamentū euertere, & sine fundamento ædificare?
Quid prodest quædā bona facere, & in peccatis perseue-
rate? Dicit B. Augustinus, quod sicut non impediūt à vita
æterna iustū quædā peccata vñmalia, sine quibus p̄sens
hæc vita nō viuitur, sic ad vitam æternam nō prosunt im-
pio aliqua bona opera, sine quibus diffíclimè vita cuius-
cūque etiam pessimi hominis inuenitur. Sapiēs ergo ille
est qui ædificat domum non ruiturā, iuxta quod in Euan-
gelio dominus dicit: Omnis qui audit verba mea & facit ^{Matt. 7.}
ea, assimilabitur viro sapiēti qui ædificat domū suā supra
petram, & descendit pluia, & venerunt flumina, & flau-
nunt venti, & irruerunt in domū illam, & nō cecidit. Fun-
data enim erat supra petrā. Et omnis qui audit verba mea
& non facit ea, similis est viro stulto qui ædificauit domū
suā super arenam. Et descendit pluia, & venierunt flumi-
na, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illā, & ceci-
dit, & fuit ruina illius magna. Habet itaq; sapiens manū
in opere prudenter ædificans super petram, quod cōdifica-
tum possit permanere. Verūm quia plurimæ sunt huius vi-
tae necessitudines, & delinquendi occasionses innumeræ,
quæ hominem ab hoc opere auellat: ideo necesse est ab-
rumpere nodum, præscindere funem, superuacuā cōtem-
nere, aure surda mortiferos syrenarū cantus pertransire,
auertere oculos ne videat vanitatē, & omnibus aliis præ-
termisis, operari cibū non qui perit, sed qui permanet in
vitam æternam. Vnde subdit, dicens:

^{Iean. 6.}

Redimen-

DOMINICA XX

Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

¶ Redimere tempus, hoc est, præparantes vobis opportunitatem seruendi deo. Dicitur autem ille tempus redemptus quidem qui aliquid de suo impedit, ut temporis aliquid recipiat, verbi gratia: Quum das nummum ut accipias panem, aliquid amittis & aliquid acquiris. Sicut ergo perdis numeros ut aliquid acquiras, sic & aliquid de tempore perdas (quo soles in curis secularibus transfigere) necesse est, viemas tibi quietem cordis. Ille etiam tempus redimit, qui quod præterito tempore minus egit, maiori nititur diligenter compensare, dimidians dies, quod impij non faciunt, dicente Prophetæ: Viri sanguinum & dolosi non dimidiant dies suos. Quidam vero nec incipiunt. Idem est dicere: Alij moriuntur in Aegypto, alijs in deserto, alijs in terra sancta. Quoniam, inquit, dies mali sunt.

Dies quoque nemo putet Apostolum accusare hanc visibilem lucem re dicuntur, quæ nobis dies vocatur, horas ipsas vel tempus, iis enim nominibus malis. potest inesse malignitas. Sed dies esse malos dicit, tu propter miseriæ, tum propter malitiæ hominum. In his enim diebus multa contingunt quæ mala sunt, quæ admodum dicere solemus: Malum traxi diem, quia in ea nobis aduersa cõtigerunt, vel alia quæ non placet per prauos nobis homines sunt ingesta. Quia enim homines mali sunt, ideo dies mali dicuntur. Cui enim molesti essent dies & tempora, si homines sibi molesti non essent? Proinde dies mali dicuntur, propter eam quæ de diebus nobis ad penitentiæ concessis districtâ exigemur coram deo iudice ratione, sicut pecunia ad usuram accepta mala vocat, quia cum fœnore repetitur. ¶ Tertiò docet Apostolus vitare imprudentiam seu insipientiam, dicens:

Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sunt luntas dei.

¶ Quasi dicat: Quia tot occurrit mala, tot premunt aduersa, nolite fieri imprudentes, id est, improuidi, sed sitis circunspecti, intelligentes quid deus à vobis requirit, id videlicet, ut prauis hominibus nullam vos incessandi offeratis occasionem. Id nanque deo est placitum, ut nullis in rebus coargui possitis. Vnde & alio loco dicit: Sine offensione Iudeis & Gentibus. Et iterum alibi: Si fieri potest

poteſt quod ex vobis eſt , cum omnibus hominibus pacē habentes. Et ad Thesſalonicenses ſcribens ait: Hęc eſt vo luntas dei ſanctificatio vestrā. ^{1. Thes. 4}

¶ Cæterum, quia immoderata vini potatio , & iracundos plerunque reddit & temerarios, ideo ſubdit:

Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.

¶ Quia dixerat , Nolite fieri imprudentes ſed intelligentes: vini autem immoderatus uſus intellecū hominis, vel maximē obnubilat, prudentiā tollit, ingerit imprudentiā, & vehemēter impedit hominem intelligere qua sit volūtas dei, qua cognitione ab humana mente remota, nil ſuperēt niſi vt homo ſuarum libidinū impetus quaſi equus effrenis p̄cipiti ardore ſequatur, ideo cōuenienter p̄cipit, dicens: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſicut effectus in ſua cauſa. Nec tamen uſum vini omnino prohi- ^{Vini uſus} ^{moderat⁹} ^{vtilis.} ^{1. Tim. 5.} ^{Pſal.} ^{Proph. 31.} biter, quum etiam ipſe dominus hunc admiferit, & admittē dum fidelibus inſinuauerit, ſed abuſum damnat & excef- ſum. Non enim dicit: Et nolite bibere viñū, ſed nolite inebriari vino. Vino ſiquidē moderate ſumpto conſequimur ſanitatem, ſicut ad Timotheū ſcribens ait: Iam noli aquā ^{vtilis.} ^{Plinius.} bibere, ſed modico vino utere propter ſtomachū, & propter frequentes tuas infirmitates. Inſuper & lætitiam ad fert, Lætitiat enim cor hominis. Vnde etiā Salomon ait: Date viñum bibere iis qui amaro ſunt corde, ut bibant & obliuiscantur triftiæ ſuæ. Si tamen nimicē bibatur (ut di- cūtum eſt) non modō corpus, ſed & animā ipsam diſſoluit. Proinde ſicut ſine Cerere & Baccho friget Venus , ita & Terētius. Baccho Venus vel maximē prouocatur. ^{Plinius.}

¶ De viñi natura & uſu notandum eſt quod Plinius ait: ^{lib. 14.} Dicit enim: In prouerbiū ceſſit, ſapientiam vino obum- ^{Plinius.} brari. Tanto labore & impendio conſtat , quod hominis tentie no- mentem mutet & furorem gignat , millibus ſcelerū huic tabiles. deditis, ut magna pars hominum non aliud vitę p̄remium intelligat. Et rursus: Vitio datur homini, quod ſoli animātiū non ſitientes bibimus. Dubitatur iam, viñum pluri- bus proſit, an noceat. Ancipiti enim euentu viñum potum aut auxilium fit aut venenum. Proſuſi iure dici potest, neque viribus corporis nostri vtilius aliquid , neque aliud voluptatibus pernicioſius, ſi modus abſit. Multo tempore

DOMINICA XX.

*Salubrī non licebat Romē id fœminis bibere. Saluberrimū aqua
mas aquæ potum natura dedit, quo cætera omnia animātia vntuntur,
potus. at nos vinum bibere & iumenta cogimus. Hæc ille.*

¶ Circa secundum principale dicit:

Sed impleamini spiritu sancto.

*Hic nos docet per spiritus sancti presentiam & opit.
Zach. 9. lationem quæ nostræ salutis sunt operari. Ipsa enim gratia
Vinū ger spiritus sancti vinū est germinās virgines. Vinum, inquā,
minū vir quod gaudio cito lætitificat, & extinguit sitim carnalis &
gines. terrenæ cupiditatis. Hoc vinum non mittitur nisi in vtes
nouos, id est, in corda à vetustate peccati pveram peni-
Mat. 17. tētiam renouata. Petrus quum huius vini modicam stillā
Act. 2. perceperisset, mox omnium cæterorū oblitus ait: Domine,
bonum est nos hic esse. Hinc rursum de Apostolis in die
missionis spiritus sancti hoc vino lætitificatis & corroborati,
Iudæi admirantes dicebant: Musto pleni sunt isti. Ve-
rum dicebant, sed quale mustum illud esset, non intellige-
bant. Hoc vinum dominus cum Apostolis suis in deile-
gno se bibitum iam passioni proximus repromisit. Im-
pleamini, inquit, spiritu sancto, in quo purā & sanctā con-
sequemini lætitiam, quæ nullatenus in tristitiam commo-
tabitur. Verum ut hæc consequaris, inquit, psallite domi-
no cōsuescas. Vnde quum dixisset: Impleamini spiritu san-
cto, subiecit:*

*Loquentes vobis metipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritua-
libus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino.*

*1. Reg. 19. Psallentes nempe legimus spiritu sancto repleri, patuit
Divinorū in lictoribus regis Saul missis vt caperent David profu-
cantorū gum apud Samuelem Prophetam. Quum enim venisset
quāta sit vbi erat cuneus psallentium, cecidit super eos spiritus do-
mī, & psallebant etiā ipsi & prophetabant. Quod quum
vuntiatum esset Saul, misit apparatores & lictores alios.
Prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit tertios, qui
Saul vi & ipsi prophetauerunt. Et iratus iracundia Saul abiit & ip-
psalmorū se. Qui quum venisset vbi erat cuneus Prophetatum vati-
adflatū. cinantiū, factus est etiā super eum spiritus domini, & am-
bulauit ingrediens & prophetauit. Et expoliauit etiam
se ipse vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris co-
ram Samuel, & cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde*

& pro-

& proverbiū exiuit: Nū Saul inter Prophetas? Ecce quāta vis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.

Hinc beatus Iacobus : Tristatur, inquit, quis in vobis? oret ex quo animo & psallat. Quasi dicat: Si quem spiritus malus huore aut tristitia huius seculi (quae mortem operatur) oppleuerit, vi canticorum spiritualium propellatur. Quid nō quād & ipse Saul, ut dictū est, rex impius, nempe innocētis persecutor & volūtate iam homicida, psalmentum concentu & ipse adflatus sit? Sicut autem in diuinis canticis psallentes spiritu sancto adflantur, ita & qui carnales canticos modalantur, spiritibus impuris ad suas mentes aditum parant. Psallentes, inquit, in cordibus vestris domino, non autem hominibus, ut illis vel placeatis vel satis faciatis, sed domino. In corde psallere, est sensu & mente decantare, nō corde obtorto & inquieto. Ille etenim corde canit, qui canēdo deum intentius meditatur, & mente versat.

Verum quia in his canticis spiritualibus gratiarum actio & vox laudis obtinet principatum, ideo monet cōsequēter ad gratiarum actionem, dicens:

Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri.

Ergo gratiae agendae sunt semper, tam tristitiae tempore quam lētitie, tam infirmitatis tempore quam tempore sanitatis, & pro omnibus quād dispensante deo nobis cœnunt. Vade & pro aduersitate agēdæ sunt gratiae sicut pro prosperitate.

Discamus ergo gratias agere non modo ob partā quieti & ocium, sed & quād graue aliquid patimur quod nos mōrōe afficiat. Neque enim ob bona duntaxat nobis à deo collata, quin etiam vel in mediis malis, & rerum earum ob gratiam quas vel ignoramus vel nouim⁹. Et cunctis nempē rebus vel prosperis vel aduersis afficit semper nos beneficiis de⁹, tametsi nos id lateat. Tenetur sine & deber medico gratitudinē ēger, non modō quād senioribus illi subuenit fomentis, sed etiā quād validioribus & asperioribus remediis depellit morbum. Has gratiū actiones debemus ei qui est nobis deus per fidē, qui & pater est Christi notionē æterna. Ego, inquit ad filium,

carnales
canticos
quid efficiant.

in corde
psallere
quid sit.

Gratias
qualiter
agere debemus.
Simile.

DOMINICA XX

hodie genui te. Hodie, id est, in die æternitatis, quæ æternitas est sine principio & fine, cui omne nostrum prætentum & futurum instataneè præsens est. Nobis etiam ipse pater est, sed non sicut Christo. Illi nempe naturaliter pater est, nobis vero per adoptionis gratia pater esse dignatur. Verum in nomine domini nostri Iesu Christi gratias agere debemus, hoc est, quum illas agimus & Christi nomen est præferendū, & eundem illum cōplete debemus, cuius interuentu nos pater adoptauit, qui eius est filius proprius (ut dictum est) per quem & nos patrem ipsius cognouimus. Itaque quum patri gratias agimus, agamus illas & filio qui à patre in substantia discretus non est, & nihilominus spiritui sancto, cuius est cū patre & filio deitas eadem, & individua substantia.

Eccle. 15. ¶ Quia vero non est speciosa laus aut actio gratiarum in ore peccatoris, nec acceptat munus nostrū domin⁹ quod offerimus, nisi fuerit inter nos unitas charitatis, ideo charitatem hanc in medium adducens Apostolus subdit:

Subiecti inuicem in timore Christi.

¶ Charitate siquidem alter alteri subiici debemus, nō reūnius terrestris formidine, sed Christi timore. Qui enim ob Christi amore per mutuā charitatem inuicem se subdiderint, quādiu tali sunt nexus deuincti, nec à deo nec ab inuicem dissolui poterūt. Nec tātū subditi prælati, sed

Prelatos & prælati subditis subiici debent seruiendo in charitate, **pter sub** & salutis eorum curā humiliter gerēdo. Nam & si **ditos esse.** rum sit dignitas, administratoria tamen est. Subditi enim non sunt propter prælatos, sed econtrariò prælati propter subditos cōstituitur. Hinc Apostolus: Quum liber, inquit, essem ex omnibus, omniū me seruum feci. Est ergo maiorum salua tamen dignitate, seruire, sicut humiliter obediere, minorum est & subditorum. Hęc autem tam maiorum quam minorum ordinata debet esse subiectio in casto timore Christi, qui omnibus humilitatem mandauit.

DOMINICA XXI

post Pentecosten.

Decim⁹



*E cætero fratres confortamini in domino, & Ephe. 6.
in potentia virtutis eius.*

Tin hac lectione Apostolus Primò nos hortatur assumere sanctā fortitudinem. Secundò, nos iubet capessere dei armaturam. Tertiò, subne^ctūt hui^o armaturæ descriptionem specificam. Primū facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Induite vos armatum
ram dei. Tertium, ibi: State ergo.

Circa primum est aduertendum.

Quemadmodum Apostolus ante lectionis istius initiū specialia quibusdā præcepta dedit cōuenientia statui eorum & cōditioni. Nā filios quomodo se erga parentes gerat informás, ait: Filij obedite parentibus vestris in domino, hoc enim iustum est, honora patrem tuum & matrem tuā, quod est mandatum primū in promissione, ut bene sit tibi, & sis longævus super terrā. Parentes nihilominus informás subdit: Etvos patres nolite ad iracundiā prouocare filios vestros, sed educate illos ī disciplina & correptione domini. Et instituēs seruos subiecit: Serui obedite dominis carnalib^o cū timore & tremore in simplicitate cordis vesti sicut Christo, nō ad oculū seruētes, quasi hominibus placētes, sed ut serui Christi facientes voluntatem dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus, scientes quoniam vnuſquisq; quod fecerit bonū hoc recipiet à domino, siue seru^o, siue liber. Dominos quoque seruorum consequenter docet, dicens: Et vos domini eadē facite illis, remittētes minas, sciētes quōd & illorum & vester dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud deum. Et inde subiungitur initium lectionis quā modo tractare habemus, vbi dicit:

De cætero fratres cōfortamini in domino. Vbi post specialia præcepta dissimilium statuum personis data, admonet omnes, ac si dicat: Hucusque vos iuvi & instruxi verbo & exemplo, iam verò propter Christi gloriā me invincis cōstituto, in futurū o fraters fide & dilectione, confortamini in domino. Quū enim multa eis iniūxisset quæ fortasse quibusdā factu difficiliora videri possent, ut hos consoletur: cōfortamini, inquit, in domino, nil veriti quin

DOMINICA XXI

Cōfortari ea quæ ipsius sunt exequi cuncta possitis, quin & in dei po-
debemus tentia confidite plurimum. Ea enim vos confortante po-
in domino teritis omnia. Confortamini itaque non modò in aggredi-
endo fortiter ardua ad gloriam ipsius, sed etiam in hac lu-
cta qua vita vestra tā à spiritibus malignis quam à pranis
hominibus exercetur super terram. Ut autē possitis & quæ
bona sunt facere & in temptatione fortiter & inconcussè sta-
re, & insuper & quæ dura sunt (si opus fuerit) pro Christi
nomine & amore perpeti, confortamini in auxilio domi-
ni, & in potentia virtutis eius, quia pugnare volentibus ad
suam gloriam, & ipsius opem flagitantibus, ipse dat potē-
tiam & virtutem.

*Deimune
res fortes
esse posse
nus.*

Ephe. i.

Mat. 11.

*Patris suū
migratiā
qui merē-
tur.*

Hac autem vel potissima ratione confidere debetis in
domino, qđ ipse vos confortabit, quia videlicet eius mem-
bra effecti estis per fidem. Capitis siquidem est mēbris vi-
tā & virtutem influere. Quum ergo fidelib⁹ caput sit Chri-
stus, quā fieri posset ut illis in necessitate nō succurrat, quā
sit ipse suis adiutor in opportunitatibus, in tribulatione:
Quin potius sperent in te, inquit Propheta, qui nouerunt
te, quoniam non dereliquisti quārentes te domine. Proin-
de quum cœlorū regna nō nisi violenti rapiant, liquet nō
nisi fortes patris summi gratiam & hæreditatem assequi-
turos. Quod huicmodi parabola magis innotescit:
Filios suos quidam præpotens rex ob delicta domo pe-
pulerat, abdicaueratque. Qui quā extrema calamitate in-
certi vagique afflstantur, nobilis quidam princeps tam
patris quam illorum amicus misericordia motus, apud pa-
trem pro illis intercessit. Acquieuit pater, modò tamē cō-
tra hostes fortiter pugnando patris sui gratiam virtute si-
bi prius conciliassent. Itaque nōnulli illorum fortiter a-
gentes & gloriam sibi pariter, & patris gratiam meruerūt
ignavis perpetuū abdicatis. Pater deus, delinquentes fi-
lij, genus hamatum, fidelis intercessor & cōciliator pacis
Christus dominus est, hæreditas patris, beatitudo æterna
à qua perpetuò abdicari, damnari est. Plurimi sibi gloriā
virtute pepererunt, quorum viuent nomina in genera-
tione & generationē, quorum virtutem & facinora præclara-
vobisipsis ob oculos statuentes excusso torpore resipisci-
te, & ut quidam sapiens ait:

Ita nunc

Ita nunc fortis vbi celsa magni
Dicit exempli via, quur inertes
Terga nudatis superata tellus.
Sydera donat.

¶ Circa secundum principale dicit:
Induite vos armaturam Dei, ut positus stare aduersus
infidias diaboli.

¶ Hic nos hortatur capessere Dei armaturam, dicens: Induite vos, quasi dicat: Tametsi vos in Dei auxilio confidere conueniat, propter hoc tamen inertiae dediti nequaquam esse debetis, ne deum temere videamini. Nam illos suo dominus auxilio fulcire dignatur, qui propriæ saluti vigilanter intendentes, auxilio sibi diuinitus collato totis viribus cooperantur. Vnde ait B. Augustinus: Qui creauit te sine te non iustificabit te sine te. Quod evidentius ipse dominus in Euangeliō (Iudeis eorum ignauiam & prauitatem, sumque illis saepenumero oblatam frustra gratiam obiciens) ostendit, dicens: Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?

¶ Ego, inquit, volui, sed tu noluisti, non se illis, sed illos sibi met defuisse contestans. Itaque & in domino confidite, arbitrij & nihilominus studio diligentí vobis meti p̄fis adesse curet. Accipite, inquit, armaturam Dei, per quam nimurum denter ad animi virtutes intelligit, sicut postmodum ipse exponit. struitur.

¶ Sed aduertendum est quod nequaquam impugnationes & bellum, sed infidias dixit, utpote qui dolo & machinationibus animas capteret, non virtute. Non enim in aperatum profert hostis ille delicta, sed vel subobscura vel succata. Superbiam enim in excessivo apparatu, in superfluo vel curioso vestitu honestatem vocat. Avaritiam, prouidentiam appellat. Usuram dicit reipublicæ vilitatem. Crudelitatem in ultione sui, iustitiae zelum nominat. Pigritiam & ignauiam haberi vult maturitatē. Pertinaciā, esse animi constantiam defendit. Prodigalitatem, munificentiam ac nobilis animi largitatem. Pasillanimitatem, mētitur esse humilitatē. Sortilegum vetulam nephariis intentā superstitionibus, vult mulierem sapientem, & veridicam appellari.

Matt. 23

DOMINICA XXI

Maleficum similiter & diuinatorē sacrilegū , vocari facit veritatis possessorem. Sic excusat luxuriam aſterēs esse na- turalem inclinationē: fraudem & mendacia in emendo atque vendendo, elle artem vtilem defendit, quōd nimis rem suam vnicuique licet quantum potest pluris vēdere, & quæ sunt aliorum emere mīgoris iusto. Sichypocritim pro sanctitate, loquacitatem & simplicium hominum defi- fionem , pro iucunditate vult haberi.

*Filias sua
as fico dia
bolus or.
Eſa.34.
Ericius*

Sic filias suas diabolus mendaci fico depictas proficit ut fico dia vniuersis, sciens eas in proprio colore detestabiles esse, vt bolus ore eo magis per eas efficiat peccatores , quandoquidem eā nat. quæ defenditur culpa, geminatur. Ibi, inquit Esaias, habuit foueam ericius & enutriuit catulos suos. Ericius animal vndique spinis densissimis obsitum (quod si capere quis. vbi foueā quam velit, citius suum sanguinem quam illius carnem vi habeat. derit) illos non incongrue significat qui post culpam declinant in verba malitiæ ad excusandas excusationes in pecatis, quibus si quis voluerit suadere meliora, illōsque ad peccati proprij cognitionem adducere, citius vel ab iis scā dalizatus exacerbabitur, quam illorum videat humilitatē vel delicti confessionem extorqueat, adeò sunt contradictionum spinis armati. Induite vos, inquit, armaturam dei ut possitis stare aduersus insidias & dolos inimici. Et hæc quidem necessaria nobis est armatura. Sequitur:

Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi retores tenebrarum harum . contra spiritualia nequitice in cœlestibus.

¶ Non hoc intulit ut Christi milites absterreat, sed ut efficiat cautores. Nam ille dux qui suis militibus hostium partefacit vires, suos utique cautores reddit. Nō enim nobis cum hostibus parui momenti & casu oblatis bellandū est, neque aduersus homines passibiles & nostri similes gerēda res est, sed cum principatibus iphis & dæmonum potestatibus colluctandū. Aduersus principes, inquit, & potestates. Ecce quā necessaria nobis est armatura Dei, quū sit nobis regēda cū hoste qui ex occulto nobis mala molitur & ex insidiis, de cuius insidiis & dolis nos cautos redi-
*Leo papa. dens S. Leo papa dicit: Non desinit antiquus hostis dece-
ptionum*

ptionum laqueos vbique prætendere, & vt fidem credentia-
tum quoquo modo corrūpat instare. Nouit cui adhibeat diabolus ad
æstus cupiditatis, cui gulæ illecebras ingerat, cui apponat uerte.
incitamenta luxuria, cui infundat virus inuidia. Nouit
quem mœrore concutiat, quem fallat gaudio, quem metu
opprimat, quem admiratione seducat. Omniū discutit cō-
suetudines, vētilat actiones, scrutatur affectus, & ibi qua-
rit causas nocendi, vbi quemque viderit studiosius occupa-
ri. Non ergo nobis tantum est lucta contra homines qui
visibiles & fragiles & consilio mutabiles sunt, & pace no-
biscum possunt fœderari, vel contra illa vitia tantum quæ
sunt ex carne & sanguine. Sed aduersus principes, id est,
dæmones qui aliis malignis tā spiritibus quam homini-
bus principiantur, & potestates, id est, contra eos qui etiā
super iis possunt qui aliis præsunt. Certum est enim quod
dei seruis authore diabolo exitia irrogātur, siue per mini-
stros suos id faciat, siue per se. Cuius altitudo grandis est,
nec est potestas super terram quæ comparetur ei, qui & ^{rob. 41.}
ipse aduersum nos immortali odio quasi leo frenēs furit.

¶ Contra rectores mundi huius. Non intendit astruere q. ^{Dæmones}
machinæ huius mundi dæmones imperium habeant, sed ^{quorū sūt}
prauis & facinorosis hominibus eos asserit præsidere. Vsi-
tatum quippe est in literis sacris opera mala & ea factitiae
mundi nomine appellari, vti quum dominus ad disci- ^{Ioan. 15.}
pulos suos ait: Vos de mūdo non estis, propterea odit vos
mundus. Illis enim duntaxat dæmones imperat, qui vltro
se dæmonibus subdidere. Et ideo quum dixisset eos esse re-
ctores mundi, addidit tenebrarum harū, quasi dicat: Recto-
res sunt eorum quos ignoratiæ tenebris inuolutos ad cul-
parum tenebras deducunt, quæ dicuntur opera tenebrarū,
qui tandem euiciendi sunt in tenebras exteriōres, vbi erit
fletus & stridor dentium. Talem itaque mundum regunt
dæmones, qui deum non cognorūt contra quos serui Dei
perpetuas habēt inimicitias, & illi aduersum eos, quia &
quod patiuntur homines importunos, illi inuisibiles faci-
unt. Instigant enim & inflammant eos, & tanquam vasa
sua mouent, & velut propriis organis his operantur.
¶ Nam sicut eos qui lux sunt, spiritus Dei gubernat, sic &
eos qui sunt tenebre, ad omne nefas diabolus instigat. Nō
secus

^{Hominib⁹}
^{malis quæ}
^{liter dæ-}
^{mones re-}
^{tuntur.}

DOMINICA XXI

secus ac si eques aliquis, equum cui sedet quounque voluerit freno & calcaribus impellat. Nouerimus itaque non contra hominem malum, sed potius pro illo contra diabolum qui in illo operatur, nos decertare debere, atque satagere ut diabolus pellatur & angeli eius, & homines ab illo liberentur. Ipsi enim damones (ut dictum est) quasi cœquites contra nos pugnat equis & hominibus. Equi enim illorum caro. Equites ergo occidamus, & equos possideamus. Non enim contra equos, sed equorum rectores & ses foræ bellum geri consuevit.

Ez. 31. 1. impugnā tuū nos astus & rū. ¶ Contra spiritualia nequitæ in cœlestibus. A struit cōtra hostes inuisibilis & spirituales nobis esse certamē, quia men ipsi nos videat, longa iam olim exercitatione in iusmodi bello solentes, qui probè nouerunt quo loco illatum vulnus afferat mortem. Facilè profectò cœcorū militia, solū vñus visu pollens superaret. Nos verò malignorum cōparatione spirituū cœci sumus. Cæterū, quia spiritus sunt, vtique leues & agiles celeresque, à nobis cōprehendi nequaquā possunt. Quia verò spiritus nequitia sunt intelligamus eos omnem animi sui vafriciem, ad nostrū exitium semper intendere. Proinde quia nō pro re parus nobiscum ij bello decertant, sed pro ea re que est omnium maxima. Et ideo quum dixisset nobis esse certamen cōtra spiritualia nequitæ, addidit in cœlestibus. q.d. Magnis de rebus periclitamur, non pro terrenis his & corruptilibus sed pro cœlestibus initium est prælium. Nō enim hæreditatem illam adire possumus, nisi per medias hostium nostrorum phalanges viam nobis virtute fecerimus. Non licuit filii Israel promissam sibi à deo possidere terrā, nisi postquam præliis & laboribus multis hostibus superiores euassissent. Porro spectate domino hæc pugna geritur, qui & perpetua ignominia notabit ignauos, & fortiter agentes laudabit, coronabitque. Vnde canit Sedulius:

Adueniat regnum cœleste, videlicet illud,
Morte carens, & fine vacans, cui nulla per æxum
Tempora succedent, quia nescit tempus habere
Continuus sine nocte dies, ubi principe Christo
Nobile perpetua caput amplectente corona,
Victor opima ferens gaudebit præmia miles.

¶ Denique

*Figura.
Lib. num.
& 10fue.*

Sedulius.

¶ Denique quoniam pro animabus nostris (quibus nihil charius nobis esse debet, quarum perditionem etiam totius mundi lucrum compensare non potest) pugnamus, audi Apostolum consequenter dicentem:

Propterea accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.

¶ Quasi dicat: Quia tales hostes habetis, & de re tanta certamen geritur, & pro animabus vestris depugnatis, propterea accipite armaturam dei qua suos milites indues de tutos reddit. Quibus armis quum illos viceritis qui principes sunt malitiae, & quorum instinctu faxiunt aduersum vos praui homines & vitia carnis, tum facilè superare poteris omnes illorum ministros & clientelam vniuersam. Siquidem duce superato, exercitus facilè dissipatur, fugaturque. Hoc in Holoferne patuit, quo perempto multitudo *iudit. 14.* exercitus illius mox à paucis in fugam versa & victa est. Sed ut vincamus, armatura dei (que in sequentibus describitur) nobis est necessaria, ut ea muniti possimus resistere in die malo, id est, hac vita quæ tota tentatio est.

¶ Dies enim idcirco malus dicitur, quod in eo mala geratur, non diei culpa sed hominis, qui concesso tempore abutitur in delictis. Potest & per diem malum iudicij dies intelligi, quippe in quo iis qui malegerint male erit. Sola autem nos Apostolus quum certaminis hoc tempus esse breue insinuat. Diē enim quum dixit, expressit breuitatem. Porro quoniam post partam victoriam, in ertia, vel otio, aut voluptatibus, plerique soluti, ceciderunt, ideo quū dixisset, ut possitis resistere in die malo, protinus addidit: Et in omnibus perfecti stare, in prosperis scilicet, & aduersis contra vitia & cupiditates prauas. Standum est itaque vel tu maximē, quum victores euasimus, ne victus hostis rursum exurgens victores ipsos pessundet. Siquidē hic hostis vel morte cōfectus reuiuiscat & vires recuperabit, si fuerim⁹ ipsi cardiores & in turpitudinem denuō relabamur. Non ergo propter hostis nostri potētiam debemus nos reddere seigniores, quandoquidem & viribus aucti sumus & cōmuniti, & talibus instructi consiliis & armis, ut colluctari intrepidē cum dæmonibus ipsi possimus. Ob eius enim qui in nobis habitat virtutem, nos illis sumus formidabiles.

*Esto casus
tus etiam
post vicē
riam.*

*Resistere
diabolō o
pitulante
deo nos
posse.*

Quia

DOMINICA XXI.

Luc. 10. Quin & serpētes conculcabimus & scorpiones , ipsomet domino dicente: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem ini mici, & nihil vobis nocebit. **Iean. 19.** Proinde dominus ipse qui ait Confidite, ego vici mundum, hoc dicens, id ipsum à nobis exigere videtur, quod & Apost. suadet quum dicit confortamini in domino. In domino, inquam, qui sicut olim vicit & palam triumphauit aëreas potestates in semetipso, ita proculdubio, & vsq; hodie in mébris suis superat inimicū,

HOMILIA ALTERA.

Ephe. 4. State ergo succincti lumbos vestros in veritate.

SIn præcedentibus Apost. hortatus est nos assumere sanctam fortitudinem & dei armaturā capessere. Hic armatus consequenter describit Christi militis spiritualem armatu ramilitis Christi defensam, speciatim ostendens primō eum debere esse statem cibitum. utique cœlesti cogitatione & intentione. Succinctum cingulo castimonie. Loricatum lorica iustitiae. Calceatum ex clusione affectus auaritiae. Scuto munitum, obiectione ardentis fidei. Galeatum spe futuræ gloriae. Instructum gladio, hoc est, verbo veritatis diuinæ.

Et a militē Primō igitur Christi militē stare necesse est, quod ostendit quū dicit: State ergo, cogitatione, & intentione, & desiderio cœlesti. Quū enim sistendū est aliquid, curādum est rectō in altū tēdat quod sistitur, ut patet de colūna, muris, turribus. Nisi enim huiuscmodi rectō cōstiterint, sed ali quō vergāt inclinēt vel, labi ea necesse est. Et ideo Apost. de statu militis primō cōmonefacit, eū nimirū exigēs statū qui & rectior sit & militē deceat. Is autē rectō consistit, qui nulli rei terrestri & inferiori adglutinatur, nec innittitur cuiquā, quasi per se cōsistere nequeat, cuiusmodi sunt qui gulę vel fraudibus, vel luxurię sunt dediti, vel pecuniarū tenētur cupidine, & luxui, & lasciuie vacant: ij enī ne quaquā rectō cōsistūt, sed vergūt ad ruinā. **Quos** sanè proprij corporis statura erectior reprehēdit. Quū enī cetera a nimātia terrā spectēt, Os homini deus sublime dedit, columque videre iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Ouidim. Quid autem nos doceat huiusmodi corporis habitudo, Humanī corporis statura at. **Humani corporis statura** Boëtius eleganter cecinit, dicens:

Hec

Hæc nisi terrenus malè desipis admonet figura,
Qui recto cœlum vultu petis exerisque frontem,
In sublime feras animum quoque, ne grauata pœsum
Inferior fidat mens, corpore celsius leuato.

Erecta sursum in rectū stant mente, qui verè dicere pos-
sunt cum Apostolo: Nostra cōuersatio in cœlis est, qui ea Philip. 5.
que sursum sunt quærunt, nō quæ super terram. Sed quis coloff. 3.
recto sursum cogitatu tēdere præualeret, si non illic thesa-
rum suum collocauerit? Vbi enim thesaurus tuus est, ibi Matt. 6.
& cor tuum erit.

Secundò, debet Christi miles esse succinctus. Vnde ait: Christi
Succincti lumbos vestros in veritate. Experiētia teste co- militis
stat fortiorē expeditorēm̄q; esse hominē succinctū, quām cinctura
discinctum. Notum est etiam insigne militum antiquitus castitatis
baltheū fuisse, & ob delictū infamia notatos milites, mi- est.
litari cingulo priuari. Quum Benadab Rex Syrię victoriā sibi de rege Israel ante certamen arrogaret, dictū est sibi: 3. Reg. 20
Non glorietur accinctus æquè vt discinctus. Sanè Christi
militem cingulo castitatis hac ratione præcinctū esse ne-
cessē est, p cinctura hæc non soldā vires auget tam ani-
mæ quām corpori, sed & labentem cōfirmat, malisque cu-
piditatibus collabentem detinet, refrenatque, ne in præ-
ceps eat. Lumbos autem, animę vires dicit, quibus ipsa su-
statur, sicut & in animalibus lumbi sunt fundamenti in
modum, quemadmodum & in nauibus Carinæ. Vnde vi-
demus defatigatos laſſitudine, mox lumbos manibus cir-
cumplecti, quasi hoc modo corporis molem sustentātes,
& à fatigatione aliquantulū respirantes. Non secus se ha-
bent hi lumbi spirituales, quos mandat Apost. succingi in
veritate. Præterea quia in lūbis est luxuriæ sedes, dicit do- minus: Sint lumbi vestri præcincti. Super quo beatus Gre Luke. 12.
gori⁹ ait: Lumbos præcingimus, quum carnis luxuriā per Grego.
continentiam coartamus. Quisquis autem lumbos casti- Quot ma-
moniæ cingulo non præcingt, inualidus & effeminate la ex lu-
est, ac Christi militia reprobus, ruiturus proinde in prau- xuria pfi
tates multas, mēdacia videlicet, periuria, obtestatiōes, ciscūtur.
fraudes, rixas, inuidias, homicidia, & his similia, quæ à lu-
xuria carnis plerunque suboriantur. castitas
Nec oīose dixit in veritate, scilicet estote succincti lū- simulata.
bos

DOMINICA XXI

bos mentis vestræ, quia nō vera sed ficta est eorum castimonia, qui tametsi opere nephario libidini carnis non faciant satis, attamen versantur in passione desiderij, cōcupiscentiis & immūdis cogitationibus astutætes. Quos eti timor humanæ cōfusionis vel supplicij coēret ab opere, corā deo tamē qui corda scrutatur & renes, iam rei sunt.

Apocal. 1. Angelus vbi præ- Porrò angelus qui in Apocalypsi p̄cinctus ad māmillas zona aurea apparuit, habitu suo nos docet mētem nostrā nos debere p̄cīngere, non quidem ferro humani timoris, sed aureo dilectionis dei.

cinctus. Proinde ut in veritate simul lumbos mentis nostrę suc cincti, & ut castimonia nostra splendeat coram deo, necesse est eā sanctis moribus & piis operibus adornare. Vnde quum dominus nādasset lumbos p̄cīngere, mox adiecit: Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Quod expōnens beatus Gregorius ait: Lucernas quippe ardentes in manibus tenem⁹, quum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus, ut videlicet filij lucis, imō & ipsi simus lux in domino, non tenebrarū filij, luxi carnis addicti, tenebras semper & latibula quērentes. Omnis enim qui malē agit, odit lucem.

Ephes. 1. 10. m. 3. Posset etiā fortasse per veritatem in qua lumbi sunt suc cingendi, vel ipsa dei cōtemplatio mētalis, vel dei sermo nō inconuenienter intelligi. Nempe verbum dei veritas est. Et ipsa similiter dei cōtemplatio, quid aliud nisi agnitione diuinæ veritatis est? His autē duobus vel maximē frēbū carnis nātur carnis cupiditates. Ama sc̄iētiam scripturarum (ait Hierony.) & carnis vitia nō amabis. Rursum quisquis mē natur.

His duo- buicarnis libido fre- tali contemplatione viderit deum, nequaquā sinet animi sui affectus ad inferiora dilabi, & in carnalibus volutari rebus. Mens enim diuinis irradiata splēdoribus, terrenas voluptates perosa despicit & relinquit, quippe quē magisterio lucis æternæ, cognouit potiora. Vnde & neruum in femore Iacob legim⁹ emarcuisse percussum ab angelo, cū quo ille luctabatur usq; ad ortū auroræ. Vnde ipse ait:

Gene. 32. Vidi dominū facie ad faciē, & salua facta est anima mea. Nimirū hæc lucta, oratio est, in qua caro deorsum, mens sursum cōtendit. Ascensus auroræ, incrementum lucis est & sublimis notitiæ dei Aurora hæc illius diei p̄nuntiata est.

est, quin non videbit occasum, de qua per Prophetā dicitur: Melior est dies vna in atriis tuis super millia.

Tertio, debet Christi miles esse loricatus, vnde subdit:

Et induit loricam iustitiae.

Hæc lorica iustitiae totum corpus includens, tutum reddit vndiquaque. Iustitiae enim est vnicuique; quod suum est tribuere. Vnde & alio loco ait: Per arma iustitiae à dextris & à sinistris exhibeamus nos sicut dei ministros. Imò etiā ante & retro Ante te nimis sunt, coniunx, liberi, famuli, amici, vicini, & assidui coniuctores. Iстis ergo vide quid debeas & perfolle. Post te sunt vita functi. Vide ne forte & illis in aliquo debitor fueris, & quod debes reddere, ne (quod omniū impiissimum est) egentium animarum necator esse iudiceris. Et hoc prænoscens futurum, ut quæ mēlura illis mēlūs fueris, remetiatur & tibi. A dextris sunt qui tibi preferuntur, parentes scilicet, ecclesiæ prælati, patres utique spirituales. Item Reipublicæ moderatores, & consimiles, quos tibi deus esse voluit in hac vita prælatos, tique subiectum illis. A sinistris tibi sunt, quibus tu siue in rebus, siue in fama, siue in corpore, siue spiritu, siue quomodolibet noctuisti, ut & illis (quantum tibi possibile fuerit) quod iustum fuerit reddas, faciens aliis quæ ab illis tibi fieri velles, ut possis cum viro sancto dicere: Iustitiam induitus sum, & vestiui me sicut vestimento.

Quarto, debet Christi miles esse spiritualiter, calceat?

Vnde subdit:

Et calceati pedes in præparatione euangelij pacis.

Ista spiritualis calceatio, est affectus auaritiae exclusio. calceat? Siquidē pedes animæ, affectiones ipsius sunt, qui tūc calceantur, quādo sanctorum exemplis à rebus terrenis tandem spiritualiter christiani. Et hæc quidem mystica calceatio necessaria est, ut præparat? sit homo ad Christi euangelium tam suscipiendum quam annuntiandum. Illi enim qui sic calceati nō erāt, euangelium ab ipso dei filio audiētes, deridebat cum, q̄ essent ipsi auari. Calceamentis (vt dictum est) muniuntur pedes, ne à spinis & rebus asperis ledantur. Vnde & beato Marceo teste, Apostolus in prædicationem missos agnouimus calceatos sandaliis, quib⁹ pedes ab inferiori parte muniti, à superiori nudi relin-

Christi
miles sit
iustitiae
lorica mu-
nitus.

1. cor. 6.

1ob. 29.

Lue. 16.

Marc. 6.

relinquuntur, ut intelligamus affectiones nostras à spinis, id est, diuitiis huius seculi, (à quibus suffocatur verbum dei) munitas & liberas esse debere per spiritus paupertatem & contemptum huius seculi: sursum vero capaci desiderio cœlestium, auidas & quodammodo nudas, ut sic preparatus sit homo ad Christi Euangeliū & suscipiendum (ut dicunt est) & etiam aliis nuntiandum.

Esa. 52. ¶ Speciosos enim esse decet pedes euangelizantium patrum euagelizantium bonum, prædicantis pacem, euagelizantium per zantz salutem. Ab his pedibus omnem puluerem terteni desponsacionis amoris excutere saluator ipse discipulis præcepit. Qui & si ipse tandem propriis manibus eorum pedes & lauit & ex-Matt. 10. tergit, & quem ipse non lauerit, partem secum non habitu-
Io. 14. 15. rum cōtestatus est. Cor mundum crea in me deus (ait Propheta) & spiritu rectu innoua in visceribus meis. Quippe qui solus ipse potest facere mundum de immundo cōceptum semine.

Euagelij. ¶ Nec oculos Euangeliū pacis dixit: Nuntiat enim homini pacem cum deo, præcipit pacem homini cum homine, pacem cōmēdat, pacificos denique filios dei appellat, æternæ pacis præmio tandem coronandos. Itaque Christi quisquaq; miles, siue auditor euagelij ipse fuerit, siue preceptor, spirituales jam dictos animæ suæ pedes, habere curat huiuscmodi calceatis calceatos, ne vel sordibus inficiatur, vel pungantur à spinis, ut Christi euageliū & opere implere sit idoneus & aliis prædicare.

¶ Quinto, vult Apostolus Christi militem scutum muniri & defendi, consequenter dicens:

In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia telumq; ignea extingui.

Christi miles sit scuto pte-ctus. ¶ Quasi dicat, in his omnibus quæ supradicta sunt, vide-licet statu recto, & cingulo casti moni in veritate, deniq; in iusticie lorica, & præparatione euagelij pacis, in his omnibus, inquit, sumite vobis scutum fidei. Nam & fide cuncta indiget, & ex ea proficiuntur. Eam autem hic sicutem dicit, non solum quæ veræ religionis est cognitio, sed etiā eam quæ nihil inhæstas, facit ut futura tam certa habeamus, quam habemus presentia. Porro sicut toti corpori scutum obteditur, sic fides ardentior & indubitata, anima-

vnde-

Ynde quaque custodit ac protegit. Fides ergo pro scuto habet *Fides pro*
benda est, non ipsa sophismata, & circumuentiones. Hæc scuto.
nanque munit tueriturque, illa vero impediunt & fallunt. Heb. 11.
*Fides itaque nostra quum sit rerum quas non videmus certissimum argumentum, ipsa excipit inimicorum tela, & repellit tanquam scutum. Ignea vero tela, diabolice immisso-
*nes dicuntur, quod ardentium cupiditatum in nobis igne accendent. Vnde & de amatoribus mundi qui hoc scuto teuti non sunt, scriptum est: Mundus totus in maligno, id 1. Ioan. 5.
*est, igne malo positus est. Hic autem funestus & pestifer ignis, fidei scuto cedit, nec potest animæ medullis heterere,
*quum somitem illic perpetuum non reperiat.****

¶ Proinde sicut scutum arma cetera defendit, & primum *Arma cæ-
*teram scu-**
*est quod hostiles sustinet insultus, sic fides nostra & casti-
*monia, & iustitiam, ceteraque seruat virtutes, quare & ip-
*sa potissimum hosti nostro est exosa, & nil aliud in nobis ab fendit.
*Illo atrocius periculosisq; impugnatur. Nouit enim & ip-
*se antiquus hostis, quoniam sine fide impossibile est pla-
*cere deo, & quod fide sola possit ei ab homine resisti.******

¶ Plagebat olim propheta execratis Gelboë montes, quod *Hebr. 11.*
*illuc abiectus esset clypeus fortium, clypeus Saul quasi non 2. Reg. 1.
*esset unctus oleo. In Gelboë nempe consequutus à sagitta- Saul in
*riis Saul rex Israel abiecto clypeo cōcidit vulneratus, quo Gelboë
*si permanisset obiectus non utique illi hostium tela no- abiecto
*cuisser, sed quum abiectisset clypeū, nudus sagittis patuit clypeo cō-
*& confectus est. Montes Gelboë alti & aridi, sterilesque, cedit.
*superbia mortalium significant, super quam nulla superna-
*tum stillicidia gratiarum, sed formidanda potius execratio
*descedit. Superbis enim deus resistit, & humilibus dat gra Jacob. 4.
*tiam. Illic Saul quondam unctus & electus, clypeum abiicit
*quasi non esset unctus oleo, id est, Christianus quisque, qui
*est in dominum unctionis in baptismo particeps sit effectus,
*quum tamen in superbis montes ascenderit, & illic expe-
*titus fuerit, quo modo expetitur onager à leone, vel alia
*quæcumque preda à fera quam rabiosa famem impellit (Saul
*enim expetus interpretatur) abiicit fidei scutum quasi non
*esset unctus, id est, Christi gratiam per baptismi lauacrum
*consequutus, & Christianus effectus, & sic hostium iacu-
*lis ignis cōficitur, quia scuto fidei protectus non est, quo*******************

DOMINICA XXI.

& illa extinguere, & seipsum tueri potuisset. Ignea quippe hęc inimici tela reprobas (vt dictū est) cupiditates, au cogitatus diffidentia accepimus. Verbi gratia: Vtrum fūtura sit resurrectio nēcne. Num præterea dei iudicium. Ignea profectō hęc tela sunt, non solum quia ad foediorū incendūt facinora flagrantes hominū cupiditatis, sed etiam quia ex ipsis diffidētia cogitationibus, exurit nos dæmon, quum nobis persidiā suggesterit, que omnia tandem fides extinguīt. Hęc itaque & si dēmones ipsoſ prosternit, longē magis & vitia subiugabit. Siue enim flagret concupiscentia, qui futuris bonis & gaudiis sempiternis nihil disfidis, tolles hęc prorsus, & planē extingues. Siue tentationes urgeant & impendeat mala, tamen ex futurę beatitudinis meditatione plurimū ipse solabere. Quanto putas ardore incēdebatur Abraham, quum filiu offerebat iam immolandum? Hoc tamen incendūm sola fides extinxit. Incendūm proinde Babylonice fornacis seruorum dei fides fortior superauit.

Gene. 22

Vnde canit Sedulius:

*Babylonis
et fornaci-
cis incen-
dium.*

Cum spirante deo Babylonica sacra negarent
Tres vna cum mente viri, durūmque subirent
Exitium, sexui Chaldaea lege tyranni,
Cuius Achemeniam rabies accenderat iram,
Plus fornace sua, medios truduntur in ignes
Nil, yrente rogo, tantōque ardore calentes
Cordis, imagineæ vincunt incendia pœnæ
Igne animi, quanta est credentium gloria? flammis
Ardentis fidei restincta est flamma camini.

*Christi
miles sit
galeatus.*

Sextō vult Apostolus Christi militem esse galeatum,
quum subdit:

Et galeam salutis assūmite.

*Rom. 12.
Nehe. 8.
Iere. 17.*

Id est, spem æternę salutis, vt ea gaudeatis, & in labore certaminis refocillemini. Vt enim galea caput, sic & spes mentem conseruat, securā reddit, & defendit. Certáibus enim cū hoste antiquo vel maximē necessaria spes est, vt sint ipsi spe gaudētes. Gaudium enim domini est fortitudo nostra. Nec in alio quam ī domino est hęc spes nostra collocāda, dicente Propheta: Maledictus homo qui cōfudit in homine, & ponit carnem brachiū suum. Contra ve-

10:

¶ Benedictus homo qui cōfidit in domino. Nam qui spe-
rant in domino mutabunt fortitudinem , assūmēt pennas
sicut aquilę, current & non laborabunt, ambulabunt & nō
deficient. Itaque huiuscemodi iam dictis armis, splendi-
dis vtique atque fidis, muniti, non hosti cedetis.

¶ Verūm quia militi necessaria sunt nō modò arma qui-
bus se tutetur, sed etiam quibus inuadat hostem & feriat,
ideo postquam Apostolus primum illud armorum genus
descripsit, describit & alterum armaturę genus, quo vide-
licet ferire hostem possimus, dicens:

Et gladium spiritus, quod est verbum dei.

¶ Afferit Christi militem etiam gladio spirituali instru-
ētum esse debere, dicēs: Et gladium spiritus, subaudis, as-
sumite, quod est verbum dei, quo nimur inuisibiles ho-
stes offendere poterimus ac ferire. Dicitur autem dei ver-
bum gladius spiritus, eō quōd spiritus sanctus Christi mili-
tem hoc gladio accingit. Porrò de hoc gladio ipse domi-
nus dicit: Nō veni pacem mittere in terram, sed gladium. *Matt. 10*
Usqueadē acutus iste gladius est, quōd illum quem ferit *Ezecl. 22.*
usque ad intima à mundo diuidit. Splendidus insuper id. *Divini*
cito est, quod instruit & illuminat oculos mentis, dicen- *verbi gla-*
te Apostolo: Quęcunque scripta sunt, ad nostram doctri- *dius splē-*
nam scripta sunt. Siquidem non nisi per dei verbum, lumi- *nētūs.*
ne fidei mūdus illustratur, quum sit fides ex auditu, audi- *Rom. 15.*
tus autem per verbum Christi. Hinc est quōd si tandem ali- *Roma. 10*
quando in ecclesia contingat deficere verbum dei, vtique
& fidem quę verbo dei nutritur paulatim deficere necesse
erit. Nisi enim verbum dei instater prædicaretur, ambula-
rent mortales vt cæci, vnuſquisque in via cordis sui pra-
ui, & innumeris inuoluerentur erroribus. Sed vt ait Pro- *Psal.*
pheta: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intel-
lectum dat paruulis. Splendore proinde suo dei verbū
animā condecorat, quā sine dei verbo quasi aēr tenebro-
sus, & ipsa omni prorsus lumine priuata est. Contra verō,
verbo dei irradiata, lucida & clara est, velut aēr meridia-
no fulgore perlucidus. Vnde Propheta huiusmodi animā
alloquens, dicit: Confessionem, scilicet fidei & decorum
induisti, amictus lumine sicut vestimento.

¶ Quām sit autem hic gladius acutus ostendit Apostolus

DOMINICA XXII

- Hebr. 4.* ad Hebræos, dicens : Viuus est sermo dei & efficax, & per diuinum penetrabilior omni gladio ancipiti. Viuus est, inquit, sermo verbi gladii dei. Nec mirum, nam eum qui audierint, viuent. Viudi⁹ quam sicut enim animas mortuas ob peccatum, sicut scriptum est: sit acut⁹. Lex dei fons vite. Et verba, inquit ipse, quæ ego loquutus *Ioan. 5.* sum vobis, spiritus & vita sunt. Deniq; adolescentē à morte. *Prou. 13.* te reuocās ad vitā, ait: Tibi dico, surge. Hoc est, Verbi mei *Ioan. 6.* virtute à mortuis resurge.
- Luc. 7.* ¶Quām verò sit penetratius iste diuinī verbi gladius patet, quia penetrans mentē pertingit usque ad affectiones & intentiones cordis. Hæc enim quantumvis sint arcana penetratis à dei verbo deprehenduntur. Denique sicut terrore gladii desides ut euigilent & consulant sibi compelluntur, cuius simile. etiā terrore inualidi resumptis & collectis viribus ad alacritatem excitantur, sic eloquium dei vehementer igniū, & bonos promotiores reddit, & desides atque torpentes efficit alacriores. Demū quasi gladius utrinq; acutus terret iniquos. Vnde scriptum est: Fugite à facie gladii, qui vltor iniquitatum gladius est.
- Gladio verbi vt diabolus læditur.* ¶Hoc gladio diabolus læditur, quum per illum à corde peccatoris vel quasi serpens ex antro, vel à spelūca sua latro, vel tyrannus ab aula, non quidem sua, sed quā fraude occuparat, vel à dei templo idolum, vel spurcus adulterii thalamo alieno exigitur & effugatur. Tum etiā vel maximè verbi gladio diabolus læditur, quum per illud non secus ac per gladium, errorum & hæresum laquei (quos insipientium pedibus tetendit) & produntur & dissipantur, & delictorum retia franguntur. Rursus eiusdem verbi gladio, scandalorum arma (quibus innumeros cōficit) penetrantur, superantur, & tolluntur ē medio. Vnde & de *2. Mac. 15.* Iuda viro forti scriptum est, quod suos armavit nō clypei *Matt. 4.* vel hastæ munimine, sed sermonibus optimis. Ipse demū *Gladio Christus dominus, hoc verbi gladio satanā ter prælio verbichri* petito cōfutauit, vtique nos informans eadem armatur *st⁹ diaboli* per nos illi fore resistendum.
lum super- rauuit.

DOMINICA XXII
post Pentecosten.

François,



Ratres, confido hoc ipsum, quia qui cœpit in
vobis opus bonū, perficiet usque in diem chri-
sti Iesu.

In hac lectione ostendit Apostolus,
Primò quantam de profectu credentiū
ipse habeat fiduciam. Secundò, quantū
erga illos habeat dilectionis affectum.

Tertio docet, quo amplius proficiat, rationem & modū.
Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Sicut
michi iustum. Tertium, ibi: Et hoc oro:

Circa primum aduerte, quod ex bonis initii & egregia
virtute atque eorum constantia quibus scribit, surgebat
Apostolo huiuscmodi fiducia, de qua sic dicit: Confidens
sum hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, per-
ficiet. Quasi dicat: Confido opera bona & sancta quæ in
vobis exorsus est deus, per eum perfectum iri. Ex prateri-
tis enim futura coniicio.

Initia bo-
na adfer-
re spem
bonam.

Si enim homo quicunque sapiens, nihil exorditur quin
id velit consummare, multò minus inchoabit quipiā deus
quod consummare nō intendat, quum ei non possit deesse
neque perficiundi operis intenti facultas, neque scientia
sive ars, neq; voluntas, sine quibus nullius operis effectus
consummatur. In patre nempe summa potentia est, in filio
ars & sapientia summa, in spiritu sancto summa charitas &
benevolētia summa, quin ipse spiritus sanctus aeterna dei
charitas est. Et hec quidem per appropriationem singulis
personis adscribuntur, quæ tamen propter essentię unitatē,
in singulis eorum reperiuntur. Itaque horum trium quæ
dicta sunt vel alicuius eorum defectu, quæ inchoantur con-
tingit imperfecta relinquuntur. Vnde & in euangelica parabo
la dicitur de quodā: Hic homo cœpit ædificare & non po-
tuit consummare. A nonnullis enim (adint eis licet facul-
tas & ars, quia tamen volūtas deest) nihil efficitur. Quod
si volūtas sit prompta, absint autem facultas & ars, etiam
impeditur effectus. Quod si operi perficiendo suppetat
scientia, desit verò aut facultas aut volūtas, vtique simili-
ter nullus sequitur effectus. Quū igitur cœperit de° ope-
rants in vobis opus bonū, cōfidens sum, inquit, in eo, q; &
ipse cooperans, quod incepit perficiet. Sicut enim boni

operi per-
ficiendo
tria requi-
runtur.

Luc. 14.

Nihil no- operis inchoatio est à deo, ita & illius prosequitio & con-
bis in ope- summatio. Confido igitur quod perficiet in vobis coope-
re bonetri rando, quod operando cœpit. Ipse enim operatur ut veli-
buimus.

mus, qui volentibus perficiendo cooperatur: quum autem
volumus & sic volumus ut faciamus, tū nobis cooperatur

¶ Aduertendum verò est quemadmodum Apostolus fide-
les ad humilitatem instituit, quandoquidem soli deo retū
omnium quæ rectè geruntur summam tribuit, & non eis
tantum adscribit qui gesserint, nec tamē per hoc illos fa-
cit laudis expertes. Dicit enim: Qui cœpit in vobis, id est,
vobis volentibus. Nisi enim insit homini bene agendi vo-
luntas, nec deus ipse in eo quicquam boni operabitur. Si

Nostrarō luntas ad raretur, nihil proculdubio impediret quo minus infideles
sit necesse ipsi & cæteri omnes mortales diuinam operationem in se
est,

exciperet. Quum autem dicit quod eorum bona perfectu-
rus est deus, hortatur vtique eos ne in segniciem relaban-
tur tanto adiutore & cooperatore suffulti, sed quæ recta
sunt agere studeant animo própto indesinenter atque per
seueranter. Usque in diem, inquit, domini nostri Iesu Chri-
sti, id est, quo dominus sit ad iudicium venturus. Quod &
aliter accipi potest, ut sit sensus:

¶ Confido Christum non solum in vobis, sed & in posteris
vestris usque ad mundi consummationem operaturum.
Vel vniuersiūsq; finem & ex hac vita migrationē, Christi
Iesu diem intellige, quod nunc tēpus nostrum sit, tunc ve-
rō suum: quum enim acceperit tempus, iusticias iudicabit.

¶ Itaq; confidēdum omnino est, quod in quibus dominus
bonū incœpit, illud & cōsummabit, nisi fortè ex parte ho-
minis impedimentum subministraretur. Sicut de agro euil-
fis spinis & tribulis bene culto, & bono semine seminato,
recipiente nihilominus temporaneum & serotinum & nā
nunc germinante, speratur quod cultori suo messem ubi-
rem tempore suo refundet. Similiter & de arbore pomi,
fera letissimè florente, speratur quod post flores copiosū
fructum ad maturitatem perducet, quum tamen posset
& læta seges in agro vel à bestiis depasci, vel feriri gran-
dine, aut alia quavis cœli iniuria vastari, & similiter pos-
sent flores arboris à pruina lædi. Sic etiā tametsi de bonis
conuer-

Simile.

cōuersorum initii spes multa nascatur, possunt tamē spe-
rata bona occasionibus plurimis impediri sunt enim qui *Saul post*
quum spiritu cōperint, carne consummantur. Cuius rei e *mittit bo-*
xemplum in Saule rege patuit, de quo scriptura perhibet namalefi-
quod non erat vir eo melior in Israēl, quum vocaretur ad nit.
regnum, qui tamen post, ob superbiam, & alia delicta, spi- *Galat. 3.*
ritui maligno diuexandus traditus, & à Deo reprobatus *I. Reg. 9.*
I. Reg. 16.
est.

¶ Circa secundum principale dicit:

Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmationem euangelij socios gaudij mei omnes vos esse.

Hic ostendit quantam ad illos habeat dilectionem, dicens: *Sicut est mihi, quasi dicat: ex tam bono principio iustum est sperare finem bonū. Cōfido, inquit vos tales ad finem vsque futuros, hōcque pro vobis omnibus sentio, amore quem ad vos gero hoc mihi persuadente, eo quod vos habeam nō modō in labiis, sed in corde semper intimo charitatis affectu, nouique vestra benefacta. Et quemadmodum omni studio semper conati estis gratiæ euangelij & meorum compedium esse participes, ita & xquum eſ ſe existimo & me de vobis ita ſentire, comtéplariq; vel ex De his
ipſis principiis finem. Sicut enim de his quos ob morum quos diligimmo, &*
improbitatē respuimus macrē speram⁹, ita & de his quos propter morum integratatem amamus, bene ſentimus cō bene ſpera fidimūſque ſemper meliora.

Sed quanta hoc laudis est Pauli corde contineri, qui nō temerē, sed recto iudicio quos dignos existimasset amore proſequebatur, & quidem amore tam valido, ut nec tunc quidem quum Neroni responderet interrogāti, memoria dei exciderint? Quod habeam, inquit, vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euāgelij. Confirmationem & defensionem euāgelij vincula dicit *Paul⁹ ſu-*
& p̄ſſuras & plagas, quibus ipſe ob prædicatum vbiqe *is vincu-*
Christi euāgelium afflīctabatur. Per hæc enim euāgeliā ſidei
veritatem magnoperē confirmabat. Nisi enim fir- *dogma co-*
missimē ſibi persuasum & pro re comperta habuiffet in- *firmat.*
xſtimabiles illas remunerationes, & bona cōelſtia tanti
eſſe ut verbis explicari non poſſent, nequaquam horum

DOMINICA XXII

gratia vincula fuisset perpessus, & plagas. Nec sauo Nero ni constantius obtitisset, nisi imperatorem alium agnouisset qui firmior esset, & illo incóparabiliter potentior. Presuræ ergo & mala quæ Christi amore patimur, Christi euä gelium confirmabunt.

¶ Dicat ergo Apostolus : Memor vestri sum charissimi filij, & vestrum bonum semper desidero, siue etiam sim vincetus, sciens vos per compassionem quoque mecum esse vinctos, siue sim defendens euangelium, quod & ipsi facitis, siue confirmem vacillantes in euâgelio, vos semper mihi cordi estis, eo quod socij mihi estis & comparticipes huiuscemodi gratiarum (hoc est, pressurarum & compedii) esse. Ati, quos & opto socios mei gaudij omnes esse. Quasi dicit: Affectu intimo charitatis qua vos diligo, desidero vos omnes in futuro fore socios gaudij mei & remunerationis in vita æterna, sicut & mihi socij estis passionum.

*Gaudio
Paulus in
vinculis
refouetur.
2. Cor. 7.*

¶ Verum quia in suis passionibus & pressuris ac vinculis, diuinis cōsolationibus refouebatur, prout alio loco dicit: Repletus sum consolatione, superabundo gaudio ideo operatus eis non solùm post hanc vitam, sed etiam in statu huius mortalitatis esse sui gaudij cōsocios & participes. Quare inquit, vobis curandum est diligētius, ne à nobis vos desiscatis in hisce malis & vinculis constitutis, quin potius adhibenda est diligentia, ne immunes tentationum reddimini, quas ob euangelium ipsi subiuimus. Quod autem & pro gratia vincula habeantur, ex eo patet quod postmodum dicit: Vobis datum est non solùm ut in illum credatis sed etiam pro illo patiamini. Proinde suam huiuscemodi erga illos dilectionis assertionem, iuramento consequenter, dicens:

Testis enim mihi est deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.

¶ Nec tamen quasi diffidens de discipulorum credulitate, interposuit iusjurādum, Deum ipsum in testem sibi adsciscens: sed quum immēsum animi sui affectum nequeat explicare, Deo relinquit qui corda scrutatur. Quum vero dicit se omnes illos cupere in visceribus Iesu Christi, ostendit quod non gratia alicuius rei humanæ, vel quia ei necessaria ministrauerant, sed in dei charitate se illos cupere o

mnes

mnes fore sui gaudij socios, & sincero affectu secūdū deū se illos amare, eo quod illis pater esset ob Christi fidē effectus: & ideo iis dilectionis visceribus quibus Christ⁹ ipse suos fideles diligit (vtique vt sua membra quibus ipse caput est) eisdem & ego qui totus Christi sum, & in ipsum transformatus qui in me viuit, vos omnes & diligo & socios mei gaudij fore exopto, & hoc nō affectu carnali, sed in visceribus Iesu Christi.

Circa tertium principale dicit:

Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora.

Hic docet modum & rationem quibus in melius fideles proficiant, dicens : Et hoc oro. *Quum ille qui charitatem non habet nihil sit coram Deo, iuxta illud: Ad nihilum de ductus est in conspectu eius malignus, liquet quod ob virutem charitatis alicuius momēti homo sit ante deum. Vnde & qui nullam habet charitatē, nihil: qui modicam modicus: qui copiosam & latam, magnus est coram deo. Quātitas enim animę penes charitatem eius sumenda est. Pro inde quoniam charitatis virtus potest in homine viatore semper augeri, ideo Apostolus orat atque exoptat, vt fidelium charitas semper augeatur, simul ostendens per charitatis incrementum posse hominem profectu spirituali crescere.*

Anim. &

quantitas

penes

quid.

Charita-

Potest autem fidelium charitas crescere, sicut edificium tis increcrescit operiorum instantia, sicut crescit ignis nutrimenti mentum abundantia, sicut crescit in altum aqua fontis meatus oc. quadruplē clusione, sicut crescit arbor in sublime lateralium ramotū ei similitus precisione.

dine often-

De primo modo fidelibus loquens alio loco dicit: Dei ditur. ædificatio estis, imò templū dei sanctum est, inquit, quod 1. cor. 3. estis vos. Huius ædificij fides est fundamētum, stabile qui Fidē fundem & inconcussum. Firmum, inquit, fundamentum dei damētum stat. Siquidem fides nostra quoniam Christi verbo inniti- 2. Tim. 2. tur (de cuius firmitate ipse ait: Cœlum & terro transibunt Mat. 24. verba autem mea non præteribunt) tāta stabilitate firma 1. Cor. 3. ur, vt nec ipsæ portæ inferi præualere possint aduersus Variè suam. Ceterū quoniam super hoc fundamentum diuersi perædifi- diuersimodè ædificant, crescit nimirum & ædificantium catur.

charitas

DOMINICA XXII

charitas secundum ea quæ superaedificantur. Superaedificant autem huic fundamento quidam aurum dilectionis geminæ, quidam argentum sapientiæ & doctrinæ, quidam lapides pretiosos afflictionis dei causa perpeſſæ. Nonnulli verò infirmiora quædam opera, quæ tametsi bona sint in genere suo, tamen propter minus perfectam intentionem operantis, vel ad hoc seculum plus æquo per amorem ordinatum, adhæſionem, qua ille plus, iste minus participat: ideo de istorum superaedificatione loquens, dicit quodam dicto fidei fundamento superaedificare ligna, fenum, stipulam, quæ etiæ ab igne æqualiter absumantur, non tantum æquè celeriter. Lignum enim feno diutius ardet, & fenum diutius stipula. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis purgatorius probabit. Et quannis istud illo vel illo diutius ardeat, nihilominus tamen ædificator ipse saluus erit, etiæ quasi per ignem.

Lxx. 12. *Charitas fomite creſcere.* ¶ De secundo modo quo crescere potest in nobis charitas notum est ignem crescere pabuli adiectione, sicut & illius subtractione minuitur, cuius totali defectu ignem ex toto deficere necesse est. Ita nimurum & ipsa charitas quæ est ignis ille quem Christus venit in terram mittere, & voluit vehementer accendi verbī cœlestis auditu, & operum bonorum pabulo sernatur, & crescit, & ampliores semper nutrimento suo crescente vires acquirit. Vnde & in Leuitico dicente domino legimus: Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens mane ligna per singulos dies. Illud vtique præcepto legis figurante, quod in altari cordis ignis charitatis conseruari, & cum omni instantia per singulos dies nutriti debet.

Lxx. 13. *Exempliſſimale.* ¶ De tertio modo similiter notum est, aquam fluentem crescere & ascendere in altum si quod defluat aliorum non reperiatur, sicut in Iordanis fluvio patuit, dum per arenem illius alueum (defluentibus inferioribus aquis, & superficiibus in miram altitudinem crescentibus) dei populus sicco vestigio transibat. Idem patet exemplo & vsu quotidiano quo videmus fontis cuiuslibet aquas canali clauso suffusumque ducto, cōtentas, & per canale ubi deorsum vergit descendere in loca origine sua demissiora, rursum per idem canale ad eam ascēdere altitudinem, quæ suo origini perpendiculariter

pendiculariter æquatur. Iuxta huiusce similitudinem, canale quoddam humana mens est: fontis aqua, cœlestis est gratia. Huius canalis si exteriorum sensuum, operum, atque verborum rimæ, diuini timoris obiectu præcludatur, aqua gratiæ quæ de sursum est à patre luminū, & ipsa rursum illuc vnde habet ortum ascendit, & mentem hominis illò perducit. *Iacob. 1.*

¶ De quarto modo quo charitas hominis augescit, notum Simile, seu exempli
similiter est, quod sicut arbor quælibet plurimos à lateribus ramos circunquaque diffundens, ideo non potest in sublimè crescere, quia nutrimentum quod radicibus suis quasi ore in terrâ demerso surgit, à lateralibus illis ramis (quominus arborem ipsam sursum agat) absumptum, eua potat: sic nihilo fecius & humana mens quæ rerum secularium curis quasi quibusdā à latere ramis distrahitur, quia illam non prouehit cœlestis gratiæ nutrimentum, spirituālis profectus incremento non augescit. Quod si huiusmodi curatū rami abscondi fuerint atque semoti, crescere in sublimè humanæ mentis charitas potest.

¶ In quo autem nostram charitatem magis ac magis abū. *charitas*
dare peroptet Apostolus, ostendit dicens: In omni scientia *scientiam*
vt videlicet sciant secundum eam discretè operari & secū parit ac
dum eam, ac de ea aliis loqui ad ædificationem, sciāt etiā *sensum*.
qualiter secundum eam tā in his quæ proximi, quām quæ
dei sunt, debeant operari. Deinde in omni sensu, inquit, id
est gustu spirituali, vt percipient quoniam suavis est domi-
nus, Rursus quām sit bonum & iocūdum habitare fratres
in vnum, per synceram proximi dilectionem.

¶ Postremo, vt probēt potiora, id est, eligant probē, & eli- *amicitiā*
gendo præferant cœlestia terrenis. Denique vt per chari- *cum qui-*
tem probent potiora, quatenus non temerē & indifferē- *bns in eas,*
ter cum quibuscunque consuetudinem contrahant homi- *attēde-*
nibus, sed cum probatione & cognitiōe, & iudicio certio-
te. Alioqui nec stabiles fortasse, nec vtiles amicitiæ erunt
que fuerint conflatae sine sciētia. Probetis, inquit, potiora
ne forsū & hereticis ipsis vos adhærere contingat, & ab
illis inquinamini & seducamini. Nam amicus stultorum *ero. 13.*
similis efficietur. Verū cum omnibus, inquit, quod in
vobis est, si fieri potest, pacificè viuite, sed tantum bonos
colite.

DOMINICA XXII.

colite. Bella cum prauis & dissensione vitate, & mētis affectum bonis duntaxat impartiamini, in quibus reperitis morum vnam vobiscum tanquam complexionis similitudinem. Dissimiles, præsertim hæreticos & infideles, fugite: & quoscunque moribus patenter corruptos, à quibus

Loth. & vos posse corrūpi formidare debetis. Si Loth (tametsi *Gene. 10.* iustus) angelico monitu è Sodomis exire noluisset procul *Sclomon* dubio & ipse perisset in scelere ciuitatis. Sol hominū Salo fæminarū mon, diuinæ sapientiæ sacrarium singulare, alienigenarū amore pe- mulierum conturbanio corruptus, & eousque tandem mé- ḡit. te cæcatus est, vt templis sacrilegis ædificatis, illarū idola nefandis sacrificiis coleret.

3. Reg. 11. Itaque deserendi vobis sunt huiuscemodi homines pestilentes, ne ab illis inficiamini, quacunque necessitudine *Matt. 18* vobis coniuncti sint, iuxta doctrinā domini dicentis: Si manus tua vel pes tuus scādalizat te, erue eum & proice abste. Manus autem, pes & oculus, membra utiq; homini vel maximè necessaria, illos significant, quorum auxilio, dilectione, opibus vel consilio quām maximè opus habemus. Attamen si quis horum tibi scādalo fuerit, absconde, erue cōtemne & proice abs te, apostolicae huius memor doctri Periculū næ, qua monet potiora probare & eligere. Periculum nō in eligendo. modicum in eligēdo consistit. Plurimi enim temerè elige- tes, nec probantes potiora, præferunt caduca mansuris, & temporalia sempiternis. Bene igitur quum dixisset, hoc oratio vt charitas vestra magis ac magis abundet, adiecit, in omni sensu & in omni scientia, vt p̄betis potiora, ea scilicet quæ conformiora sunt charitati. Vnde sequitur:

Syncretos Ut sitis syncreti, & sine offensa in diem Christi.
charitas Ac si dicat: Exopto vt eousque vestra charitas augeatur facit. vt sitis puri à fictione, dolo, hypocrisi, fraudibus, inuidia, humanæ laudis appetitu, & similib⁹. Erga omnes item sine offensione, sicut alio loco dicit: Nemini dantes vllā offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Nam etsi nihil tibi noceat nequitia hæretici, aut praui cuiuslibet hominis, aliis tamē ex ea offenditur. Itaque quo pacto in die Christi, hoc est, iudicij, integer deprehenderis & sanctus, qui fratres offendis? Et quia nō sat est abstinere à malo nisi & bonum facias, ideo subdit:

Repletis

Repleti fructu iustitiae per Iesum Christum laudem & gloriam Dei.

¶ Ac si dicat: Ut & dogmatum rectitudine & vita sitis irreprehensibiles, fructu iustitiae vos abundare necesse est. *Repleri fructu iustitiae* vocat conuersationem sanctam, exercentem legem dei, præsertim opera pietatis in proximum, quibus nos vult non segniter & parcè operam dare, sed alacriter & copiose, ut sitis, inquiens, repleti. Verum quia gentiles videbantur sibi vendicare virtutem hanc & iustitiam, ideo excluderent eos adiecit, *Per Iesum Christum*. Gentiles namque & Iudai nequaquam secundum Christum has virtutes, sed ad inanem gloriam & hominum gratiam exercebant. Similiter & si qui tametsi Christum ore confiteantur, factis tamen negant, & si fructu iustitiae videantur fortasse repleti, non tamen per Iesum Christum, quia bona opera factitantes, faciunt & opera mala, in peccandi voluntate permanentes, ideoque deseruntur inanes. Soli in Christo fideles & boni, & replentur interius & reficiuntur. Vnde ait beatus Ambrosius: Plenitudinem iusti habent, inanes autem sunt dies impiorum.

tit. I.

¶ Quæ autem huiusce repletionis causa finalis esse debeat, patet facit quum subdit: In laudem & gloria dei. Non meā, inquit, non denique in vestram, sed dei. Non enim vobis expedit, ut dei gloriam vobis usurpetis. Proinde fidentiores eos facit, quum deum insinuat piis operibus in suam cedentibus gloriam opem & auxilium latetur, & bonū illud quod in illis cœpit perfecturum, si in suam gloriam fideliter referatur.

DOMINICA XXIII post Pentecosten.

Fratres, imitatores mei estote, & obsernate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Philip. 3

¶ In hac lectione docet Apostolus, primò, quorum exempla debeant fideles imitari. Secundò, quorū debent exempla vitare. Tertiò, quomodo debeant conuersari. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Multi enim ambulat quos sape dicebā vobis. Tertium, ibi: Nostra autem conuersatio.

¶ Circa

DOMINICA XXII

¶ Circa primum aduertere, quod quisquis artem sibi ignorantiam voluerit addiscere, opus habet ad eam rem magistro. Et hic quidem pluribus modis discipulum potest erudire. Verbo videlicet, scripto & facto: quorum trium docendi modorum ultimus efficacissimus est. Apostolus ergo discipulos suos in fide & morib⁹ instituēs, omnib⁹ iis docedi modis usus est. Ostenderat enim verbo, scripto, & sui exēplo quid illis foret agendum. Nūc autē eos exhortās ad suorum operū exēpla sestända, dicit: Imitatores mei estote. Et alio loco quum dixisset, Imitatores mei estote, adiecit, Sicut & ego Christi, ut nō tam me quām Christum ducē sequi videamini. Ergo non tantum verbis hos instruebat, sed semetipsum formam discipulis exhibebat. Est quippe perfecta doctrina, factis exequi quod docemus. Nā qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlonū.

Matt. 5. ¶ Dicit igitur: O mei fratres fide & dilectione me imitemini, ut sicut ego credo, operor & doceo, ita & vos credatis, operemini, & doceatis. Et si me presentem nō habetis, obseruate eos, id est, diligēter ipsisite & imitemini illos, qui ita ambulāt sicut habetis formam nostram, id est imaginem vitę nostrę, qui ita credunt, docēt & operantur, sicut & ego. Hoc idcirco dixit, quod velit eos sollicitos esse ne prauorum subtilitate capiantur, de quibus ante hā lectiōne dixerat: Videte canes, videte operarios malos, videte concisionem, id est, circuncisionem, hoc est Iudeos qui Christianos simulantes, simpliciores quoque & incautos falso dogmate corrumpūt. Cautos quippe reddit, p̄cipiens ut notent quemque qualiter cōuersetur & deceat, ut iis iungātur in quibus sensum & opera sui magistri agnouerint. Subdolis verò etiam si simulēt sanctitatem, non acquiescant. Quoniam & sub ouina pelle cauendos esse lupos dominus p̄cepit, qui non à pelle suę simulationis, sed à fructibus operum cognoscuntur.

Matt. 7. ¶ Bonus ergo & moralis magister & omni fide dignus Paulus erat, qui non modò verbis (ut dictum est) sed multo magis operibus suis & exēplis discipulos informabat. Sicut & ille bonus militia dux est, qui nō modò boni imperatoris, sed etiam boni militis partes exequēs, sese primum in agmen hostiū infert. Nec ite, militibus dicit, sed venite.

*Paulus
bonus &
moralis
magister*

venite. Huiuscemodi profectò erat fidelium agminis du-
ctor ipse Apostolus (vt dictum est) qui tropheum crucis
inuicta virtute ipse primus hostibus inferens, cæteros ex-
emplo magis quam sermone cōmonefaciēs hortabatur.
Sed opere pretium est aduertere quam variè se habet hoc
tempore ad spiritualis militiae ducem milites Christi, ad
prædicatorem diuinæ legis auditores.

Plerique enim hunc fugiunt, feris similes, qui venato-
rem frequenter experti, mox voce eius (& si adhuc longe
agentis) audita, vel antris suis se condunt, vel alio quoli-
bet loco ne capiātur sese tutas reddūt. Talis ille erat cui
per Prophetam dicitur: Aures tuæ audient verbum post
tergum monētis. Hæc est via, ambulate in ea, & non de-
clinetis neque ad dexteram neque ad sinistrā. Quia enim
dei sermo non prophetat eis nisi malum, & contrarius est
operibus eorum, odiunt eum tanquā ex professo hostem,
qui illos & accuseret, & prodat & feriat. Fugiūt itaque ab il-
lo refugiētes, vel ad carnis voluptates quasi ad foucas, vel
ad fraudes & lucra quasi ad tutiora deserti, vel certè ad
sublimia honorū & fastuum huius seculi fastigia cōscen-
dere satagunt, vt quoquo modo effugiāt insequēs eos dei
verbum. Qui si ex deo essent, utique verbum dei audirent.

*Qualiter
se habent
auditores
ad verbi
dei prædi-
catorem.
Esa.30.*

Ioan. 8.

*Prov. 28.
De verbis
audire no-
lentium
pœna.
Prov. 1.*

*Iob. 36.
Esa. 65.*

Quod quia nequaquam audire volunt, pfecto nec ipsos
audit deus, sicut per Salomonem dicitur: Qui declinat au-
res suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis, cuius
causa alieno loco clarius expressa est, dicēte domino: Vo-
caui & renuistis, extendi manum, & non fuit qui aspice-
ret, despexitis omne consilium meum, & increpationes
meas neglexistis, idcirco in interitu vestro ridebo, & sub-
fannabo cū vobis id quod timebatis aduenerit. Verū (sicut
alio loco scriptum est) si audierint & obseruauerint, com-
plebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria: Si autē
non audierint, transibūt per gladium. Et vnde rursus per
Esaïā dominus dicit: Numerabo vos in gladio & omnes
in cæde corrueatis, pro eo quod vocavi & nō respondistis,
loquutus sum & nō audistis & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis.

Nonnulli verò dei verbum audiunt & contemnunt, qui
tamen non ita longinquos sese faciunt à salute, vt illi de
quibus

DOMINICA XXIII

quibus iam dictū est. Salubriter enim interdum etiā præter eorum intentionem à dei verbo capiuntur, sicut patuit in lictoribus quos ad comprehendendum David apud Samuelem cōmorantem Saul rex impius destinauit. Quum enim vidissent cuneum prophetarū vaticinantium & Samuelem statim super eos, factus est etiā spiritus domini in illis, & prophetare cœperūt etiā ipsi. Quod quum nuntiatum esset Saul, misit alios nuntios, & ipsi prophetarunt. Et iratus iracundia Saul, abiit illuc etiam ipse. Et factus est etiam super eum spiritus domini, & prophetauit. Idem accidit Iudeorum ministris missis à pontificibus & pharisæis, ut caperēt Iesum, verbum aeternæ salutis turbis prædicantem. Qui vacui ad dominos suos regressi, quum ab illis increparerūt, non vindictum adduxissent, responderūt (vtique verborum eius potenti virtute compuncti) nunquam sic loquutus est homo. Sanè viuus est sermo dei & efficax, & pertingēs usque ad diuisionem animæ ac spiritus, cōpagum quoque & medullarum. Idem beato Augustino accidit, qui quum sola curiositate sanctum Ambrosium apud Mediolanum verbum dei prædicantem audiret, tandem à dei verbo fæliciter captus & illuminatus, Manichæorum hæresi, ceterisque suis erroribus renuntiauit. ¶ Quidam verò audientes & si non contemnoant dei verbum, imò discere cupiāt, non tamen operantur, auditores duntaxat facti, non autem factores legis. Qui tamen non omnino frustra verbum audiunt. Cognoscunt enim in eo & errata sua, & vitia, ut sciāt quid desit eis, & in sui cognitione humiliantur. Discunt proinde quò tendunt, & si eos cadere cōtingat, cadunt in faciem, vtique videntes ubi cadunt. Nō sic autem contemptores auditus verbi. Ipsi nempe abeentes retrorsum cadunt in terram, nec scientes nec videntes ubi cadunt. De quibus per Salomonem dicitur. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruunt. Et quia se non cognoscunt esse collapsos, vix tandem aliquando resurgunt.

Isti despe randi nō sunt. ¶ Ceterum, nonnulli sunt qui & audiunt & operantur, sed adhuc ægrè & incompletè, tametsi perfectius cupiāt operari. Cupiunt, inquam, sed tepidè. Cupiunt enim desiderare, quippe qui necdum adhuc desiderent, & si desiderare cupiunt

cupiunt. Desiderium quidē bonum habentes, sed pigrum & tepidū, ut meritō possint dicere: Cōcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Et illud: Dormitauit anima mea præ tādio, cōfirma me in verbis tuis. Sperēt interīm qui huiusmodi sunt, q̄ opitulāte gratia dei paulatim proficient in melius, & q̄ eorum scintilla quæ nondum prorsus extincta est, flante spiritu aliquando conualescet in flāmas. Solet enim in plerisq; deus ea quæ salutis sunt nō subitō, sed sensim paulatimq; operari, sicut in illo cæco significatū fuit, de quo (Marco referēte) cognouimus, quod à domino illuminatus quidem est, sed incompletē. Nam interrogatus si quid videret, respondit se videre homines sicut arbores ambulātes, qui postmodum operante virtute dei, omnia clare & distinctè vidit.

¶ Alij demum sunt qui & audiunt & ex auditu proficiunt in proposito sanctitatis: in fide illuminantur, confirmantur spe, in ardescunt charitate. Hi terra bona sunt, qui susceptum à cultore semen cum multo fœnore refundunt, operantes in talento domini sui, ut illud cum incremento recipiat. Hi sunt ager plenus cui benedixit dominus, cuius agri cultor pater cœlestis est. Sed ad ea à quibus dgressi sumus redeamus.

¶ Imitatores, inquit, mei cistote. Et ne quis fortè dicat hoc aut impossibile prorsus esse, aut certè difficile, propterea subsequutus adiūxit: Et obseruate eos qui ita ambulāti sunt, et habetis formam nostram. Quasi dicat: Sicut illi actus vite meę potuerunt & possunt imitari, qui ambulāti sicut habetis institutionis nostræ formā, ita idipsum & vos poteritis. Vnde beatus Augustinus de seipso scribens constitutetur, quod priusquā baptismi sacramento initiaretur, vehementer formidabat aggredi quod supra vires arduum arbitrabatur. Sed quum exemplo plurimorum, puerorum etiam & puellarum, quorum greges videbāt in Ecclesia Christo famulari, se posse quod illi poterant, sese pusillanimitatis & ignatię arguebat, dicēs: Quod isti possunt, tu quare non posses? Vnde tandem quod illorū exemplo etiā sibi possibile fore cognouit, fœliciter aggressus est. Itaq; obseruate, inquit, eos qui ita ambulāti sicut habetis formam nostram. Ipsi enim Christi Euangeliū quasi depictum

Psal.
Ibidem.

paulatim
quosdā à
deo illū -
minari.

Mat. 24.
Gene. 27

Bonorum
exemplis
alios ad
bonū pro-
uocari.

August.

DOMINICA XXIII

portant in opere, qui & si non verbis, factis tamen prædicant Euangelium Christi.

¶ Circa secundum principale dicit:

Multi enim ambulant quos s̄epe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est.

¶ Hic ostendit quorum debeant fideles exempla vitare, Vbi primò ponit suam ad errantes compassionem Secundum, ponit huiusmodi errantium impietatem. Tertiò, ipsorum errorum distinctionem. Secundum, ibi: Multi enim ambulant. Tertium, ibi: Quorum deus.

¶ Circa primum dicit: Nunc autem & flens dico. Quasi dicat: Non hos possum sine lachrymis cōmemorare. Non sua facinora deplorabat, nempe qui sibi nihil conscius esset, sed illos deflebat qui per luxum & lasciuiam defluentes, ad æternæ perditionis interitum properabant, sicut &

2. Reg. 18
Cōpassio
nis exem
pla in Da
uid &
Christo
Luc. 19.
Simile.

olim rex Dauid impium filium tum etiā, quum patri bellum inferens animā eius qāerebat, lugebat tamen interceptum flens & dicens: Absalon fili mi, fili mi Absalon. Quis mihi det ut ego moriar pro te fili mi Absalon, Absalon fili mi? Ipse proinde Christus dominus de iminē pietatis suæ fonte, ciuitati sanguinū (quę occidit propheta) cōpassus superuenturum impiissimæ Genti promentum excidium lachrymando prædictit. Sic nimis ridenti frenetico pius medicus suspiriis obgemit, quum sit nihil miserius misero semetipsum non miserāt. Si aliquem videres usque adeò insanientem, ut sponte sua festinet fornacem carentem subintrare, hominem miserissimum in suam ruētem perniciem miserates compassus errori, nisi tu fortassis eiusdem cum illo sis dementiae. Et utique non minus cōdolendum est iis, qui addētes peccata peccans, propriam accelerant perditionem.

¶ Circa secundum dicit: Multi ambulant quos s̄epe dicebam vobis inimicos crucis Christi. Erant enim inter eos nonnulli qui quum Christianismi sacris iniciati essent, per ocium & luxum vitam ducebāt, in Christi Euangeliō nec verbo nec opere laborantes, quos Paulus inimicos crucis Christi appellat. Crux enim animam querit, & ad subēda pro Christo pericula facit impavidos. Hi vero quom soler-

soluti essent & laxi, vitam agebant à Pauli vita & à cruce longè alienam. Si enim crucis Christi desiderio tenerentur, itaderent quidem & ipsi vitam ducere sub crucis vexillo Christo domino militantem. Nihil ergo nunc mireris, si illi qui carnis suæ delitiis sunt dediti & ocio, crucis sunt hostes & Christo infensi. Ut auté clarius innotescat qui sunt crucis inimici, prius attendamus quinam crucis Christi amici veri sint.

¶ Itaque amici crucis illi esse probantur. Primo, qui pro Amici
Christi amore æquanimiter, imò libenter & ipsi sustinent crucis.
crucis, aduersa & dura. Christus enim passus est pro nobis (ait Petrus) vobis relinquēs exemplum, ut sequamini vestigia eius. Qui auté nec sequi curat vestigia ipsius, nec accipit crucem suam, nec sequitur illum, ipso dignus non est. Et qui passionum calicem cum domino bibere recusat, nequaquam ipsi conregnaturus est.

¶ Secundò sunt amici crucis, qui per iugem crucis Christi recordationem sese student spiritu cruci exhibere præsentes, fidelis & castę turturis ad morem, qui amissō pari, atenti gemebūdus ramo, sedet diectū sui cum multo mōrere memoria ducens. Anima nempe casta crucifixi spōsi sui amore saucia, per assiduam ipsius in cruce propter se moriētis recordationem, cruci (vt iam dictū est) se studet exhibere præsentem. Nimirum ubi amor, ibi oculus : & ubi thesaurus, ibi cor. Oculus autem animæ, ipsa eius cogitatio est.

¶ Tertia illi se crucis amicos esse probat, qui eiusdem crucis recordatione ad aggrediendum ardua & dura tolerandum, animo roborantur, quibus & dicitur: Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.

¶ Quartò, qui crucis amore æquanimiter carent rebus cupiditis, puta, solatiis carnis, propria libertate, necessariis corporis, seculi honoribus, & similibus, Apostoli exemplo, qui ait: Quæ mihi erant lucra, hæc propter Christum arbitratus sum detrimenta.

¶ Per istorum verò opposita facile dignoscitur quinā crucis Christi sunt inimici. Hi videlicet qui ob Christi crucifixionem pati volunt nihil. Qui crucis Christi oblitus profus & immemores sunt. Qui in aduersitatib⁹ & tribu-

DOMINICA XXII

Alind genus inimicorum crucis.
 latione sua recordatione crucis nullatenus animo refocilantur. Qui denique ob crucis & crucifixi amorem nullis carere volūt cōcupitis voluptatibus. Sed præter hos alios adhuc superest genus inimicorum crucis Christi. Nā quoniam per crucem suam Dominus venerit congregare in unum dei filios qui erāt dispersi, non secus ac cuiuspiā regis milites ad unius eleuationem signi congregantur, iuxatā illud Esaiæ: Leuabit dominus signum in nationibus, & congregabit dispersos Israel à quatuor plagis terræ, nonnullamē ausu nefario per hæreses sectas & schismata, dispergunt quos cruce & morte sua Christus dominus cōgregavit. Quos ipse denotās ait: Qui nō est mecum, cōtra me est & qui non colligit mecum, dispergit. Hi profectō Christi & crucis eius hostes omnium infestissimi sunt. Quoniā vero dominus ipse à ligno regnauit, & per lignum crucifixus, vinci ab illius iustitia necessē est vniuersos qui crudeliter aduersantur, de quibus B. Petrus ait: Erunt in vobis magistri mēdaces, introducētes sectas perditionis, quorū mali sequētur luxuriā, per quos via veritatis blasphemabunt, superinducentes sibi celerem perditionem.
 ¶ Circa tertium, videlicet errantium distinctionem, dicitur:
Quorum finis interitus, quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.
 ¶ Qum de inimicis crucis Christi differuisset, subiunxit quod corum finis interitus est. Siquidem stipēdia peccati mors: & si secūdum carnem vixeritis, inquit, moriemini. Quid enim meteret aliud quam corruptionem, qui Christi crucē auersatus, in sola seminat carne sua? Hō sita sic errantes ac tandem interituros trifariam distinguit Apostolus. Sunt quippe nonnulli carnaliter viuentes, sunt rursus in confusione sua gloriantes, sunt denique terrena sapientes.
 ¶ De primis dicit: Quorum deus venter est, quod eō dixit, quia hunc præ ceteris rebus omnibus & colant & current, quasi dicāt: Comedamus & bibamus, cras enim moriemut. Venite, inquiunt, fruamur bonis quae sunt. Vino precioso & vnguētis nos impleamus, & nō prætereat nos flos temporis. Hęc cogitauerunt & errauerunt, excēsū enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta dei neque

neque mercedem sperauerūt iustitię, nec iudicauerūt honorem animarum sanctorū. Quin potius animas suas negligentes, nil nisi transitoriū & carnale cogitauerūt, quasi non ob aliud nati sint, quām vt edant & bibant.

Craque deū hunc suum, id est ventrem, fide, spe & charitate colunt, tametsi frequenter sint experti carnem fragilem esse, nec quę pollicetur exoluētē. Promittere quippe videtur se colentibus voluptatem, persoluit autē fastidia, morbos, tēdia, tormēta, dolores, tristitias, anxietates, quę omnia ē nimio carnis cultu, & voluptate nascuntur. Quod & si ad tempus (permittēte deo) nōnullos ipsae carnis voluptates fallaciter oblecent, ideo tamen spernēdā sunt, quod desiderium humanum non possunt satiare.

Fallitur etiam huiuscemodi cultorum sui ventris spes, quum scriptū sit: *Spes impij quasi lanugo est quæ à vento tollitur, & tanquā spuma gracilis quæ à procella dispergitur, & tanquā fumus qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnius diei pr̄tereuntis, quæ omnia fragilem & modicam habent substantiam, & mox subsistiam nullā.* Quibus rebus rectē fragiles ac momentaneæ carnis voluptates (in quibus hi sperant) comparantur.

Charitatem nihilominus deo ventri offerūt, quibus carnis delitiis nihil est charius, quum sint voluptatū amatores magis quām dei. Sed errat tota via qui credit mentiēti, qui infirmę rei & fragili innixus fudit, & amat seducētem se. Talis sanè seductor hic deus venter esse deprehēditur. An non illis venter deus est, qui hunc colere & eo frui summum reputat bonum, qui huic assiduē obsequuntur & faciūt satis, affatim ingerunt quæ ille exposcit, quo replete prorumpunt ad inconcessam Venerem, inde ruūt in confusionem & ignominiam?

Portò de iis qui in confusione sua gloriātur, dicit quod eorū gloria est in confusione De his quippē rebus gloriātur, de quibus omnino erubescendū est, sicut per Salomonem dicitur: *Gaudēt quum malē fecerint, & exultat in rebus pessimis, quorū vię peruersę, & infames gressus eorū.*

Sed longē dissimili voto erubuit publicanus, qui nolēbat ne oculos quidē leuare in cœlum. Similiter & Manas fes rex, qui quū post innumerās impietates cōiect⁹ esset

*Carniscul
tores quid
reportēt.*

*2. Tim. 5.
carnis
sue culto-
res deci-
piuntur.*

*Incōfusio
ne sua glo-
riantes.*

*Pron. 2.
Iuc. 16.*

*Humilia-
tia.*

à rege 2. Pa. xl.

DOMINICA XXIII

à rege Babylonis in carcerem, catenis illic & multo ferri
 pôdere grauatus, fatebatur se dignum non esse qui respi-
 ceret altitudinem cœli propter nimias suas impietas.
 Vtque horum sedata prabis cōscientiam spectans fa-
 lubriter erubuit. Quem ergo fructū habuistis, inquit, tunc
 in illis in quibus nunc erubescitis? Sed ij quorum in con-
 fusione est giotia, peccatum suum quasi sodonia prædi-
 uerunt nec absconderunt, quibus & per Ieremiā a domi-
 no dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi, nolui-
 sti erubescere. Sed istorum huiuscemodi gloria quid dete-
 stabilius? Sanè sicut de amissis humilis erubescētia deum
 placare probatur, ita & de sua cōfusione gloriari, ram dei
 vel maximē prouocat. Denique eorum qui de nō suis bo-
 nis gloriātūr, profectō etiā est gloria in confusione, qua-
 les sunt qui huius seculi vanis & transitoriis diuitiis glo-
 riātūr, quibus per Apostolū dicitur: Quid habes quod nō
 accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi nō acce-
 peris? Si quis gloriaretur de conductis vestimentis, vel de
 pecunia quā sub obligatione triplicis usurā mutuatā ac-
 cepit, huius profectō gloria esset in cōfusione, quum illi
 potius de his erubescendum sit, quam gloriandum.

Qui terre-
 na sapientia.
 Deniq; eos qui terrena sapiunt Apostolus cōmemorat,
 quales vtique sunt in quoru mēte nihil aliud redolet nec
 versatur, nisi terrenū, nihil nisi terrenum in precio est, qui
 negligētes ea quæ sursum sunt, ardentissimis studiis que-
 runt ea quæ sunt super terram. Non enim cum Christo spi-
 ritualiter resurrexerunt, vt in nouitate vitę ambulent. Hi
 iure terrena animalia vocātur, quippe qui ad terrena sem-
 per inclinati, nil aliud nisi quod corporali sensu cognoue-
 rint (brutorum instar animaliū) concupiscunt. Non sic ille

Terrena
 animalia.
 Galat. 3.
 Philip. 3.
 qui ait: Mihi mundus crucifixus est, qui terrena omnia vt
 fier cora est arbitratus, vt lucrifaceret Christum. Nec nur-
 sum ille terrena sapuit qui ait, Pars mea domin⁹ dixit ani-
 ma mea, propterea expectabo eum. Et iterum alius: Spes

Thren. 3.
 Sapien. 2.
 Eccl. 3.
 mea es tu, inquit, portio mea in terra viuentium. Et iterū:
 A te quid volui super terrā sequitur post pauca: Deus cor-
 dis mei & pars mea, Deus in aternum. Sed longē diver-
 sum est, eorum votum qui sic terrena sapiunt, vt dicāt: Co-

ronemus nos rosis antequā marcescāt. Et rursus: Vnus est
 interitus

interitus hominum & iumentorum. Quis scit si spiritus iumentorum descendat deorsum, & spiritus filiorum Adam ascendet sursum? Dicit enim insipiens in corde suo, nō est deus. Non enim proposuerūt deum ante conspectū suum, sed terram, ideoq; nec mirum est, si qui de terra sunt, etiā de terra loquuntur. Ioan. 3.

¶ Circa tertium principale dicit:

Nostra autem conuersatio in cœlis est.

Hic docet vbi debeant fideles mente conuenerari, suo illos exemplū & informās & prouocans, dicēns: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Ergo & vos, inquit, imitatores mei effecti, in cœlestibus mente cōuersemī. Vide vt aquila prouocans ad volandum pullos suos super eos volaret, nostra, inquiens, conuersatio in cœlis est q.d. Ita prauē illi ambulant quorum deus venter est, sed nostra cōueratio in cœlis est. Nam etsi adhuc corpore simus in terra, mente tamen & spe terram excedentes, cœlum ipsū pene tramus. Aues quæ sese volatu nequeunt à terra in altū suffollere, feris & aucupi sunt obnoxiae. Quibus autem integrer est alarum visus, volatu evadūt insectantium insidias. Nos itaque ne efficiamur præda rugientibꝫ præparatis ad escam, sollicitè caueamus, ne propriis affectibꝫ ac si alis, seculi huius amore (quasi quodam tenaci visco) infectis, in terra deorsum permaneamus, sed hanc relinquentes spiritali volatu cōuersemur in cœlis. Et hoc plures ob causas

¶ Primò, propter refugium. Aues enim interdum volatu Quare in cœlo con; suo se leuant in altum, vt accipitrem se insectantem effundantur. comagnet: ita & dum persequitur inimicus animam nostram ut uersandūt. comprehendat illam, mēte sursum ad deum cōfigiamus.

Fortitudo mea, inquit, & refugium meū es tu, quasi dicat: propter re fugium: Fortitudo mea es, dum te opitulāte resisto, aut aliquid fortiter & bene ago. Refugium verò mihi es, dum propria imbecillitate succumbere tentationi formido. Et iterum: Tu es, inquit, refugium meum à tribulatione quæ circundedit me. Hinc nos exhortās beatus Augustinus ait: Sursum cor habeamus, sed ad dominum. Sursum enim cor non ad dominum, superbia vocatur. Sursum verò cor ad dominū, refugium vocatur. Itaq; mente in cœlis cōuersemur meditan. do cœlestia, cœlestia desiderando, sperando, orādo, gratias

DOMINICA XXIII

agendo, & laudando dominum. Nam qui in terrenis semper animo versantur, difficile poterū euadere laqueos & insidias hostiles.

Propter spirituale cibum. ¶ Secundō, conuersandum nobis est in cœlis propter animæ lucrum & spiritus nostri refectionem. Nam sicut auiculae volatu cibum quærunt, sic & anima fidelis sursum mente conuersando, cibum vitæ spiritualis si quærat, poterit inuenire. Auicularū quædam non nisi volando pascuntur, ut hirundines. Sic nimirum etsi corpus hoc nostrum quod è terra est, è terra & nutriatur, anima tamen quæ spiritualis naturæ est, non terrenum sed cœlestē requirit alimentum, quod vtique non nisi spiritualiter (ut dictum est) volando percipere potest.

Propter solarium. ¶ Tertiō, sursum est conuersandum propter solarium. Nā (vt ab auium morib⁹ assumptā similitudinem sequamur) interdum volatu suo in altum se leuant auiculae, ut volat⁹ exercitio sese solentur, ita & animæ fidei (præfertim ei quæ charitate vulnerata est) in cœlestibus est conuersandum propter dilectum, ut in eo de eo consoletur. Surgam inquit, & circulbo ciuitatem, per vicos & plateas quaram quem diligit anima mea. Vbi amoris sollicitudo his trib⁹ exprimitur verbis, Surgam, Circulbo, Quæram. Surgit anima mentem à terrenis eleuando. Circuit, opera dei & ipsius in nos collata beneficia considerando. Quærit, dilectum, feruenter hunc desiderando. Porro ut nos Christus in cœlo conuersari doceret, & in cœlum ipse condescendit, ut vbi fuerit corpus, illic sequantur & aquilæ. Vnde ait B. August. Ascendamus interim corde, ut quum dies promissus aduenerit, sequamur & corpore. Vnde consequenter, subdit, dicens:

Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritat⁹ suæ, secundum operationem qua posuit et iam subiecte sibi omnia.

¶ Quasi dicat etsi duntaxat mente non corpore nūc in cœlis conuersemur, futurum est tamen ut etiam corpore Christum in cœlestia sequamur. Quod qualiter sit futurū ostendit, dices: Saluatorem expectamus à patris dextra ad nos descensurum, paterna gloria & sanctis angelis comitantib⁹

tantibus. Qui enim in primo suo aduentu animarū fuit salvator, quum secundò venerit, reformabit corpus humilitatis nostræ, id est, deiectionis nostræ, quod per mortem in vermes & puluerem humiliatur. Et bene dicit, corpus humilitatis nostra. Multa enim nunc etiā ante resolutionem patitur, Confringitur enim & vapulat, & infinitis est malis obnoxium, corruptioni nempe subiectū est & doloribus. Hoc tamen reformabitur: hoc est, Id ipsum permanens, in corruptionem obducet, ita quod erit configuratum corpori claritatis Christi. Quum enim sit simile corpori Christi redditum (nam & æquè patitur mala & tolerat cruciatus) futurum est certè, ut illi gloria fiat & claritate conforme. Illius ergo corpori, corpus hoc nostrum assimilabitur, quē angeli venerantur, adorantque ad patris dexteram considentem. Itaque si hoc terrenum nostrum corpusculum adeò est glorificandum, ut illud diuinum Christi corpus spendorē & maiestate suo modo exequet, ergo si orbis terrarum uniuersus una desleret eos qui se tanta gloria faciunt indignos, haud dubiò merito deploraret. Et hanc nostri corporis glorificationem potest facere Christus secundum operationem qua potest etiam sibi subiicere omnia. Quoniam enim rem magnā hic protulit & multis pene incredibilem, sic inquit:

Nihil diffidas. Habet nanque deus virtutem qua omnia operatur, & qua angelos sibi subiecit & dæmones. Quum itaq; hæc maiora fecerit, multo magis & id quod est min⁹ faciet. Primus sanè Christi in mundū aduentus, quo (vt dictum est) venit saluare animas, fuit in humilitate. Secund⁹ Christ⁹ ad autem veniet saluare corpora, erit in gloria & maiestate, infirmiori corporis nostri vasculo abundantiorem honestatem impartitus. Appellat itaque corpus hoc nostrum duplicitis. Apostolus corpus humilitatis nostræ, tum propter causas dictas, tum propter mala. Primo quia passibile & mortale. Secundo, quia onerosum & graue. Tertio, quia carnale & animale. Quartò, quia obscurum est & deformis. Christus autem configurabit illud corpori claritatis suæ, & faciet impassibile & immortale, expeditū & agile, à carnis prorsus desideriis liberū & spirituale, ut non ascendent illa vetera super cor, & ut non magis illa concupiscentia

Mortale
corpus no
strū qua.
re corporis
humilita-
tis dicitur

DOMINICA XXIII

mus, quām delicias fœdæ suis in cœno sese volutatis. Claram denique efficiet & immarcessibili decore gloriosum. Quum igitur tanta sit fidelibus reposita gloria pro tā exiguo labore & certamine breui, subdit dicens:

Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in domino charissimi.

¶ Monet fideles in proposito sanctitatis firmiter state & inconcussè, & quæ recta sunt semper operari. Ac si dicat: Etsi illos carnales homines quorum deus vēter est, perspicitis luxui esse addictos, vobis tamen præstandum est vestitis spe certiores, vt pote qui fitis habituri tandem hanc quæ dicta est corporum gloriam, nec propter illos in viam partem à recto declinetis. Sed interim aduertendum est quantis hos laudibus prosequatur: nā & fratrem appellat & charissimos dicit, desideratissimosq; hoc est aliquando per se conquisitos, inuentos demum & visos. Nec gaudio solum hos esse sibi, sed & coronæ affirmat, qua nihil est gloriosius decertanti Vos, inquit, estis gaudium meum de quorum fide & moribus gaudeo, & corona mea in futuro, per quos & in præsenti latiflor, & in futuro coronabor. Discipulis enim in agone victoribus, dignus erit corona magister. Non possum, inquit, non repleri iucunditate quā fidem vestram contemplor, & palmam prospicio quam vestri causa sum consequiturus. Itaque sic state in domino charissimi, sicut & hactenus stetistis, & sicut me & mihi similes stare cognoscitis.

¶ Postrem d se speciatim conuertit ad exhortationem sanctarum quarundam personarum, duarum videlicet dominarum, dicens:

Eudiam rogo, & intichen deprecor, id ipsum sapere in domino.
¶ Ac si dicat: Omnes quidem monitos volo generaliter, sed specialiter has id ipsum in fide sapere, in domino: hoc est, secundū dominū. Has mulieres specialiter rogat, quia præ ceteris religiosæ erant, & Christi euangelium predicantes solebant recipere. Apparet autem eas tanquam primates in Philippensium ecclesia fuisse. Commendat autem has miræ virtutis viro qui harū alteri vel vir erat, vel frater. Et fortassis carceris hic erat custos, quē illic B. Lucas testatur gradi miraculo per Paulum ad Christi fidē fuisse conuersum,

conuersum, dicens illi. Nunc verè germanus es frater, nūc *Act. 16.*
virum te proprium & coniunctissimum geres, si in opere
domini & iugū pariter ipse traxeris, sanctis hisce mulie-
ribus opem ferens, dicit ergo:

*Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ me cum la-
borauerunt in euangelio, cum Clemente, & ceteris adiutoribus me-
is, quorum nomina sunt in libro vite.*

¶ Præter expositionem præmissam, sic potes etiam nō ab
surdè locū hūc accipere. Rogo & te germane cōpar, &c.
quasi dicat: Te rogo mi frater & germane in Christo, com-
par in ministerio euangelicæ prædicationis, adiuua cōfor-
tando illas ne deficiant, quæ in euangelio mecum labora-
uerunt. Vnde patet eas scientes legis fuisse, quæ in euāge-
lio mecum laborauerunt, euangelium meum verbo quan-
tum potuerunt confirmantes, & necessaria mihi ministrā-
tes. Quæ etiam non modò mihi cooperatae sunt, sed etiam
cum Clemente & ceteris coadiutoribus & commilitoni-
bus meis, qui etiam in euangelica prædicatione laborau-
erunt, illis sicut & mihi necessaria ministrādo. Quorum no-
mina sunt in libro vite. Ne molestè ferant sua nomina in
hac epistola nō comprehensa, scripta dicit in cœlis. Vides
quantum virtutis hisce tam mulieribus quam viris inesse
testificetur, ut etiam cœlo inscribi digni sint, quod grandi
munere donatum esse Apostolis dominus testatur dicens:
Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sūt in cœ- *Luc. 10.*
lis. Cōtra verò de infidelibus & impiis vniuersis Ieremias
ait: Domine, omnes qui te derelinquent confundentur, re- *Iere. 17.*
cedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt
venam aquarum viventium dominum.

DOMINICA XXIII

post Pentecosten.



*Ratres, non cessamus pro vobis orantes & po-
stulantes.* *col. 1.*

¶ In hac lectione beatus Paulus impre-
catur & optat fidelibus, Primò, amplio-
rem de rebus diuinis agnitionem. Secū-
dò, pleniorē in virtute corroborationē.
Tertiò, ob accepta diuinitus beneficia
hortatur

DOMINICA XXIII.

hortatur eos ad gratiarum actionem. Quæ tria tribus animæ nostræ potentissimæ cōgruenter aptantur, ut videlicet intellectus luce veritatis clarior illustretur. Voluntas virtute fulta decoretur & purificetur. Memoria vero diuinorum beneficiorum assidua recordatione fœcundetur. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Ut ambuletis dignè. Tertium, ibi: Cum gaudio.

Epiſtolæ apostoli è vinculis ardētore redolēt pietatem. ¶ Circa primum illud considerandum occurrit, quod quandoque omnes beati Pauli Epistolæ singulari polleant sanctitate, illæ tamen præcipuæ quas è carcere & vinculis delinavit. Non aliter certè quam victor aliquis inter stragem & cædes statuens trophya, literas conscribit. Sciebat enim id permagni esse, & ad gloriam sibi valere quam plurimum, qui in huiusmodi pressuris & malis mirum in modum gloriantur, ne & ipsi dura formidem⁹ & grauia, sed ut in his tolerandis laudem deo conquiramus.

¶ Verum, ut Colossensibus scriberet id cause erat, quod ab eis prauum aliquod dogma nuper suscepimus erat. Putabant nempe pseudoapostolis decepti nequaquam per filium, sed per angelos ad deum & patrem sibi viam patere, absurdum existimantes dei filium in ultimis seculis aduenturum præsertim quum in veteri testamento angelorum cuncta ministerio gererentur. Seruabant præterea & Iudaica pleaque instituta, & gentium mores, dies obseruando & horas, & escas, quæ omnia quum corrigenda essent, Apostolum ut hanc illis epistolam scriberet permouerunt. Itaque salutatione præmissa & ipsis laudatis, mox subdit, dicens: Ideo & nos ex qua die audiuius, non cessamus pro vobis orantes & postulantes. Ex qua die, inquit, audiuius, scilicet fidem vestram & charitatem, quid autem illis preccetur & optet, aduerte. Sequitur enim:

Vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spirituali

¶ Quum dixit: Ex qua die audiuius, patet Apostolum nondum illos vidisse. Nihilominus tamen propter auditam de illis, in futurum se optimam spem habere, & ideo pro illis orasse non ad unum usque duosve dies, sed ex die, inquit, quæ primū audiuius ex referentibus vestram fidem. Hoc ait, ut suam erga illos ostendat benevolentiam, tametsi eo depre-

eo deprecāte pro illis nondum essent à prauis erroribus ^{apost. tā}
liberi: simul ut nos doceat assiduis debere precibus insta ^{et si nō ex-}
re, quandoquidem etiam ipse & si orans nihil proficeret, ^{audiq⁹, tu}
non tamen ab orando desistat. Itaque pro illis postulans ^{mē orare}
optat dicens: ^{et nō cessat.}

¶ Ut impleamini agnitione voluntatis eius, quia aliter vo-
luntatem eius non potestis facere, quod Propheta intelli-
gens dicebat ad dominum: Doce me facere voluntatem
tuā, quia deus meus es tu. Impleamini, inquit, agnitione
volūtatis eius quasi dicat: Dixerim equidem vos iam ali-
quid assequitos ad vestri intellectus illuminationem, sed
non omne quod necessarium est. Quod enim sitis per fidē
ad deum deducti nō ignoratis, quod vero id per interces-
sum filij sit effectū vobis quum desit, lateātqⁱ, precor sup-
pleri. Id nanque voluit deus, & id illi fuit beneplacitum,
ut filium pro nobis, non angelos trāderet. Ergo per agni-
tionem quam illis optat additionem sciētiæ accipere de-
bemus. At quoniam à philosophis circumuenti grauiter
ipsi fallerentur, velim vos, inquit, in omni sapientia & in-
tellectu spirituali, nō hominū adinuentione, verum dog-
ma perdiscere, quorum nunc erroribus irretiti scire vos
aliquid existimatis.

¶ Ex qua re colligere possumus, quod si dei voluntas ut à
nobis cognoscatur spiritalem exigit sapiētiā, prorsus il-
los errare, qui diuinam sapientiā exteriori hac & huma-
na sapientia tenere se iactitant, quippe qui solum ea quæ
carnis sunt sapiunt, in quibus dei sp̄ritus eo q̄ caro sunt
manere nō potest: & tamen voluntatem dei se solos scire *Gene. 6.*
arbitrātes fano dogmate contempto, arrogantes & con- ^{1nconceſ-}
tētiosi ingerunt sese, docere pr̄sumētes quum esse disci- ^{ſum docē-}
puli nō sustinuerunt. Hi diuinis scripturis solummodo ad ^{di munus}
cōtentōnem vtuntur, nō autem ut ipsi legem faciant, sed rapiunt.
vt insultēt facientibus, vtque seditiones & schismata su- ^{Quid mo-}
perinducāt, vt se grāde aliquid & esse & scire ostentēt ple- ^{liantur}
beculē, inflati sensu carnis suę, & decepti, à spirituali & ve ^{pseudo do-}
ra sapiētiā & intellectu (quo dotātur à deo pacifici & hu- ^{Elōres.}
miles corde) longē prorsus abierūt. Frustrā verò sapiētiā
& rationibus terrenis nitūtur, quibus fidei lumē nō cō-
tueri, sed abscondi, sed extingui consuevit. Siquidem fidei
stella

DOMINICA XXIIII

stella proprio duntaxat lumine, nō alieno se patitur conspicere. Itaque longo interuallo qui huiuscemodi sunt, à sapientia & intellectu spirituali secluduntur.

Thūrus quum dicit, Ut impleamini agnitione voluntatis eius, etiam vult ut dei voluntatem de nobis ipsiis cognoscamus, quā vtique alibi patefaciens. Hęc est, inquit, voluntas dei, sanctificatio veltra. Vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire, nec est voluntatis suę mors impij, sed ut conuertatur & viuat.

Deī volūtātē intelēctū spiri-tuali nos-
se oportet **H**ęc autem dei voluntas ex præceptis suis nobis innotescit, quæ tunc agnoscimus in sapientia & intellectu spirituali, dum nō modò ea cognoscimus & intelligimus, sed & gustu quodā spirituali sapimus quām sint rationabilia, quām sint utilia ea faciētibus, quām denique sint tam ad presentem quām futuram vitam necessaria. Quod vtique carnales homines & si intelligent, sapiunt tamen nequam. Vnde nec in sapientia (quæ nimis iuxta nomen suum sapida scientia, vel cum sapore notitia est) replētur agnitione voluntatis eius. Est proinde (sicut alio loco distinxit) voluntas dei bona, beneplacens, & perfecta. Voluntas dei bona est, ut in fide recte sapiamus. Beneplacēs, ut fidē bonis operibus ornemus. Perfecta, ut in omni pietate proficientes usque in finem constanter perseueremus.

Circa secundum principale dicit:

Vt ambuletis dignè, deo per omnia placentes.

Hic optat fidelibus pleniorē in virtute corroborationem, dicens: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, non modò ut intellectus vester illustretur lumine fidei, & diuinę voluntatis agnitione, sed etiam ut vestra voluntas virtute corroboretur, ut ambuletis dignè, deo per omnia placētes. Vide ut vbique Paulus cum fide & vitam coniungit, depositans hoc precibus ut fidem nostrā opere & optimis actionibus exornemus. Nam is qui rectam habet gerendorum notitiam, si recta minus exequitur, penas luet. Per ambulationem quippe vitā & mores expressit. Est enim vita nostra mortalis, iugis ad mortem decursum. Ambuletis, inquit, dignè. Alibi dicit: Obsecro vos ego vincitus in domino, ut dignè ambuletis vocatione qua vocati estis.

Dignè

Paulus
iugis ope-
ra fidei.

Epheſ. 4.

¶ Dignè profectò Christiano nomine, dignè tali domino, Ambula-
dignè tali patre, dignè tali præmio, nec (li quò minus) ille re dignè
vobis dicat: Nescio vos, abnuatque Christus ipse vos esse vt debet
Christianos, Dominus inficietur vos suos esse seruos, cœ- mus.
lestis pater filios non agnoscat. Itaq; ne vos indignos cō-
stituatis seruorū dei præmio, ac hæreditate filiorum, atm-
buletis dignè, deo per omnia placentes.

¶ Porro dignè student ambulare seruus à domino sperás Hi stu-
manumitti, alieni & extraneus sperás à potente adopta dēt dignè
ni, humili sponsa, nobili sponso ambiens placere. ambulare

¶ Dignè ergo ambuletis serui, vt rádem aliquando super Mat. 24.
multa constituendi in domini gaudium admitti possitis.

Ambulate dignè vos alieni, vt à summo patre adoptati si- Roma. 8.

tis heredes dei, cohæredes autē Christi. Ambuletis dignè

vos quæcunq; animæ fideles, vt tandem apud sponsum cœ- Cant. 4.

lestè cōmendatę, dignæ sitis quibus dicatur: Tota pulchra ibidem.

es amica mea, & macula nō est in te. Et iterū: Veni de Li- Apoca. 7.

bano, veni coronaberis. Libanus interpretatur cāandidatio,

& nō incongruè presentem vitam significat, in qua electi

multipliciter purificātur, & excandidātur. Nam qui victo-

rem mortis agnum sine macula albis induit vestibus in

cælo comitātur, venerunt ex tribulatione magna, & laue

runt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Si-

quidem per patientiam in huius vitæ pressuris, & in Chri-

sti passionis virtute, nec nō & propriis lachrymarū fluenti-

nostrarum animatum stolas purificare, & reddere cā- Apoca. 7.

didas opitulante deo possumus vniuersi. Ait ergo: Ambule-

tiis dignè. Sed ne per ea quæ per vos rectè geruntur, aut

yobisplis incipiatis placere, aut aliorū oculis magni ap-

parere velitis, rectè subiecit: Deo per omnia place-

mus, consequenter ostendit, dicens:

In omni opere bono fructificantes.

¶ Quasi dicat: Velim equidē vt ita viuatis, vt semper deo opere bo-

placeant quæ geritis. Quod aliter fieri nequaquam poterit, no fructi-

nisi ea quæ bona sunt operemini. Etenim quum deus ipse sicandum

in vobis tanquam in agro exculto, suæ voluntatis agnitio-

nem, quasi semen bonum insperserit, debetis & pro vestri ne.

sensus

DOMINICA XXIIII

sensus & cognitionis mēsura succrescere, & in dei sciētia fructū afferre. Necesse est enim vt in bonis operibus fructificeris, si vultis per omnia deo placere. Quod si feceritis & succreuerit in vobis bona operatio, pfectō crescat in vobis & plenior agnitus boni. Siquidē intellectus bonus omnibus facientibus eum.

Ioan. 15. ¶ Proinde quia nō sufficiunt Christianæ professionis verba, quasi folia virentia, nec etiam flores ipsi cogitationū bonarū, sed operum fructus requiruntur: ideo sitis, inquit, in omni opere bono fructificantes. Vnde fidelibus dominus loquitur, dicens: Elegi vos & posui vos vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat. Ac si dicat: Ad hoc vos ab erroribus vestris ad lucē veritatis (nō secus atque arborum plātas ē deserto ad ortum meum cōclusum) vos transplantauui, vt bonorum operum fructum afferatis, nō ad meā, sed vestrorū utilitatem. Et fructus, inquit, vester maneat, id est, fructus inde proueniēs maneat vobis, sicut inter laudes mulieris fortis dicitur: Date ei de fructu manuum suarū. Videte ergo ne sterili ferculnea similes inueni, vel excisionis, vel execrationis iudiciū accipiatis. Iam enim securis ad radicem arboris posita est, dicēte patrefa
Matt. 3. miliās: Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum **Ficulnea**, in ferculnea hac & nō inuenio, succide ergo illam. Vt quid sterilis.
Matt. 21. etiam terram occupat? Ficulneam alterā secus viam cōsistētem, execratione sua metuēda, aridam effecit, quod folia tantū habēs ferret fructū nullū. Verū illa prior nec folia quidē legitur habuisse, ista autem folia ferebat, sed fructū ex ea dominus quārebat: nec enim folia sufficiebāt esuriēti. Per folia nempe verba legis, per fructus opera significātur. Nō omnis, inquit, qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cōlorum, sed qui facit voluntatem patris mei, ipse intrabit in regnum cōlorum. Hic enim in opere fructificat, qui facit voluntatem patris.

Quales à nobis fructus requiriuntur.

Luc. 13.

¶ Requirit ergo voluntas patris à nobis, Fructus obediētiae, requirit fructus dignos p̄cōnitentiae, requirit fructum patientiae, requirit fructum diligentiae & instantiae quotidianae in operibus bonis, requirit & fructus communioonis & beneficentiae in proximos. His enim & similibus quasi quibusdam acceptis hostiis promeretur deus. Quoniam

niam autem opus bonum ritè peractum secum afferit se-
mentem sui generis in eo quo i voluntatem & vites ad si-
miles opus vel etiam ad potiora ministrat, subdit dicens:

Et crescentes in scientia dei.

¶ Ad prædicta enim sequitur crescentia spiritualis, tam in
intellectu, quam in voluntate & opere (vt dictū est.) Si qui-
dem patet familiā comperta fide serui, plura illi cōcredit
Consistit hæc crescentia (vt dictum est) non modò in intel-
lectu per augmentum cognitionis, sed etiam in volunta-
te per moralium virtutum incrementum, quod Apostolus
ostendit, quum subiungit:

*In omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius,
in omni patientia & longanimitate.*

¶ Quasi dicat: Precor ut impleamini & omni sitis virtute
stabiliti, ut aduersus tentationes persecutionesque ipsas
sitis validiores, ne in his animus vel plus æquo sit mœsius
vel desperet.

¶ Confortatur autem homo & proficit in virtute duobus
modis qui hic ab Apostolo exprimuntur, videlicet per ex-
ercitationem, & per gratuitam dei infusionem. Generan- *Virtutes*
tur quippe virtutes in homine, primò ex bonis actib⁹ lō- *animi duo*
g⁹ exercitatione frequentatis, propter quem modum desit bus modis
gaandum dicit: In omni virtute confortati. Per assuefactio obtinetur
nem enim in opere quolibet, homo ad simile opus dispo-
nitur & corroboratur. Cōtra verò dissuetudo operis iner-
tem reddit ad opus illud & ineptum.

¶ Secundò generantur virtutes in homine ex gratuita dei
infusione, propter quod dicit, secundum potentiam clari-
tatis eius: quasi dicat: Hoc oportet ut in omni virtute crescat
non modò per quotidianum exercitium, sed etiam secundum
potentiam claritatis eius quam decet ob sui magnitu-
dinem dare creditibus vires magnas & insuperabiles, &
quantæ ab homine mortali excipi queant.

¶ Nec mirum est quod diuina claritas potentiam habeat *Quæsta sit*
confortandi nos in virtute, quum etiam sol iste visibilis potentia
potentiam habeat tantam, ut faciat terram germinare, flo claritatis
fere, & fructificare. Veruntamen à potentia claritatis dei dei,
non merentur confortari qui elongant se ab illo, & sunt
rebelles lumini & magis diligunt tenebras quam lucem,

D O M I N I C A X X I I I I

Iob. 24. sed illi quibus non frustra dictum est: Accedite ad eum, &
Ioan. 3. illuminamini: Accessus iste ad deum est per cordis puritatem & orationem. Exprimit proinde Apostolus ex ceteris omnibus duas animi virtutes videlicet patientiam & longanimitatem, dicens: In omni patientia & longanimitate,
Patiētia.
1. Petr. 3. Quasi dicat: Orando & id exposco, ut vitam prædictam sequamini, patientia præsertim & longanimitate, ut patientia fortiter feratis aduersantes, nec reddatis malū pro mali, neque maledictum pro maledicto, nec vosmetipsoſ vlatenus vlciscamini, etiam quum id possitis. Longanimitate verò perseueretis, & sine indignatione seu murmure cōsolationis & refrigerij tempus (quod modo differtur, quando est militia vita hominis super terram) æquanimiter præstolemini.

¶ Circa tertium principale dicit:

Cum gaudio gratias agentes deo & patri, qui dignos nos fecit sortis sanctorum in lumine.

Hic ob accepta diuinitus beneficia hortatur fideles ad gratiarum actionem, dicens: Gratias agentes deo & patri cum gaudio. Contingit enim gratias agere cū tristitia, quales erant quas egit sanctus Iob, qui & dolens gratias egit dicens: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut domino placut ita factum est, Sit nomen domini benedictū. Mordebat quidem doloribus, sed non deiiciebatur

De quib⁹ gratias agas. ¶ Tria exprimit Apost. de quibus oportet nos deo cū gaudio gratias agere. Agenda nempe per nos deo sunt gratias Primò, de gratiæ lumine spirituali. Secundò, quia nos eripuit de potestate inimici. Tertiò, quia nos transtulit in regnum sui dilecti filij.

¶ Primò igitur de lumine gratiæ suæ debemus deo gratiarum actionem. Quum enim dixisset: Gratias agentes deo & patri subiunxit. Qui dignos nos fecit sortis sanctorum in lumine. Solus quippe nos potest recreare & saluare, quum ipse sit deus: & vult, quum sit pater. Tanta, inquit, illius in nos sunt munera, ut nō modò opulentos nos rediderit, sed & vires dederit, ut non immeritò videamur ab eo has opes accepisse. Exempli gratia: Imperator aliquis tenui cuidam & fortuna folidioris prouinciam creditit procurandam. Cōtulit quidem huic dignitatem, nil tamen tanto

tanto magistratu dignum effecit, ut merito dignitate hac fungeretur, quo sit ut tantus illi delatus honos ridiculum sepe prestat. Deus vero & nos honore prouexit, & ad illum promerendum idoneos effecit. Itaque geminatur honor, quem ad munus accedit etiam collata sufficientia. Fecit, inquit, nos dignos sortis sanctorum. Hoc est, ut inter sanctos diuersaremur constituit. Nec hoc tam, sed concessit etiam ut iisdem cum illis & nos bonis frueremur, quod ostendit quum dicit: Sortis sanctorum.

¶ Sortem sanctorum dicit participationem hereditatis quem sorte datur sanctis, id est, diuina voluntate. Voluntas quippe dei in humano genere sors est, apud quem tamen non est iniquitas, sed omnia facit per iustitiam etiже occultam, per quam hereditas aeterna datur & confertur a Deo, quibus ipse vult. Sortem itaque hereditatem illam recte appellat, ut ostendat quod sicut sors nulla humana solertia obuenit, sed quasi casu quodam terminetur, ita nos nullo nostro officio vel virtute, cœlesti imperio digni constitui, sed dei munere quicquid est boni ad nos defertur. Propter hoc enim quum fecerimus quem precepta sunt, veraciter confiteri debemus & dicere: Inutiles serui sumus, quod facte debuimus, fecimus. De hac sanctorum sorte, & de his qui illam sunt consequuti dicturi sunt reprobri: Nonne hi sunt quos aliquando habuimus in derisu, & in similitudinem improperij? Nos insensati vita illorum aestimabamus infaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Sanctorum ¶ Est autem hæc sanctorum sors in lumine, sicut & damnatorum sors erit in tenebris sempiternis. Hanc proinde sanctorum sortem in lumine petimus hac vita functis, quum dicimus orantes: Requiem aeternam dona eis domino, & lux perpetua luceat eis. Lumen illud letitia est, quam nulla unquam caligo tristitia obscurabit. Ceterum duabus modis lumen illud dicitur in quo sors est sanctorum. In quo lumen sors videlicet gratiae & agnitionis dei per fidem. Reuelatio namen enim nobis suis mysteriis, Deus lumen viuetibus praestit in hac buit. Nam (ut beatus Ioannes ait) verum lumen iam vivit, & tenebrae abierunt. Siquidem Christus lumen est ad 1. Ioan 2.

DOMINICA XXIIII

Lhe. 2. reuelationem gentium. Vnde & ipse de se loquens: Ego,
Ioan. 10. inquit, sum lux mundi. Ipse enim per euāgelicam doctrinam sedentes intenebris & umbra mortis cœlesti atque
Columna viuifico lumine illustravit. Lux hēc, ignea illa columina
igneas est, quē per noctem caltra populi dei ad promissam ten-
myst. dentis hēreditatem comitabatur. Vbicunque enim erant
Exod. 13. filii Israel, inquit, lux erat. Altero modo dicitur fors san-
Exod. 10.ctorum in lumine in futuro, quod est lumen gloriae, dies
Psal. scilicet illa quē nescit occasum, de qua per prophetam di-
Apoca. 21 citur: Melior est dies una in atriis tuis super millia. Hēc
Matt. 13 dies non eget sole neque luna, quoniam claritas dei illu-
minabit illam. Fulgebunt enim iusti sicut sol in regno pa-
tris eorum.

¶ De secundo, propter quod deo gratias agere debemus, dicit consequenter:

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum.

¶ Erat enim humanū genus ante Christi aduentum sub potestate tenebrarum propter multa:

Potestati ¶ Primiō, propter infidelitatis & ignorantiae cœcitatem.
tenebrarū Vnde sicut in tenebris latrones grassantur, & fures pri-
subiecti. dam rapiunt, ita & sub illius ignorantie tenebris maligni
Snnile. spiritus angeli tenebrarū, qui odiunt lucem veritatis, qua-
Psal. si leonum catuli rugientes ut rapiat, circumibant queren-
tes quos deuorarent. Sub his tenebris mortales errabant
in inuio & inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non repe-
rientes.

Ioan. 8. ¶ Secūdō, propter culpe tam originalis quam actualis ini-
quitatē. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati, & in
potestatē & dominium mox transit principis tenebrarū,
3. Reg. 21 vñundatus ut faciat malū, à semetipso tamen & non ab
alio vñundatus. Nam sicut spontaneum militem eligit
sibi Christus, ita & voluntarium seruum diabolus auctio-
natur, nempe qui nemine seruitutis iugo adstrictū possi-
det, nisi sese primū illi peccatorum ære vendiderit.

¶ Tertiō, propter infernalis ergastuli calamitatem. Vnde
ait propheta: *Quis est homo qui viuet & nō videbit mor-
tem, eruet animam suam de manu inferi?* Omnes enim
quotquot usque ad redemptionis gratiam ex hac vita mi-
grabāt propter primorum parentum prævaricationem, ad
infero.

inferorum tenebras descendebat. Vnde & Iacob (congregatis cunctis liberis eius, ut leniret dolorē patris) noluit accipere consolationem, sed ait: Descendā ad filium meū lugēs in infernum. Et beatus Iob: In profundissimum infernum, inquit, descended omnia mea. Ibi enim (ut alibi ait) constituta est domus omni viuenti.

*Gene. 37.**Iob. 17.**Iob. 30.*

¶ Erupuit autem nos dei filius ab ignorantia eēitate per euāgelicam lucem, ab iniquitatibus & peccatis per suam pretiosam mortem, ab inferorum carcere per factā in suo sanguine nostri redēptionē, iuxta quod in illum Zacharias ait: Tu quoque in sanguine testamēti tui emisisti vinētos de lacu in quo non est aqua. Porrō de primo horum trium Dominus ipse de se loquens, ait: Lux venit in mundum. De altero, in Apocalypsi scriptum est: Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris ī sanguine suo. De tertio prēter id quod dictum est, etiā in Euangelio dicitur: Quum fortis armatus custodit artium suum, in pace sunt omnia quę possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eū, vniuersa arma eius auferet in quibus cōfidebat, & spolia eius distribuet. Quæ spolia, nimirum detentę sanctorum veteris testamenti patrum apud inferos animę erāt, quas inde erertas per cœlestes māsiōes domin⁹ distribuit. ¶ De tertio, propter quod gratiarū actiones cum gaudio deo debemus subdit:

*A quibus tenebris per Christū eruptis simus.**Zacha. 9*

Et transstulit in regnum filij dilectionis suę.

¶ Sanē prēstas id fuit, quod nos exemit de tenebris. Illud tamen prēstantius quod in regnum adduxit. Nec frustra id fecit, sed ut cum filio suę dilectionis: hoc est, cum filio suo dilectō cœlesti imperio potiremur, qui antea sibi essemus infensi, & in tenebris versabamur. Vnde & alibi Apostolus dicit: Si commortui fuērimus, & conuiuemus: *2. Tim. 2.* Si sustinebimus, conregnabimus. Nec ait: Transposuit, sed transstulit, ut non id omne transferenti adscribat, sed arguat nos etiam aliquid ad eam rem contulisse. Transstulit ergo nos de potestate tenebrarū in regnum filij sui, ut christi res scilicet essemus & ipsi filio suo regnū, de quo regno ipse gñū ipso dicit: Regnum meum non est de hoc mundo. Non ait: fideles esse. Non est hic vel in hoc mundo, sed non est hinc ait. Quo. *10an. 18.* niām etsi peregrinatur in hoc mundo, non tamen est de *10an. 15.*

DOMINICA XXIII POST PENT.

hoc mundo. Suo enim huiuscemodi regno, id est, electis suis ipse dicit: De mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo. Eratis de mundo, quando adhuc ad principem mundi pertinebant. Sed qui tunc erant quasi servi & venundati, per Christum sunt redempti. Vnde subdit:

In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

Redēptio
nē & re-
missionē
peccatorū
per chri-
stum esse.
¶ Si enim nec redempti essemus, nec remissa nobis essent facinora nostra prava, non fuissimus ad cœlestē imperium trāslati. Trāstulit ergo nos in regnum filij, per quem & redemit nos, quia in eo habemus redēptionē, inquit. Redemptionem utique illā copiosam quę erat apud deum, sed in plenitudine temporis hanc misit populo suo. Sanè hęc duo, scilicet redēptio & remissio peccatorū, extra Ch̄risti regnum reperiri nequaquam possunt. Est autem hęc redēptio, destructa diaboli potestate facultas libertatis, quę nobis data est fuso illius sanguine, qui nullum habuit peccatum.

Per iusti-
tiā chri-
stus diabo-
lum spo-
llauit.
I. Petr. 2
Ef̄. 53.
Ephes. 5.
¶ Et quanuis diabolus illos meritò teneret, quos peccati reos cōditioni mortis obstrinxerat, hos tamē per eum iure perdidit, quem nullius peccati reum pœna mortis affecit. Hac itaque iustitia iustus est fortis, & ideo non est opus aliis hostiis, quia per eum habemus redēptionē & remissionem peccatorū, qui peccatum non fecit, & peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū. In quo pater posuit iniquitates omnium nostrum, quem & propter seclus populi sui percussit. Qui nihilominus oblat⁹ est, quia ipse voluit. Dedit enim semetipsum pro nobis oblationē & hostiam deo in odorem suavitatis.

FINIS.

PARISIIS EX CHALCOGRA-
phia Ioannis Sauzier, Anno salutis
Christianæ

1553.

is
o.
r.
er

nt
m
c-
-
b,
é
ra
n
r-
n
ti
l-
e
is
L
r
e
a
é

